



3. 2. 2430



HISTORIA PRINCIPUM LANGOBARDORUM

Quae continet antiqua aliquot opuſcula de rebus Langobardorum Beneventanae olim Provinciae quae modo Regnum fere eſt Neapolitanum.

CAMILLUS PEREGRINIUS

ALEX. FIL. CAMPANUS

Recenſuit atque carptim illuſtravit.

HAC NOVA EDITIONE

Notis, ineditis adhuc opuſculis, variiſque Diſſertationibus, atque Peregrinii vita auxit

FRANCISCUS MARIA PRATILLUS

TOM. I.





NEAPOLI, Ex Typographia Johannis de Simone MDCCXLIX.

Superiorum facultate.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI
DOMINICO PASSIONEI
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

FRANCISCUS MARIA PRATILLUS

Felicitatem.



Rduum ſane, ac difficile omnino hominum ingenio eſt iis praecellere virtutibus, quae illos e ceterorum grege eximunt, & ſummorum virorum coetibus adnumerent. Praeclare quippe ſecum actum cenſent, qui literarum peritia, ſeveriorum diſciplinarum cognitione, aliove

inſi-

insigni munere, ac virtute praestare satagerint; at in plerisque grandia haec coepta quandoque, ac animi magnitudo desideratur. Verum si ad has egregias animi virtutes nonnihil humanitatis in alios, ac benevolentiae adcesserit, eo magis in sui admirationem omnium oculos, ac ora convertet, quo virtus in optimo quoque viro inesse censebitur. Virtus interdum, velut in terrae fodinis aurum, tenebris offusa jacet. At quae hominum utilitati studet, lucet magis, ac in dies crescit, viretque. Haec omnia quanta in Te sint, EMINENTISSIME PRINCEPS, norunt omnes. Humanitate tanta es, liberalitate, animique facilitate, ac constantia, ut omnium bono natus esse videare. At quid de scientiis, ac literarum peritia dicam? Vir profecto in iis adprime subactus, ac omnino excultus, ut inter Italiae eruditissimos Viros facile princeps merito adsciscaris. Librorum multitudo, quos e variis regionibus, ac maxime Ultramontanis, optime excusos, & paucitate insignes summo studio, ac sumtu conquisisti, impensum addiscendi desiderium, & ardorem praeseferunt. Cui non mirum, quod librorum molem pene immensam auxeris, ut inter celebres, praesignesque, quae

Ro-

Romae ſunt, bibliothecas tua merito cenſeatur? Tot igitur, tantiſque argumentis adductus, a Camillo Peregrinio Cive Campano Langobardorum Hiſtoriam deſcriptam hac mea qualicunque animadverſione, additionibuſque elucubratam Em. Tuae dicatam volo; non quo merito tuo ſatis dignum cenſeatur, ſed uti animi mei gratum eſſet argumentum. Maximo ſiquidem beneficio me devinctum ſenſi, cum in pervolutandis ceteris meis elucubrationibus te ſummopere delectatum ſignificaſti. Huc adcedit, quod quem in cudendo hoc novo Opere hortatorem, auctoremque cognovi, eidem ſumma benevolentia obſtrictus illud nuncuparem. Ignoſcetur profecto audaciae meae; Te enim auſpice, aliiſque conſulto auſpicantibus, qui & me ad hoc opus auxilium praeſtitere, imbecillitati meae, & obtrectantium fortaſſe conviciis ſatis conſultum ſpero. Non eo igitur conſilio hoc Opus Tibi dicandum exiſtimavi, quo meritum tuum dignius augeretur, ſed ut grati animi perenne monumentum teſtarer. Eccui enim profecto latet tui nominis fama, ac nobiliſſimae familiae decus? Ipſe Urbini, ac Foroſempronii in Umbria nobili loco natus, adhuc juvenis a Clemente XI. olim Pontifice Max. Romam ad-

voca-

vocatus, ut conventui, in quo de pace agebatur, adesses, ut finis tandem bellis, quae ineunte hoc seculo inter Christianos exardebant Principes, imponeretur, singulari tum virtute ac prudentia enituisti. Firmata tandem pace, ad Helvetiorum Rempubl. missus Nuntius, tuam in rebus agendis dexteritatem ac prudentiam, pro Catholicae Religionis bono amorem, pietatem, constantiam ostendisti; ac postmodum Viennam Austriae transgressus, ut Nuntii itidem munere ibi fungereris, nedum Serenissimo e Sabaudia Eugenio Principi Augustarum copiarum Duci (in cujus funere tibi naenias cecinisse datum fuit, tuaque oratio deinde typis Patavii data omnium Cl. virorum admirationem excitavit) illiusque Caesareae Aulae Primoribus, sed etiam ipsi Imperatori Carolo VI. ejusque conjugi Augustae acceptissimus fuisti; ibique tuae virtutis tam eximia exempla praebuisti, ut ii postea discessione tua aegrius profecto caruerint. In S. R. E. Cardinalium numerum a Clemente XII. ann. CIↃIↃCCXXXVIII. summa omnium expectatione, ac plausu adscitus, ab eodem statim a Brevium secretis renuntiatus, gravem, honestamque demandatam provinciam maxima laude hactenus

obis

obis, omnibus carus, exoptatuſque.

Viget hactenus Majorum tuorum fama, & vigebit memoriâ ſeculorum ſempiternâ; quorum geſta, tropaea, illuſtres triumphos in faſtis deſcriptos ſummopere admiramur. Praemio virtutis allecti difficilem, nobilemque illius curſum aggreſſi ad ſupremos honores erecti fuere: & ſublimem gloriam adepti, poſterorum nunc laudibus praedicantur. Verum in tuis recenſendis honoribus, ac geſtis fruſtra tempus terere ſentio; cum ea per ſe ipſa profecto ſatis pateant, ut mea oratione magis obſcurari, quam illuſtrari videantur. Ac ſi in Te ornando, tuiſque laudibus celebrandis ampliſſima ſeges eſt, ut vel doctiſſimorum virorum eloquentia haud par eſſe ſit putanda; quomodo Te digna videri poteſt oratio mea, dum in tua laude ingenio meo ſenſum, voci vim dicendi deficere intelligo? Immo praeclariſſima illa, omniumque laudum inſtar modeſtia tua, quam ſemper unice dilexiſti os mihi, ut ne, vel hiſcere quidem iis poſſim, obſtruit, occluditque. At ſane immortale tuum decus, meritorumque tuorum fama ſatis eloquitur. Vivas igitur aeternum, PRINCEPS EMINENTISSIME, & hoc qualecunque munus

bene-

benevolus excipias, dum ſacrae decus Purpurae in mei argumentum obſequii humilis, ſupplexque deoſculor.

Neapoli Kal. Maii MDCCXLIX.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO
BARBERINO
S.R.E. CARDINALI
ET VICECANCELLARIO.



Erum antiquarum ſtudiis per Te, Eminentiſſime Princeps Cardinalis, honorem maximum acceſſiſſe, ipſa quiſquis amat, hoc eſt univerſus bene literatorum Ordo & novit, & gaudet. Quem immenſis totius Reipublicae Chriſtianae curis, ſcientiarumque omnium, & liberalium Artium oblectamentis diſtentum, penitiores etiam Hiſtorias attente rimari, deque iis praeclaros differentes audire viros, ac multiplici, indeſinentique favore eandem facultatem exaltare, eximie delectat. Quique ingentem librorum, nec niſi optimorum, Bibliothecam condens, aggregandos diſertiſſimis omnigenae doctri-

nae Auctoribus impolitissimos quoque, modo antiqua tractarent, tum alios undique conquisitos, tum Scriptores duxisti Historiae Langobardorum Beneventanae Provinciae, e vetusto membranaceo Codice Vaticanae Bibliothecae optima fide, & accurata diligentia depromptos: sic nempe summum animi Tui in omnem antiquitatem benemerendi amorem, quo dignam eam censes, praesenti, & futuro eruditorum Orbi quamsolidissime contestatus. Haec eadem exercitia & ipse, sed juxta tenues mei ingenii, fortunarumque vires, cum per otium, quo a D. O. M. sum donatus, sectarer, magno meorum studiorum emolumento (mihi inquam magno) doctissimum, atque ut omnem viri laudem sane praeclaram unico verbo complectar, qua excultissimis moribus, qua omnigenis literis Tibi acceptissimum, Lucam Holstenium, suscepto prius beneficio, quam praesentia, vel obsequio novi. Qui faciente Petro La Sena, aeque Tibi, dum in vivis agebat, noto, paribusque artibus caro, & sibi, & mihi amicissimo, complures Langobardorum, quos dixi, Auctorum locos in Papyraceis manu exaratis apud nos

Codi-

Codicibus, & in Editis quoque depravatiſſimos ad fidem Vaticani exemplaris, ut petieram, recenſuit, recenſitoſque mecum perhumane communicavit; quo tempore Tuo ille parens imperio, Antigraphum inde exſcribendum curabat. Hoc ego praeſidio ſubfultus, virique longe peritiſſimi conſilio etiam animatus, noſtratium, quam exponere meditabar, & ad manus habebam, impenſius excolere coepi Hiſtoriam Langobardorum; ſed Deo non ſinente, ad conceptam animo maturitatem minime in hanc uſque diem eam perducere eſt datum. De qua perficienda cum deſperarem, videremque literatos perplures viros talium depravatorum Codicum lectione deceptos aſſidue de eadem peſſime mereri, Opuſcula ſaltem iſthaec, quantum in praeſentiarum facultas fuit expolita, atque illuſtrata, foras dare non inutile futurum duxi; quibus, ni fallor, profligatae ceſſabunt tandem quammultae inter doctos receptiſſimae, altiuſque ſubnatae, ſed maleſanae de ejuſmodi Hiſtoria opiniones, deque harum rerum Langobardicarum ordine (ni admodum fallor) incipiet notitia luculentior haberi. Nec falſo inci-

piet; nam licet pauca adhuc alia ab antiquis de hujuſcemodi argumento deſcripta Commentaria edenda ſuperſint, in his tamen adeo obſcurus, atque implexus, & jejunus obſervatus reperitur character, ut poſſint plane, debeantque altiori cum profectu in multis ſuppleri, pluſquam in multis per annos dirigi, & in omnibus dilucidius explicari. Haec praeſtare, magna ſane auſus, olim deliberaveram, manetque etiamnum valida invalido quamvis in corpore mens, quae omnia non fuiſſent, niſi Tuo Ampliſſimo nomini, ambitioſe quidem, ſed juſtiſſime conſecranda: quoniam ipſa per ſe Tibi non injucunda, & deberi cognoveram, qui occaſionem a Te, Tuoque ab omine acceperam, in haec ſtudia intentius incumbendi. Interim autem debiles, ac rudes hos meos conatus prae Tuo in omnes literas amore, devotionemque una meam prae inſigni Tua humanitate, deprecor, ne dedigneris; apud quem noſter Campanus Archiepiſcopus Camillus Melzius a Patruo Tuo, ſummo, optimoque Pontifice URBANO VIII. & a Te ob incomparabiles ejus animi dotes meritiſſime in dies ad majora evectus,

Lega-

Legatuſque nunc nuper ad Caeſaream Majeſtatem deſignatus, benevolentia in me uſus ſingulari, fecit bene notum. Diu felix vivas, Eminentiſſime Princeps, ſub quo boni omnes felices ſe eſſe gaudent.

Eminentiae Tuae Reverendiſſimae

Humillimus, & Deditiſſimus Servus
Camillus Peregrinius Alex. F.

LECTORI

Langobardarum rerum studioso.

TE, *Amice Lector* (a), *qui penitissimis nostratium Langobardorum Historiis delectaris, illarumque ruditatem, ac barbariem non fastidis, jure merito alloquor: quid namque modo mihi, & non hujus, sive nullius omnino antiquitatis, sed sublimioris, politiorisve literaturae sectatoribus, ac philomusis, quos omnes ceteroqui veneror, & colo; illos tamen abstinere ab hoc Libro vehementer cupio, & exhortor? Verum & Tu non iniquus sis judex, rogo, conatui huic meo, quo gentis & magnitudine gestorum, & imperii diuturnitate, atque amplitudine nobilissimae memorias obscuritate pene obsitas promere adgredior, moremque tuis studiis gerere vehementer affecto. Jam enim scrupulus aliquis mentem subiit meam, ne Te harum notitiarum amore flagrantem frustrasse videar, qui siccos Chronologos, ac tenebricosos, ceteraque Opuscula praesenti comprehensa Libro in vulgus emittam nec spissis, nec plenis illustrata Notis, quas res ipsa, nec diffiteor, exposcit, affectasque habeo nonnullis abhinc annis. At siqua apud mortales adhuc viget fides, cur etiamnum ab illarum editione abstineam, accipe.* (b) *Valetudo enim est in causa, quâ utor septennio jam integro minus firma, quaeque adeo est labefactata, ut omnes prorsus vires diminutas valde, exilesque, ad angorem usque animi, reliquas habeam; quas nec satis validas a rerum omnium parente acceperam natura. Qui igitur possem Commentaria primo impetu mentis ad multiplicem observationem congesta secundis per otium recensere curis, quibus parcere nec vellem, nec deberem; quando exiguo hoc sicccioris anni tempore, quo melius habere soleo, vix disjectam mentem colli-*

(a) *Abstine a Libro, qui abstinere nolis a maledictis.*

(b) *In me valetudinarium.*

colligere potis sum ? (a) Cujus opportunitas ne mihi vel nunc depereat , pariterque depereant antiqua isthaec non levi cura conquisita , & expolita Opuscula , satius esse duxi , typis ea committere properantius , Notisque spoliata suis , quam sub frustrata hactenus spe convaliturae valetudinis lectionem tuis studiis non inutilem de die in diem , aegre quidem ferens , praeripere . Ipsa itaque omni remota fallacia , magnaque adhibita diligentia , tum ex suis Archetypis , tum ex melioris notae exemplaribus deprompta , libenti excipito animo ; de quibus meum simul judicium feram , ac variantes Lectiones , annosque ad oram describam : ut scilicet priorem hanc editionem , quatenus per morbum licet , reddam uberiorem ; atque agnoscere hinc quoque , & expectare valeas , me in secundam , si Deus vitam restituet hilariorem , integras distulisse Notas ; quibus nihilominus praesens praecessisse opus , non erit omnino infructuosum (b) . At haec pauca praefatus , ne Te consueta salutatione non compellans , despexisse viderer , prolixiorem nunc non addam vel de Libro admonitionem , vel de me excusationem ; siquidem apud vere amicum , & peritum Lectorem neutra esse opus reor : simulque nec ambitiosum , inutilemque Auctorum , quos citatum ibo , praeferam Indicem ; qui tamen ignores nolim , quotiens Leonem Hostiensem , vel Petrum Diac. Cassinensem absque ulla distinctionis nota laudatos videris , totiens Chronici Cassinensis Neapolitanam editionem , quae usu communior est , demonstrari . Vale .

VITA

(a) *Inque opus festinatum , sed sincera fide , & attenta cura elucubratum .*

(b) *De quo amicum , peritumque Lectorem paucis , sed satis monui .*

V I T A
CAMILLI PEREGRINII.

EX illustri patricia *de Peregrinis* gente Bononiensi Campanorum Peregrinorum familia profecta est. (a) Cum enim Johannes Andreas Petri Nicolai filius Bononiensis usque a seculo Aerae Christianae XV. a Ferdinando Neapolitanorum rege (bellorum quippe furore latissime insaniente tum Rex ille opprimebatur) vocatus fuisset, militaris gloriae avidus Bononiâ secessit, ac Neapolim venit. Ibi tum levis (b) armaturae (sic equestris illa militia adpellabatur) *Conductterius* (ut patentium literarum utar vocabulo) seu Dux statim creatus est, in eoque honore non minus virtute, quam prudentia clarus Regis familiaritatem sibi comparavit. Arcis interim Brundusinae primum Propraefecturam exercuit: deinde Castri Lapidum Capuae, quod hactenus nomen retinet, ibique conspicere licet, praefecturam summa Campanorum voluptate adeptus est. Capuae dum degeret, ibi vel fortasse in aliqua finitima urbe (quod adhuc desi-

(a) Pompejus Peregrinius, ejusque fratres Bononiensis in nobilitatis album restituti sunt ann. Aer. Chr. 1599. ut ex scriptura quadam in pergamena charta descripta manu Caroli Antonii de Manzolinis e Bononia, operâ illustrium dominorum Herculis de Peregrinis Octaviani Senatoris filii, & Pompeii quondam Sebastiani de Peregrinis licet colligere. Anno deinde sequenti Senatus Bononiensis amplissimo diplomate dato IX. Aug. 1600. descript. fol. 247. lib. priv. anni 1587. filios olim Pyrrhi de Peregrinis ex illis, qui Bononiam incolebant, stirpe esse declaravit; sicque ipsius Senatus ornamentis, honoribusque accipiendis adscribendos jussit. Quae autographa privilegia ab illustri Domino Gaspare Peregrinio Capuae adservantur. Alia hujus familiae acta legi possunt penes Notarium Petrum Paulum Vignarulum de Capua sub annum 1523. & in proc. S. R. Consilii Neap. ann. 1611.

(b) Proc. S. R. Cons. penes Actuar. Carbone ann. 1599. & 1600. cujus tit. Acta inter heredes Pyrrhi de Peregrinis cum civitate Capuae,

deratur) uxorem duxit nobilem quamdam feminam, cujus nomen ac familia ignoratur. Post multorum annorum lapsum admodum senex obiit, ac superstitem filium Petrum Aloysium bonorum suorum heredem reliquit; qui aucto suo patrimonio, Capuae sedem fixit, ibique Agneti Pantulianae Capuanae non obscuro loco natae nupsit, e qua Petrum Nicolaum, ac Pyrrhum filios suscepit. Cumque eo tempore ob tandiu execratam, atque perpetuo execrandam Caesaris Borgiae Valentini Ducis nuncupati proditionem Capua infando arderet incendio, & miserandum in modum cives interficerentur IX. Kal. Aug. anno Ærae communis MDI. Petrus Nicolaus B. Virginis patrocinio, quam in vota vocavit, ex illa strage incolumis servatus, votum, quo se obstrinxerat, statim reddidit, eidemque Deiparae sacellum in Metropolitana Capuae Ecclesia prope antiqui Thesauri sacrarium posuit; qua in aede tabula iconem B. Virginis primigeniae labis immunis praeseferens, ipsius Petri Nicolai voventis nomine signata usque ad novi Archiepiscopalis Templi instaurationem anno CIϽIϽCCXXIV. hactenus extabat. Idem inde sacris initiatus, & Ecclesiae addictus, Metropolitani Collegii Decanus renunciatus fuit; germanus vero Johannes Andreas Loysiam de Valle ex patricia tunc temporis Capuana familia Aversam urbem tum incolentem uxorem duxit; quo ex conjugio nati Pyrrhus, qui Laudomiae e Patricia familia de Junianis nupsit, Pompejus Decanus alter, & Camillus Metrop. ejusdem Ecclesiae Primicerius, cujus tam celebris extat memoria in Torquati Tassi defensionem, aliaque etiam inedita opera. A Pyrrho Alexander, Aloysius item, Franciscus, & Marius procreati. Ab Alexandro vero Pyrrhi primogenito, & Johanna Grassulla, equestris ordinis, Capuae familiae Camillus noster, & Pompejus juniores orti: ille clericali militiae nomen dedit adolescens, & Pompejo fratri bona cessit, qui Camillae Novelloniae ex patricia itidem familia nupsit, ex qua Decium, Andream, Alexandrum, III. Capuanae Ecclesiae Decanum, atque Johannem Ba-

ptiftam filios habuit: ex Aloyfio itidem Pyrrhi filio, atque Eleonora Salonia Caracciola conjuge Thomas, qui Catharinam Uvam de Vineis Matrimonio fibi copulavit, Pyrrhus alter, & Caefar Pompeii Decani coadjutor progeniti. Hactenus bifariam Peregrinorum gens dividebatur; at deinde alii inde rami producti. Decius enim, & Andreas germani Terefiae, & Vincentiae Sampfoniae fororibus nupferunt, Deciufque duntaxat filios procreavit, unufque Alexander adhuc coelebs tantum fuperftes. Ex Johanne Baptifta itidem, ejufque uxore Eleonora de Aloys, feu de Algifis (nobili genere familia Campana, nunc extincta) Peregrinorum ramus alter pullulavit, qui in duos alios e duobus illorum filiis Pompejo, & Nicolao inde fectus eft. E Pompejo fiquidem Gafpar manavit, e quo Ifabella de Caprio *(c)* ducta uxore, tam illuftris familiae pofteri in numerum excrevere, diffectis, ac pene extinctis ceteris furculis, in quos nobilis haec Peregrinorum familia tanquam arbor latiffima fefe extendebat. Extremus quippe, qui a Thoma Peregrinio, & Jacobo ejus filio, cui Therefia Umbriana nupfit, ramus propagarat, fine liberis defuncto ejusdem Jacobi Nicolao unica fobole, defectus eft; & qui ex altero Nicolao, atque item Alexandro productus fuit, proxime decidendus cernitur; ficq; tot florentes Peregrinorum palmites in uno deinceps ftipite, a quo primum emerferant, concludentur, atque virefcent.

Verum quod ad junioris Camilli Peregrinii vitam attinet, fermonem convertamus. Is Capuae ortus eft, ut innui, anno Domini MDIIC. poftridie Id. Januar. *(d)* poftque biduum facro Baptifmi fonte ablutus, eique Camilli, Leoifii, Antonii nomen datum. Quinquennis primis

(c) Capriorum familia Capuae vetufta aeque, ac nobilis habetur, ejufque monumenta referunt antiquae fcripturae, quae ibidem adfervantur.

(d) Errat vero Laurentius Craffus in viror. illuftrium elogiis, cum illum natum velit III. Kal. Octobres.

mis Grammaticae rudimentis a Johanne Antonio Savastano Ecclesiae S. Marcelli Majoris Capuae Cappellano imbutus, jam inde a pueritia mirum probitatis, ac scientiae, qua praecelleret, specimen praeferebat. Singulari enim morum facilitate, ac diligentia in addiscendis iis, quibus aetas illa informari solet, praestabat, ut ceteris ad discendum stimulos addere videretur. Sub Marsilio deinde Tebano Cajacensi Presbytero, Capuaeq; celebri tum Grammaticae, Rhetoricaeq; praeceptore (e) plurimum profecit Camillus, quippe in instituendis adolescentulis maxime valebat Marsilius, & ingenium cujusque optime norat, in uno Camillo erudiendo attentus operam omnem collocavit, & illius ingenii agrum fertilissimum sibi colendum, ut ipse dictitabat, libenter suscepit, fructumque sane uberrimum ex uno Camillo patriae suae expectandum pollicitus. Primis igitur Grammatices, Oratoriae, ac Poeticae artis sub Tebano, ut diximus, & Johanne Carolo Morello, necnon Grecae linguae rudimentis sub Pompejo Gariliano cumulatissime instructus Camillus aetatis suae ann. XVII. Neapolim missus est cum M. Antonio Laureo populari suo, viro doctissimo, Ecclesiae omnium Sanctorum tum Plebano, qui nepoti suo Neapoli item commoranti Camillum commendavit, quicum in studiorum cursu decurrendo vitam transigeret. Ibi Dialecticam primum, Physicamq; disciplinam in Collegio Patrum Societatis Jesu addidicit, Mathematicis etiam studiis, Ethicaeq; institutionibus apprime instructus, Graecorum Scriptorum lectioni sedulam operam navavit, quorum libris evolvendis eam curam adhibuit, ut in quotidiana lectionis exercitatione saepius dictitaret: *malle se ad totum diem a cibo, potuque abstinere, quam ad unam duntaxat horae particulam Graecorum librorum lectionem intermittere*. Hinc priscorum temporum historia cu-

b 2 mu-

(e) De hoc in suo Campaniae opere summa cum laude meminit Peregrinius ipse.

mulatiſsime inſtructus, quam ex Graecorum voluminum fontibus, & Romanarum rerum veteribus Scriptoribus hauſerat; ſicque ſummo ſtudio illorum auctorum libris comparandis nec ſumtibus, nec laboribus parcebat, & quoad poterat, illorum commentaria, Lexica, aliaq; id genus opera ad ſuam bibliothecam adornandam collegit; quorum librorum copia deinde ita excrevit, ut ad amplius mille ſelectiora volumina (praeter alios quamplurimos manu exaratos codices, quos amicorum liberalitate comparaverat, aut ſua induſtria emtos, vel tranſcriptos in ſuis pluteis adſervabat) temporis lapſu numerarentur (f).

Clericali poſtmodum militiae addictus Camillus ad Juriſprudentiam, & Sacrorum Canonum leges addiſcendas animum adjecit; cumque ſitis diſcendi magis in dies augeretur, ut eam prorſus extingueret, Sacrae Theologiae curſum aggredi coepit, ratus fore opportunum ad illam comparandam, Civilium, Eccleſiaſticarumq; legum ſtudium, cui etiam Sanctorum Patrum, atque Conciliorum collationem adjungere ſatagebat. Quo tempore doctrina praeſtantes viros colebat, ac ſibi familiaritate conjunxerat; & cum diſcendi ſtudio vehementer inflammaretur, ſuae domi privatam *Academiolam* (ut ſuo utar loquendi more) inſtituit, in qua unica hebdomades die de humanis, vel ſeverioribus literis diſputabatur, ſicque aliis ſtimulos aemula virtus addebat. At nequid Camillo illaboratum, vel incognitum relinqueretur, naturalis etiam, ſeu quae experientia conſtat, Phyſicae biennium incubuit; per idque temporis ſpatium hortatu, ac diligentia cujuſdam viri, qui ex ſchola celeberrimi Philoſophi Johannis Baptiſtae Attenduli civis Campani prodierat, Platonis Philoſophiam attigit, ut ipſemet Peregrinius in quadam ſua

(f) Poſt ejus obitum heredes Bibliothecam vendidere Hadriano Sculptori diviti tunc, exculcoque Librario, comparato pretio ſcutorum mille & quincentum. Multa in iis volumina a Peregrinio notis, atq. animadverſionibus ſignata.

ſua epiſtola ad Michaëlem Monachum Capuanae Metropolis Canonicum data apertiſsime fatetur. Haec Philoſophiae ſemina excoluit, dum adhuc adoleſceret Camillus, ſeverioribuſq; diſciplinis deinde animum intendens, deliteſcere aliquantulum paſſus eſt quaſi abſconditum, concupitum theſaurum, illaque prope ad ſenectutem revixere, ut infra dicetur, nova Neapoli *Inveſtigantium* nuncupata Philoſophorum inſtituta Academia, in quam ipſe adſcitus fuit, reluctantibus licet quibuſdam Collegis Neapolitanis; quo odii aliquantum inter eos exarſit (quod vero ſtimulos adderet ad verum inveſtigandum, ſecus ad ſerenda diſsidia, quibus amicorum mutua familiaritas disjungitur, & chriſtiana pietas offendi ſolet) quod cito evaneſcere paſſus eſt Camillus, qui inanem gloriam contemnens, quam ex ingenii ſui felicitate captare poterat, ſingularem modeſtiam, ac animi demiſsionem, in ſumma omnium admiratione, prae ſe tulit. Haec demiſſae ſuae indolis virtus, quo magis adoleſcebat Camillus, eo magis radices in animo firmabat. Quocirca, exacta juvenili aetate, & jam diffuſis undequaque ſuae doctrinae radiis, clariſsimis viris acceptiſsimus, de ſe ita demiſſe ſentiebat, ut nullum prorſus aut jactantiae faſtum, ac tumiditatem (ut in praeclaris quandoque doctis, ac eruditis viris accidit) aut leviſsimum ſui ingenii indicium praetulerit unquam, quamvis multoties injuriis affectus & contumeliis. Teſtis eſt ipſiuſmet epiſtola Neapoli, ubi degebat, data VI. Kal. Octobres, ann. MDCLI. familiari ſuo Michaëli Monacho, qui Capuae morabatur, in qua *Anonymi* ſe conviciis impetitum adfirmat, ac fatetur nihil ſibi optatius accidere potuiſſe, ne alii fortaſſe *homuntionem viliſſimum* (hoc ſeipſe nomine vocitabat) magnifacerent, cum injurias, ac contumelias, quarum libenter obliviſcebatur, & aequo animo conviciatoribus parcebat, imo his majora ſibi deberi ſcribit. Optimum ſane chriſtianae pietatis exemplum! Apoſtoli praeceptum ſecutus, inutilem fore hominum ſapientiam, ac inflare ſcientiam putabat, quae a chriſtianis moribus abhorreret. Peritos

iccir,

iccirco semper consulebat in rebus dubiis ac difficilibus, & in iis etiam, quae ad animae salutem pertinebant, totus incumbebat. Notae famae virum amplissimum tum P. Antonium Glielmum (g) perillustris Congregationis Pa-

(g) Vir sane hic omnium judicio, & vitae sanctitate, & morum castimoniâ, virtutumque omnium splendore praestantissimus. Quippe obeundis omnibus pietatis officiis, quae in Congregatione Oratorii Neapolit. a D. Philippo Nerio instituta statis diei horis exercentur, quotidiana nempe oratio, verbi Dei praedicatio, ac Sacramentorum Poenitentiae, & Eucharistiae administratio, totus incumbebat. Quae profecto Christianae Religionis officia potissima censentur, quaeque magis ad Fidelium utilitatem conducunt. Opus sane Ecclesiastico viro dignum, quo mundi curis vacuus totum se Deo, ac proximorum saluti devovit; quos etiam summa liberalitate complectebatur, & in eorum egestatibus eleemosynis quammaxime adjuvabat. Ea fuit in eo dicendi vis, ac studium, ut cum multi ad divinum verbum audiendum ad eum statis diebus confluerent, multoties statim ad meliorem frugem fuerint revocati. Tot, ac tantis distentus curis, ut a necessario etiam somno plerumque illae eum avocarent, praeclarum Opus composuit inscriptum: *Delle grandezze della SS. Trinità*, doctissimorum virorum judicio probatissimum: quod, quum adhuc is degeret, pluries praelo subdendum curavit, ut omnium desiderio fieret satis. Immo variis in Transalpinis regionibus, vernaculâ illarum linguâ exscriptum, editumque cunctos summa admiratione affecit. Quippe in explicandis rebus tam arduis, ac difficilibus tantam praesefert lucem, ut doctrinam coelitus potius, quam ut hominis vires patiantur, vir sane clarissimus hausisse videatur. Tomus alter, quem inscripserat: *Riflessi della SS. Trinità*, eruditus aeque, ac summa pietate refertus, nondum absolutus (immatura siquidem mors illum abripuit anno vitae suae XLVIII. vix expleto, ann. Ær. Christ. MDCXLIV.) XL. duntaxat ex centum, quibus constare debebat Sermonibus, complectens, eo jam e vivis sublato, typis datus. Epico itidem carmine duo sacra poëmata edidit; alterum tomo I. praecit. Libri insertum, de Diluvio Noëmi, quo peccatorum maculas aquis dilutas Auctor cecinit: alterum nondum absolutum nuncupatum: *Il Calvario laureato*; quo Salvatoris nostri triunphum extulit, qui suo sanguine nocentium culpas abluit, daemonis imperium eversurus. In vigiliis, in laboribus, in aerumnis vir sane admirabilis nunquam otio torpere mentem passus; immo etiam, dum morbo conflictaretur, hisce poëticis vacabat oblectamentis. Vid. Marcianum in libro, cui titulus: *Memorie Istoriche della Congr. dell'Orat. di Napoli*: Tom. II. lib. IV. cap. IX.

Patrum Oratorii Neapolitani Sacerdotem, ac Sacrae Poenitentiae ministrum in suis confessionibus adhibebat. In rebus ad animae salutem pertinentibus ipsum assidue consulebat, & ab ejus nutu, & consilio, quippe ejus prudentiam, morumque sanctitatem perspectam habuerat, nunquam abhorrebat. Hinc illarum curarum, quae ad delectationem ceteros allicere solent, omnino vacuus, sciendi semper ardenti desiderio flagrabat; nec puduit multoties virum patricium, insigni notum fama, exactâ jam adolescentiâ, jam annis ingravescentem, & parum valentem valetudine a sua Casapullensi villa pedibus iter facere, ut Neapolim pergeret, (quod iter XIV. mill. passuum vulgo aestimatur) ut vel novi aliquid sibi excogitatum cum amicis communicaret, eosque probaturos sperans tandem acquiesceret, vel libris volutandis inveniret quae excogitaverat, ut sollicitudini, qua afflictabatur, finem imponeret. Dignus plane vir, ac vere Philosophus, qui addiscendi amore incensus cuncta parvipendat, despiciatque!

Sed jam virtutis suae fulgentes radii extra patrios etiam lares, ac Regnum multipliciter emicabant. Siquidem Antonius Cardinalis Cajetanus, ejusque nepos Aloysius Roberti Cardinalis Bellarmini Capuanae cathedrae successores, Camilli laudes Romae celebrare, suumq; decus, ac gloriam enixe conati sunt promovere, statimque eruditum adolescentem, ut illuc adiret, invitarunt; sperabant enim fore aliquando, ut sacris initiatus Ordinibus, & in Sacerdotum numerum cooptatus, ut novum lumen in Capuana Ecclesia tandem praeluceret. Verum Purpuratorum Principum, amicorumque votis haud acquievit Camillus; ajebat enim, *esse satis sibi exploratam suam inscitiam*, *& divino Altari se non satis dignum ministrum deputandum affirmabat*. Invitum tandem, ac prorsus reluctantem a Decano Metropolitanae Capuanae Ecclesiae patruo suo ad Urbem missum, equitique tunc magni nominis Cassiano e Puteo commendatum pene ad redi-

ditum impulerunt honores, qui sibi spondebantur, hominum plausus, & encomia literatorum. Cum enim eam in urbem vix pedem tulisset, non inanibus adolescentiae cupiditatibus, quibus natura ipsa satis abundat, se capi passus fuit; sed in laboribus plurimis se exercuit, ac vanae curiositatis rejecta cura, totum se studiis addixit. Quocirca Camilli scientia statim praelucere coepit, & multorum in se ora vultusque converterat; ac praecipue praefati equitis a Puteo, Lucae Holstenii dignissimi tum aulae Pontificiae Praesulis, ac Bibliothecae Vaticanae Praefecti. Acceptus item fuit Leoni Allatio, Petro Lasenae Neapolitano, Johanni Matthaeo Caryophilo, & Francisco Arcudio, qui Graecae nationis decus & ornamentum tum erant. A Pompejo Gariliano summopere expetitus, qui Capuae tunc Canonicatu ornatus, legatoque Castri Comiti Hispaniarum Regis Philippi III. ad Pontificem erat a secretis. Francisco Salzillo etiam familiariter utebatur, in almo tunc sapientiae Collegio severiorum disciplinarum lectore: Paulo item Æmilio Sanctorio, Julii Card. nepote (cujus vitam ille Peregrinio describendam commisit, huic Operi postmodum inserendam) Salvatore Cuoci Ordinis Coelestinorum Generali Abbate; ac demum Francisco Card. Barberino doctorum virorum Maecenati dignissimo acceptissimus fuit, aliisque Eminentissimis Patribus, & clarissimis viris, qui in ejusdem Card. Barberini Bibliotheca Academiam frequentes conveniebant, a quibus summis laudibus celebrabatur Camilli scientia, ac praecipua Graecae linguae peritia, qua tanquam patrio idiomate facillime loquebatur. Igitur his, aliisq; Academiis, quae in eruditorum quorumdam domibus institutae erant, nullus fere sermo habebatur, nisi ad scientias pertinens, frequens aderat Peregrinius, plerasque ibi eruditas dissertationes recitabat, ingenjique sui praestantiam in variis disciplinis praeseferebat; unamque ex tot a se descriptis lectionibus, typis Romae mandasse Holstenium anno 1618. vix XX. aetatis Camilli exacto, fatetur

Fa-

Fabius Vecchionius Camilli familiaris, & amanuensis, ex quo aliqua ejus vitae monumenta posteris tradita prodiere ; Lectionem scil. in 54. Posteriorum Aristotelis particulam, (quod & Laurentius Crassus in ejus elogio confirmat) Quam tamen Lectionem nusquam hactenus invenire contigit, licet operam omnem curamque adhibuerim. Romae dum degeret Camillus, quotidie Barberinam, Vaticanam, aliasque percelebres Bibliothecas, & Musea perlustrabat, reconditaque ibi Manuscripta in pluteis adservata attente perlegebat. Qua de causa libido illi incessit maxima (quod a puero semper expetivit) patriae suae historiae adtexendae, quam jampridem parum felici omine descripsisse animadverterat Scipionem Sannellium Capuanum Jurisconsultum, qui suos autographos Capuae Annales indigestos doctis aliis civibus castigandos, perficiendosque reliquerat. Gaspari Attendulo viro doctissimo, Johannis Baptistae nepoti a Capuae decurionibus ea cura primum imposita fuit, qui demandatam sibi provinciam haud potuit conficere, imo ne aggressus quidem fuit; juvenem enim illum, qui summae expectationis erat, immatura mors abripuit ; sicque Sannelliani Annales ita adulterati hactenus circumferuntur, ut omnino ignoremus, utrum iidem sint, qui a Scipione descripti fuere, an quos alii sponte, inconditeque suppleverint. Hac de causa ad patriae suae famam illustrandam, illius historiam pluribus distinctam voluminibus describendam suscepit Camillus. Primum igitur opuscula quaedam, quae Romae, Capuae, Beneventi, Salerni, Barii, Amalphi, Neapoli, in Casinensi Cœnobio, aliisque hujus Regni pluteis adservabantur, at pulvere conspersa, ac pene obsita, tineisque corrosa, quot poterat, collegit : ea item, quae in Neapolitano, Cavensi, Aversano, aliisque Cassinensium Monasteriis, quae ad Longobardorum Principum, illiusque aevi historiam elucidandam conducerent, comparavit, illaque eruditissimis suis dissertationibus, ac notis ornata praelo subdenda curavit; tomusque alter quem pollicitus fuerat, jam expeditus ad Langobardicae historiae complemen-

tum fato quodam, ut infra patebit, igne absumtus fuit.

Quot tum itinera suscipienda, quot labores perferendi, sumtusque Peregrinio faciendi pro amanuensium stipendiis solvendis, Tabulariorum custodibus, libris e longinquo vehendis, ceterisque necessariis sumtibus, quisque perpendat. Unum duntaxat heic in medium afferam, ex quo id facillime licet conjicere. In quadam ad praefatum Fabium Vecchionium epistola Kal. Martiis anni MDCXXXVI. data, plane fatetur Peregrinius, bis centum nummos aureos a se expensos pro Cavensi, Stabiensi, ac Salernitano itinere rursus confecto, aliosque xx. in multis Autographis ibidem, ac Neapoli post reditum exscriptis consumtos. Videsis quam in immensum impendia succreverint in tot aliis itineribus xxx. & amplius annorum spatio decursis, ut Romam, Bariumque bis, ter in Cavense Monasterium, quater Surrentum, Stabias, Amalphim, quinquies Beneventum, Calatiam, Alifasque, Cassinum saepissime demigraret, nullis parcens laboribus, animique valetudini, vel quieti haud parumper indulgens. Tantae scilicet molis erat, ut Langobardorum, ac patriae suae historiam conderet Camillus.

At ad Peregrinii ingenio suo parta opuscula sermo redeat. Ut aptius, ac facilius Campanae Historiae molem digereret Camillus, Apparatum quendam consulto edidit, quo quatuor Libris, sive discursibus, uti ipse nuncupat, Italico sermone exaravit, Campaniaeque nostrae monumenta, Chorographiam, aliaque de ejus nomine, finibus, laudibus, urbium fundatoribus, agris, fluminibus, montibus, lacubus, consularibus, privatisque viis, denominationibus, bellis, desolatis urbibus, ceterisque ad cumulatissimam hujus Provinciae cognitionem necessario pertinentibus planissime explicavit, & ad satietatem usque perduxit: Opus profecto ab omnibus tam Italiam, quam ultra montes incolentibus sapientibus viris summopere expetitum, ac summis laudibus celebratum; quodque ob raritatem nunc usque desideratum, Deo auspice, novis additionibus, notisque auctum in lucem edendum curabimus,

bimus, ut literatorum tandem votis annueremus. *Apparatum* nempe *ad Campanam Historiam*, sive *Capuae* Metropolis *antiquitatum prolusiones* cudendas curavit Peregrinius Alexandri filius Neapoli anno MDCLI. ejusque Liber sitim magis eruditorum accendere, quam extinguere visus est: *quo enim plus* ab hydrope (liceat de studiosis hoc uti vocabulo) *sunt potae, plus sitiuntur aquae.* Hinc amicorum turmae, quibus ipse variis in provinciis incolentibus familiarissime utebatur (utinam illorum tot familiares literae tribus tomis collectae, ut praecit. Vecchionius adfirmat, extarent hactenus! ex iis quidem tot Doctorum virorum paterent nomina) ad conficiendam Capuae Historiam perpetuo addebant stimulos, quam tribus ipse jam tomis pene absolverat; aliudque volumen *de Amphitheatro Campano libris III.* distinctum digessit, perraris aeque, ac illustribus antiquae eruditionis monumentis refertum (*). At nescio quo fato volumen hoc, aliaque item opuscula nobis erepta sunt, ut dolendum potius, quam laetandum, jugiterque oblacrymandum foret.

Campanae tamen Historiae, quae ab usque suae editionis initio communi latissime plausu excepta fuit, a nonnullis critica quaedam, ceteroqui levissima, impacta est. Inter hos (ceteris minoris famae viris praetermissis, quorum difficultates jam evanuerunt) fuit Bernardus de Christophoro disertissimus tunc Neapolitani Fori Jureconsultus, Romanae, Graecaeque Historiae peritissimus, ac numeris omnibus absolutus, qui Graecis literis satis instructus erat, quippe a Patre Neophyto Cyprio Basiliano Monacho Neapoli, & a Leone Allacio Romae praeceptoribus eas illum accepisse ferunt. Hic quidem Camillo Peregrinio multis annis antea familiarissime usus erat, sicque Campanae hujus Historiae occasione literariam illi litem movere coepit, ac tria illius capita acerrime nititur

(*) Uti & *antiquum Campanae Ecclesiae Cathedralis Rituale* notis doctissimis illustratum, de quo ipsemet Peregrinius verba facit in castigat. ad Lup. Protosp. nota 2. in fine.

tur impugnare ; primum ſcilicet , in quo Peregrinius *de Alicae* imperſcrutabili *confectione*, atque eſſentia pluribus verbis agit diſcurſu III. §. VII. Alterum, in quo diſcurſu IV. §. ult. *de Neapolitanorum cum Romanis foedere* diſputat , munuſque ab iis XL. paterarum aurearum vi ſacrae ſocietatis Romano Senatui poſt Traſymeni ab Duce Annibale factam caedem oblatarum , teſte Livio lib. XXII. producit. Id aeque, ac navium quarundem tributum Romae debitum , non unius ſocietatis , ac foederis notam, ſed ſubjectionis potius argumentum aliquod fuiſſe contenderat Scriptor noſter . Poſtremo de verborum Symmachi Epiſt. 27. ad Cenſorinum enodatione (ſunt verba Camilli loc. cit.) in queis *de Neapolitum Religione* quaedam innuit , ea quidem non ad Chriſtianam Religionem pertinere cenſuit.

Bernardus igitur in Peregrinium clamitans , Diſſertationem *de Alica* Latino ſermone deſcripſit , imperfectam tamen, lacuniſque quibuſdam poſteris ſupplendam. Alterum , qua Camillum impugnat , cujus titulus eſt : *Del vario modo delle confederazioni degli antichi*. Poſtremam, qua Symmachi verba expenduntur, apologeticumque pro Neapolitanorum Catholica Religione eodem ſermone compoſuit . Quae diſſertationes apud Cl. virum Scipionem de Chriſtophoro dudum mihi familiaritate conjunctiſſimum adſervantur ; eaſque in Avi ſui memoriam inſignem literariae Reip. bono, atque utilitati curis aliis literariis vacuus in lucem editurum ipſe ſpopondit.

His itaque difficultatibus Peregrinio ordine obviandum fuit , ut amico adverſario faceret ſatis. At a quonam haec monumenta expiſcabimur, cum nil aliud ab ejus vitae breviariis eruere licet,quam quod is jugiter adlaboraret ad elucubrandam Hiſtoriam , quam deſcribendam ſuſceperat, aut amicorum poſtulatis reſcribendo , aut in criminationibus diluendis tempus tereret ? Ea ſane doctorum hominum eſt fortuna, ut qui magis Reipublicae commoda comparare ſtudent , eo criminationibus magis , & criticae ſubjacere cernantur. Ea enim opera , quae nullius

lius momenti ſunt, luce carere ea videmus, nec ab eruditis quidem inquiruntur, nec illa vel altero duntaxat oculo conſpiciuntur.

Tot, tantiſque laboribus exantlatis, quos in itineribus conficiendis, climatum, locorumque variis ſitibus diſcurrendis diu perpeſſus fuit Camillus, domeſticae etiam tum curae virum angebant, quippe parentes ſibi cariſſimos, fratrem exoptatum, familiares complures, Petrum Laſenam præſertim, Caſſianum a Puteo, Holſtenium divino fato ereptos ſenſit. At vir ſane Chriſtiana pietate ſatis inſtructus conſtans, ac imperturbato animo calamitates pertulit, Deoque rerum omnium auctori animi ſui moleſtiam acceptam referebat. Haec tandem ſtudia, moerorque animi quibus, aſſidue conficiebatur, morborum vim, ac copiam Peregrinio peperere; caput ſcilicet continuis doloribus afficiebatur, ac vertigines patiebatur; ſtomachi imbecillitatem, ac nauſeam experiebatur (quemlibet enim aut cibi, aut potus ſaporem abhorrebat) virium etiam laſſitudinem, & in tanta malorum copia, renum quoque dolore laborans, ex urinae impedimento acerbis dolorum convulſionibus torquebatur. Inter haec gravia, quibus continuo affligtabatur tormentis, imperterritus Camillus Deo identidem gratias agebat, cujus in ore haec duntaxat verba reſonabant, ac frequens uſurpabat: *Benedictus Deus*. Hinc Jobi Librum ex ſacra Scriptura ſaepe pervolutabat, Thomae a Kempis etiam, S. Auguſtini meditationibus, ac B. Henrici Suſonis frequenti lectione recreabatur. Ita ſemper de se humiliter, ac demiſſe ſentiebat, ut ſe quocunque honore, ac munere indignum haberet. Eximia item in pauperes, egenoſque liberalitate fuit; ſicque bonorum, honorumque viliſſimus aeſtimator, cunctos patrimonii ſui redditus, oblatoſque toties honores, ac dignitates parvipendit ſolitus adfirmare: *non ſatis bene cum ſapientia divitias, honoreſque congruere, quae mentem obfuſcant, & animos extollunt.* Saepe juxta lectum, aut infirmus ſuper illum, mente in Deum firma elevabatur; aut in Eccleſia, ubi quotidie

Sa-

Sacro aderat, ac festis diebus Divinis se Sacramentis muniebat, pluribusque Sacrificiis genubus fere semper flexis, maxima cum pietate auditis, quietis, ac solitariae vitae gratia domum repetebat. Parentibus suis vita functis, hereditariam etiam domum, patriumque larem deseruit Camillus, ac suis sumtibus aliam intra Capuae ipsius moenia in salubriore situ, & aëre positam, emit; quo libros duntaxat, & authographa volumina, aliaque quae non decori, sed commodo tantum inservirent, transtulit, uno duntaxat famulo pene senescente contentus, ac famula, ut sibi in necessariis usibus ministrarent. Illuc nonnisi doctos ac eruditos viros advocabat, a quibus se accepturum sperabat; neque, nisi perraro, hyemali tempore, (quo Capuae fere semper degebat) domo egrediebatur, cum ceteris anni temporibus in sua villa in Casapullae Pago manere consueverit. Pagus hic tribus circiter mill. passib. e Capua distat, in plano, amoenoque loco situs; atque e radicibus Tiphatinorum collium parum abesse cernitur; quo ex loco amoenum uti theatrum villa haec prospectatur, atque exhilarat, cujus coelum adeo salubre, ac perpetuo temperatum dignoscitur, ut Peregrinius saepissime amicos suos invitaret, immo etiam cogeret ibi apud se diversandum, quibus summopere eam villam commendabat. In hanc ipse suam dicamne villam, an potius Museum, veterum Lapidum (quosdam enim ex variis locis collegerat, quosdam vero in nostrae Provinciae urbibus, vicisque ac suburbiis repertos sua manu exscripserat, eosque eruditissimis animadversionibus explanarat ferali igne absumtos) statuarum, Idolorum, numismatum, tessellatorum, Hetruscorumque vasorum monumenta omnia transferre curavit. Sed quam pessimo publico inde post mortem abierint haec omnia, argumento esse potest, quod vix etiamnum paucae priscorum temporum inscriptiones in hujus villae parietibus supersint; aliaque pessum ire coeperunt, iniquorum, indoctorumque non insolenti pervicacia, negligentia, vel avaritia; quippe ab heredibus locatis aedibus, inquilinorum

nequi-

nequitia celebris Camilli Peregrinii nedum villa, quam insigne illud antiquarum rerum Museum omnino consumtum fuerit ac devastatum. At quid infandum renovare dolorem moror?

Quamvis vero, ut innui, morbo laboraret Camillus (totus enim studiis deditus tristi ingenio, ac severo semper erat, ac raro vel moderata animi relaxatione, aut ocio recreabatur) ne infirma quidem valetudine a librorum lectione omnino abhorrebat, atque amanuensium operâ, quos semper praesto habebat, historiam, quam coeperat describendam, haud intermisit. Et quidem ex illorum grege praelaudatus Vecchionius pleraque ex Peregrini operibus licet incohata, ac minime absoluta nobis reliquit. Famosa tunc temporis Vesuviani montis ignivomi eruptio (tota nostra provincia perculsa metu, & quae in summo discrimine versabatur) anno MDCXXXI. mense Decembri contigerat; quo tot praestantes, ac summo ingenio viri ad eam describendam summo studio contenderunt, ac philosophicis rationibus sua scripta exaggerarunt, Camillus quoque, arrepta occasione, ad scribendum animum adjecit: suasque *meditationes* addidit, & *physicis quibusdam thesibus*, & argumentis confirmavit. Opus profecto quod e Philosophis immortalitate dignis erutum, Jacobo Antonio, scilicet, Glorioso, Leonardo e Capua, Paulo Bottonio, aliisque clarissimis viris testantibus confecit Camillus anno MDCXL. quodque cum aliis Romae, Neapoli, Capuae recitatis Lectionibus typis dare promiserat; ex iis duas duntaxat *de Fossilibus unam*, *de Campaniae Ignibus* alteram nuncupatas dedit postmodum praecit. Vecchionius; aliarum vero nedum tituli supersunt. Nec exiguo in numero, ac parvi momenti fuisse Lectiones illae censendae sunt, cum permultas is Romae toto quinquennio, quo ibi primum moratus fuit, *descripserit*, quamplurimas etiam Neapoli in Academia *Investigantium* nuncupata, multoque plures Capuae suae domi primum, in Carmelitarum inde Conventu, quo civitatis illius clariores viri undique conveniebant, habitas; e quorum

rum numero aliqui solummodo hic nominantur, Pompejus videlicet Garilianus (a) Capuae Canonicus, Carolus ex illustri de Vineis familia, Alexander Sibilia, mox Episcopus Capritanus, Johannes Baptista Ventrilia, Episcopus postmodum Casertanus, M. Antonius Granata (b), Franciscus Antonius de (c) Thomasio, Johannes Antonius (d) Vecchius, Episcopus deinde Isclanus, Stephanus de Benedictis, Franciscus Antonius (*), & Alexander de Isa; omnes item Majoris Ecclesiae Canonici, Julius Caesar Imbrianus (e) senior, Paulus Bottonius eximius patriae suae Philosophus, Johannes Carolus (f) Morellius, RR. PP. D. Antonius Mancinus, & D. Julius Minutulus Ordinis Coelestinorum nuncupati Abbates: RR. PP. D. Germanus de Uva P. Benedicti optimi vatis nepos, & Benedictus Blancus Cassinenses: Fr. Albertus Strafolinus Carmelitarum Magister, Michaël (g) Monachus, ejusque nepotes Franciscus Antonius, & Silvester Ajossa, FF. Thomas de Laurentiis, Thomas Morellius, & Ignatius Vastanus Ordinis Praedicatorum Magistri: P. Johannes Petrus Paschalis, & Franciscus de Natali Societ. Jesu, omnes patriae suae decus & ornamentum; aliique quamplurimi tam Capuae, quam vicinarum civitatum praestantes ingenio viri, qui quovis mense statis diebus Capuam conveniebant, ibique in praefato PP. Carmelitarum Conventu aliqua primum Dissertatio, inde ad poësin spectans aut vernacula, aut Latina, vel Graeca linguà, ut libebat, recitabatur, quo Campani adolescentes instrue-

(a) Ejus opera publicae luci donata scientiam Gariliani ostendunt.
(b) Canonicus Capuanus, vir doctrinâ, ac prudentiâ praestantissimus.
(c) Multa edidit, aliaque M. SS. reliquit.
(d) Qui Sacrae Scripturae Commentaria quaedam typis dedit.
(e) Optimus sui temporis Jureconsultus. Varia ejus opera exstant.
(f) In Latina poësi valde notus.
(g) Sanctuarii Capuani aliorumque opusculorum descriptor.
(*) ComaedIarum scriptor sub nomine Octavii ejus nepotis editarum.

ſtruerentur, & facilius ad emulationem provocarentur.

Hanc quidem Academiam *Raptorum* nomine a Camillo ſeniore patruo ſuo primum inſtitutam, poſtque illius mortem pene extinctam Peregrinius noſter ſub perſona *Impediti* nuncupatus rurſus inſtauravit, ejuſque, veluti parens, auctor habebatur. Cujus fama, nomenque cum jam pene totum per terrarum orbem diffuſum eſſet, in dies literati, clariſſimique viri nedum e Regno Neapolitano, ſed etiam ex tota Italia, & longinquis ultra montes regionibus ad illum inviſendm, audiendumque Capuam conveniebant. Omnes item, quibus Româ, aliiſque locis Neapolim iter faciendum erat, ſtatim ac Capuam adventarent, Camilli fama permoti ipſum adibant conſalutatum, & cum eo colloqui ſummopere exoptabant. Ipſe perhumaniter omnes excipiebat, erudita aliqua rerum antiquarum narratione ſolabatur, Muſei ſui theſaurcs illis recludebat, de rebus quae tum ab eo pertractabantur, faciebat certiores, ſuorumque abſentium familiarium illis, literas libentiſſime perlegebat. A pleriſque fama tantum, aut per literas notus, ipſorum ſcripta, elucubrationes, edita volumina ad ſe miſſa variis e regionibus accipiebat-ac libri fere omnes, qui tunc temporis cudebantur, aut do no accepti, aut ſuis ſumtibus comparati, in ſua percelebri Bibliotheca adſervabantur. Ad illum undique epiſtolae mittebantur a clariſſimis viris, ut de locis difficillimis eum conſulerent, quippe veterum diplomatum, Manuſcriptorum, aliorumque venerandae antiquitatis monumentorum callentiſſimum noverant. Haec omnia titulo *Conſultationum eruditarum* in unum volumen digeſta acerbo fato ignis quoque abſumſit. Pluries a Campanis Decurionibus invitatus, ut in publicis vel feſtorum dierum dedicationibus, vel ſupremorum Principum parentalibus aut Poeana caneret, aut naenias excitaret, libenter illorum votis obſequebatur, & verſibus Latinis (poëſim enim Latinam potius, quam Italam excolebat Peregrinius) eruditas ἐπιγραφὰς, ſive inſcriptiones, epigrammata, idque genus alia elegantiſſime deſcribebat. *In obitu* vero *Phi ippi III.* Hiſpaniarum

Regis nunquam nec precibus adduci potuit ut *orationem* haberet ; quam autem ſuo alumno Petro Melchiori Calatino, in majori Capuae Baſilica, ſummo omnium plauſu, & admiratione recitandam voluit; Camillus quippe Moralis Philoſophiae praeceptis uberrime informatus, quibus non tam mentem, quam animum quoque inſtruxerat, ſicuti beneficia in omnes liberaliſſime diſtribuebat, ita ſuimet largitoris manum libenter abſcondebat, ſicque a laudibus & plauſu hominum ita abhorrebat, ut ſaepiſſime a ſe elaboratum opus quod in Academiis, ceteriſque congreſſibus, ſuis alumnis, ac familiaribus recitandum foret, tanquam ab illis excogitatum, compoſitumque crederetur.

Quo ad Peregrinii ſobrietatem, ac prudentiam attinet, paucis nunc expediam. Victus illi non tam parcus ac levis, quam vilis fuit; *ciborum enim copia* (ut ipſe ajebat) *animus obtundi ſaepe ſolet, & mentis acies hebeſcit, & brutorum more homines ad delectationem impelluntur, & illorum ſimilitudinem induunt . Sapientis vero viri eſt, ciborum parſimonia delectari, ne mens ſtomachi ſaturitate obfuſcata, & pene obruta a ſtudiis excolendis abhorreat, & virtutis ſaporem faſtidiat*; quo enim ciborum ingluvies redundat magis, eo ingenii acumen perſtringitur, & quaſi quodam pondere mens oppreſſa nec in altum extolli, nec in rerum contemplatione exſpatiari unquam poteſt. Semel in dies, horâ circiter meridianâ, ſe reficiebat Camillus, mox antequam ſomnus laſſis membris obreperet, libelli alicujus fabellas, ac facetias interim animo, ac oculis excurrebat; ac tum denique breviſſimum quieti tempus inſumebat. Noctes pene inſomnes aeſtivo tempore ducebat, quippe tum ob aeſtus vehementiam in ſuburbanis ſuis agris morabatur, ut caloris moleſtiâ levaretur, ceteris anni temporibus ad ſex circiter horas dormiebat, ſummoque mane, ut ſtudio vacaret, evigilabat. Licet ex medicorum conſilio aliquando ei ad animi remiſſionem deambulandum foret, ne in novos morbos incideret, amicorum numero ſtipatus ſuburbana loca excurrebat, vel ad Vil-

lam

iam usque Casapullanam gradiebatur. Nec corporis duntaxat relaxatio haec erat, quin & animi quoque, cum sociantes familiares eum saepe rogarent, ut de eruditis dissertationibus loqueretur; quod profecto praestabat Camillus, cujusdam priscae inscriptionis vel in aliquo lapide exculptae, vel numismate, explicandae occasione arrepta; quodque multoties amicorum potius erat Academia quam Camilli relaxatio, ac levamen.

At gravior morbi vis Camillum a studiis tandem omnino avocavit; anno, nanque MDCLV. Septembri mense acuta febri perculsus, extremo quasi morbo laboravit; ac licet autumno vis morbi remittere videretur, vehementius deinde brumali tempore augeri coepit, ut tabem minaretur, aut hydropem. Ineunte autem vere sequentis anni MDCLVI. cum aliquantum ex eo valeret morbo, ut firmior esset, in suam villam se deportavit. Illic dum degeret Camillus, & a studiis vacaret, audita contagione, quae Neapoli grassabatur, exitiali illo morbo exterritus, rebus omnibus tum ad victum, tum ad luem arcendam necessariis, comparatis, ad suburbanae domus aditum custodiendum duobus viris curâ demandatâ, ipse cum amicis Sacerdotibus Fabio Vecchionio, & Julio Antonio de Sorbis duntaxat altiora domus cubicula incoluit. Ibi librorum lectioni, sacris precibus recitandis ad septem circiter menses operam consumsit; & cum vix gravi, diuturnoque morbo fuisset ereptus, voluntarium carcerem, licet ad tuendam salutem opportunum, pertulit. Heic animi sui tristitiâ vehementer exagitari coepit, atrabile, ac μελαγχολίᾳ conciri Camillus; vis enim morbi, quo afflictabatur, adeo illum accenderat, ac inflammarat, ut furentis in morem aliquando clamaret, & leonis rugitus imitari videretur. Tam gravi morbo tandem divino auxilio erutus nihil magis delectabatur, etiam cum glacialis hyems rigeret, quam apertioribus agris, altioribusque Tiphatinis collibus, quos saepissime ad arcendam molestiam animi sui, summo corporis labore petebat amicorum frequentia stipatus. Cum vero omnino convalescere desperaret (in dies enim morbi

bi vis illum angebat, nec nisi summo labore, ac animi molestia studiis, quod summopere expetebat, ipse vacabat) ac extremum sibi mortis agonem adesse putaret, ad animae salutem totus incumbere coepit; quippe frequentes malorum incursus, renum dolores, urinae impedimentum, immoderati sanguinis fluxus, humorumque affluentia, & altercatio Camillum ita angebant, ut difficilis respiratio suboriretur, supra modum alvus extumesceret, & crebris opprimeretur malis, quae mortem vicinam praesagire viderentur.

In majus ac periculosius vitae discrimen adductus Peregrinius fuit prid. Idus Martias.(ex quadam animi sui affectione ortum malum, auctumque) Tunc enim morbus, quo laborare consueverat, ita furere coepit, ut ad exonerandam urinam, ostio penitus occluso, summo dolore afficeretur, donec ad postridie Idus mensis ejusdem prae lotio cruor sanie permixtus manaret, quo exulcerationem aliquam vel in vesica, vel in urinalibus venis factam medici opinabantur. Quo factum est, ut pessimo totius literariae Reip. damno contigerit, ut Camilli Peregrinii opera, epistolae cl. virorum, patriae suae vetera monumenta, quae in Tabulariis adservabantur, diplomata, inedita suorum amicorum analecta, totque graphicae templorum, imaginum, aedificiorum, urbium, arcuum, ceterarumque antiquarum rerum sua manu descriptae paginae deperditae fuerint, ac omnino consumtae. Ipse enim sicuti suorum Codicum cautissimus fuerat custos, ita de instante sibi morte admonitus, ac veritus, ne ab aliis raperentur, & in suo labore proficerent (nimia quippe aviditate quosdam iis inhiare intellexerat) quamvis a suo Sacerdote commoneretur (publico quidem bono consulebat) ut sua scripta penes Capuani Antistitis Tabularium, vel Monialium aliquod Coenobium, vel tandem in Soc. Jesu Patrum Collegium signo suo munita deponeret, quousque e suis nepotibus quisquam ea praelo subdere curaret, nihilominus cuidam ancillae suae jam senescenti, cui nomen Lucretia Spina (quae adhuc nos pungit, atque perpetuo

pun-

punctura illius extabit memoria) *secreto indixerat, ut postquam de vita actum esse e medicis edidicisset* (verbis P. Johannis Petri Paschalis in ejus elogio utor) *quae apud se essent, cui ante tradiderat, exarata volumina, flammis traderet. Illico igitur mulier ea nocte, qua fato cessurum medici edixerant, clam excitato fornacis incendio, quo de more ad familiae substentacula singulis hebdomadis utebatur, infando parricidio flammis tradidit digna immortali luce. Servabantur inter haec quindecim digesta per capita, tribus tamen libris exarata, de Campano Amphitheatro perudita Tractatio*; Opus plene perfectum, cujus initio ejusdem topographia (autographus periculo ereptus apud heredes, nunc penes me est, sicuti & quaedam aliae chartulae in illa, in qua adservabantur capsula, inventae) pleraeque ad illud spectantes descriptiones.

Tria de Capuae Historia volumina, hoc est, Apparatus ad eam, seu de Campaniae discursibus germana, ac Langobardicae Historiae adfinia. Primum, ab ejus Fundatione usque ad ejus ab Romanis defectionem, secundi belli Punici tempore, quo Capua simplici Praefectura regebatur. Secundum, usque ad Magni Constantini aetatem protendebatur. Tertium, usque ad Nortmannorum Principum, sive Regum extinctionem. Opus pene absolutum, ut Vecchionius fatetur, illudque sua ad usque tempora persequi cogitabat, quarto iis adjuncto volumine, nisi immatura mors Camillum absorbuisset.

De omnibus adhuc excerptis insculptis Lapidibus perillustris enucleatio, simulacrorum, aliorumque in iisdem signorum, sive instrumentorum, notarum, aut iconum graphica exscriptio, eruditae amplissimae enodationes.

Dissertationum, sive Lectionum variarum peculiaris Liber, qui quadraginta, & amplius ex iis continebat.

De Vesuviana Historia, illiusque montis perpetuo incendio, atque eruptionibus Liber.

Eruditarum Consultationum amicis a Camillo Peregrinio missarum volumen, quo illorum mutuae Epistolae ad Camillum sua manu scriptae, & ipsius Camilli ad illo-

illorum quaesita rescripta exempla continebantur.

Pleraque item *Miscellanea*, locorum, seu priscorum Monasteriorum historiolae, Chronica, Ritualia (quorum illud Capuae adservatum praecipue a Camillo notis doctissimis illustratum, ut ipsemet fatetur in hac Langobardorum Principum Historia, ut sup.) Necrologia, Diplomata, ac veterum chartarum collectiones recondebantur, ex quibus pauca admodum praecitato incendio superfuerunt, quaedam alia apud familiarem suum amanuensem Fabium Vecchionium servabantur, quae in hac Langobardorum Principum historia edenda curavimus.

Aliud novum Camilli opus nobis ostendit Laurentius Crassus sup. laudatus, Tractatum scilicet de Regulis in titulis Poëmatum, Insignium, Academicorum, praecipue Apologeticum in quosdam, qui suae Capuanae Academiae Insignia impugnaverant, quod etiam deperditum. Errat autem Scriptor hic, cum inter opera Junioris Camilli ea recenseat, quae Senior Camillus vates pro se in Horatium Ariostum scripsit pro Torquati Tassi Poëmate, quod adhuc servatur, aliaque ejusdem Camilli Senioris manuscripta opera, quae lucem tandiu expectant.

Commisso itaque in Peregrinii opera nefando facinore ab incendiariâ illa muliercula Ephesini Templi incendium aemulata, ut celebre sibi nomen, licet invita, compararit, paululum convaluit Camillus, sicque rogo superfuit, suumque super cinerem frustra lacrymas fudit. Mitta gemitibus suspiria identidem exaudiebantur. *Me miserum*! inquit: *studiorum meorum labores, vigiliae, sumtus quo tandem abiere? cuncta heu inconsulto perdidi*! oculosque ad coelum attollens, subdebat: *superbiam meam, Domine, merito confregisti: sit nomen tuum benedictum in perpetuum*.

Tandem a morbo aliquantum convalescere coepit, atque VI. Kal. Majas ann. MDCLXIII. ob coeli salubritatem Capuâ Neapolim profectus est. Ibi morbi vis aliquantisper remisit, sed cum non omnino valeret, postridie Non. Junias, eodem anno currente, Capuam rediit. Quo tem-

tempore cum iisdem vesicae doloribus vehementissime excruciaretur, ut pristinae valetudini se reddendum omnino desperaret, ex amicissimi sui Leonardi e Capua medici, aliorumque consilio, pharmacum quoddam recens inventum adhibuit, cujus frigiditate vehementes doloris ictus omnino fraenandos, aut saltem ab illa gravi molestia levandos sperabat. At medicina in perniciem, majusque damnum convertit. Usu enim pharmaci illius, ob nimiam ejus frigiditatem, praeter modum alvus exonerari coepit; quod cum parum suae valetudini conducere medici cognoscerent, prorsus insanabilem morbum pronuntiarunt. Quod Camilli constantiam haudquaquam inflexit, sed aequo animo divinae voluntati acquiescendo laetus extremum agonem expectabat. Domesticis igitur, amicisque omnibus vale dicto, eorum precibus se commendavit. Tum, quae ad hereditatem, legata, sepulturam pertinebant, rite institutis, Ecclesiae Sacramentis maxima pietate munitus, Christi Domini in cruce fixi imaginem amplexus, oculisque in eum intentis, ac divino illo oraculo saepius repetito: *Justus es Domine, & rectum judicium tuum*; sensibus mox destitutus, ut qui dulci somno correptus, hora circiter vigesima, die Veneris v. Idus Novembres ejusdem anni animam efflavit Camillus. Vir plane summa dignus laude, numerisque omnibus absolutus, omnibus carus, ac summopere exoptatus, Reip. literariae adprime notus, magnoque in honore habitus. A summis viris, sacrisque Praesulibus, (praecipue ab Urbano VIII. Papa, qui *Virum dignissimum* illum adpellavit in sua in forma Brevis, Epistola Camillo data, ut quae pretiosa quaedam gemma adservabatur, eaque etiam, ut Vecchionius testatur, ferali incendio consumta) a Purpuratis Principibus, aliisque Italiae Dynastis expetitus, ut variis Academiis adscriptus votis omnium, atque expectationi maximopere responderit. Hinc cl. virorum elogiis cumulatus, atque excultus, quibus recensendis non parum negotii esset, nec labor exiguus. At ad Peregrinii naenias redeamus.

Datis interim suorum, civiumque dolori induciis;

ejus

ejusque corpore in gentilitio sacello in Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium digno tumulato sepulcro, sequentem in eo inscriptionem Campani Decuriones aere publico ponendam curarunt, quam idem Camillus paulo ante obiturus composuerat. Sepulcralem hunc titulum Sacerdoti suo, quem in suis confessionibus adhibebat Camillus, post ejus mortem famula, quae cuncta alia dederat flammis, tradidit, fato, nescio quo, fato quidem, ut Palladium incendio ereptum.

CAMILLVS PEREGRINIVS ALEX. FIL.
CAMPANVS
HEIC SITVS EST
MENTE DEVM PATRIAM STILO
OFFICIIS AMICOS
PVRE DISNE SANCTE COLUIT
VIXIT ANNIS LXV.
CONTENTVS VIXISSE
OBIIT ANNO DOMINI MDCLXIII.
HAVD MOLESTO SIBI FATO
HOSPES HAEC SATIS A SAXO. ABI.

Quam tamen a P. Johanne Petro Paschali Soc. Jesu Campano ejus amico, & suo a confessionibus Sacerdote Sexviris de Urbis regimine traditum, iidem in hanc formam redactum Civi benemerito insequenti anno posuere,

CAMILLO PEREGRINIO
ALEX. FIL. CAMPANO
QVI
MENTE DEVM PATRIAM STILO
OFFICIIS AMICOS
PVRE DISNE SANCTE

CO-

COLVIT
VIX. ANNOS LXV.
CONTENTVS VIXISSE
OBIIT AN. DOM. MDCLXIII.
HAVD MOLESTO SIBI FATO
PATRIA
HANC MOLEM GRATI ANIMI MONUM.
AERE PVBLICO POSVIT.

" Peregrinio noſtro, ſicuti in ejus elogiis idem Pa-
" ſchalis, & Vecchionius tradunt, expanſae fronti immi-
" nuta ſuberat facies, colorque ſubniger, vultuſque ſeve-
" ritatem potius, quam amoenitatem praeſeferebat. Pro-
" ceritate mediocri, obeſo tamen corpore, dorſoque non
" tam oppleto, quam pauliſper inflexo: praegrandibus
" oculis, ob luminum tamen imbecilitatem, ſtudiorum-
" que aſſiduitatem jugiter uſus perſpicillo: gracili voce,
" ſed facilis, nec ſine argutiis aliquando, ac facete ad
" levandas amicorum curas, in diſſerendo, tum maxime,
" cum ad ſolatium deambulandum eſſet, verſabatur. Tumidos ingenio, ac inutili gloria inflatos homines, nihilominus, quam adulatorum peſtiferos ructus (ſic illorum laudes adpellandas putabat Camillus) paraſitorum, & mimorum quorundam vel inſipidos, vel illicitos ſales maledictorum loco habendos, ac probro omnino cenſebat; nec unquam cum ipſis, honeſto licet loco natis, vel honore aliquo inſignibus converſabatur; eoſque duntaxat excolebat, qui morum ſanctitate, facilitate, humanitate praeirent, excellerentque. Interdum iccirco viſendis comoediis in Capuae publico theatro agendis intererat, quas ab illius civitatis viris Iſa, Stellato, Valentino, Boventio praeclaris viris deſcriptas cognoſcebat. In iis mores hominum pravi arguebantur, neque inverecundum aliquod, vel inhoneſtum, quod virtuti contrarium eſſet, offendebatur. Non enim (adfirmabat Camillus) honeſto viro dignum eſſet, a ſtudiis, ceteriſque licitis curis, ac negotiis ani-

mum avocare, ac ne tantisper quidem illicitis oblectationibus ac solatiis animum recreare.

Sunt qui Peregrinium expostulant, quod aspero stilo ac injucundo loquatur, & minutias quasdam expendendo paedagogum agere videatur. Verum pro ejus defensione satis sint, quae de illius exacta, ac elaborata critice, scriptorum aliquot vel rerum inconditarum correptione, vel interpretatione verborum, vel germani illorum textus versione, cognitione, instauratione, admirabilique tot veterum monumentorum inventione, ac collectione alii dixere, qui uni Camillo Historiae Barbarae, seu medii aevi notitiam adscribendam fatentur. Is quippe omnium primus tot Tabularia pervestigavit, adyta magis abscondita, ac impervia latibula penetravit, e quibus illa eruta fuere, quae prius ignota, nunc primum reperta, & quae tot annorum intervallo nedum veluti terrae inclusos thesauros, quam tineis erosa, carieque consumta, in lucem eduxerit, illaque in meliorem formam, publico literariae Reip. bono, redegerit, ac in libertatem vindicarit. Stilo igitur parcendum est, siquae a nostro Scriptore narrantur, nonnihil in iis barbariei irrepsit, cum tanto bono fruamur, uberrimoque fructu delectemur. Nec profecto ad praeteriti seculi non dicam usum, sed corruptelam, suaeque Historiae proprietatem (an potius immensam dicam, ac tenebris omnino offusam silvam?) Peregrinii stilus indecorus, aut insolens videtur profecto, qui nares quasdam nimium emunctas fortasse offendet. Nihil ibi obscurum, sed repetitum; nihil abstrusum, sed phrasi quadam duriuscula expressum: nihil dissonum, aut falso relatum, immo germanae suae lectioni redditum. Nihil denique, quod is inscitiae, negligentiae, nequitiae, convicii, quin minus pravi animi expostulari possit. At de Camilli Peregrinii scriptoris eximii vita satis hactenus. Cl. Virorum elogia in Peregrinium congesta alibi (a) ad sui nominis, familiae, Patriaeque decus, expendenda duxi.

PERE-

(a) In opere scil. Virorum Illustrium Veteris, novaeque Capuae, si Deo favente, tempus vacabit.

PEREGRINORUM STEMMA.

Johannes Andreas de Peregrinis Petri Nicolai fil. Bonon. Patric. Ferdinandi Reg. Neap. Milit, Dux.

|

Petrus Aloysius filius.

|

Petrus Nicolaus Capuae Decan. & Joh. Andreas fil.

|

Pyrrhus, Pompejus Decan. & Camillus Primic. Capuae.

|

Alexander, Aloysius, Franciscus, & Marius.

|

Camillus Junior, & Pompejus Alex. filii.

|

Decius, Joh: Andreas, Alexander Decan. Cap. & Joh: Baptista.

|

Pompejus, & Petrus Nicolaus Joh. Baptistae filius.

|

Gaspar Pompeji fil. qui adhuc vivit cum filiis permultis.

Elenchus eorum, quae in hoc I. Tomo continentur.

Vita Camilli Peregrinii.
Praefatio F. M. Pratilli.
Ad Pauli Diaconi Excerpta Prolusio ejusdem.
Excerpta Pauli Diaconi cum Notis Horatii Blanci, & ejusdem Pratilli.
Fax ad Erchempertum Cam. Peregrinii.
Historia Erchemperti cum Notis Fr. M. Pratilli.
Historia Ignoti Cassinensis cum Notis ejusdem.
De Monasterio Theanensi Dissertatio ejusdem.

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

PRAEFATIO.

CAmilli Peregrinii Junioris Hiſtoriam multis abhinc annis cum legerem, dolebam ſane neminem fuiſſe, qui ejus opera, quae extant, recudenda curaret, eaque animadverſionibus, noviſque additionibus augeret, quo hujus Auctoris dignitati, ac noſtrae Langobardicae hiſtoriae, quae mutila admodum, & diminuta ab eo deſcripta fuit, perſpicuitati ſatis conſultum foret. Animum tandem recreavi, ut primum nunciatum fuit, clariſſimorum Palatinorum quorundam Mediolanenſium ac ſociorum operâ, auctore ac duce Ludovico Antonio Muratorio Mutinenſis bibliothecae praefecto, viro omnigena eruditione referto, Italarum rerum Scriptores omnes, & M.SS. Codicum variis ex bibliothecarum tabulariis volumina evoluta in unum colligenda, plureſque in tomos digerenda, ac diſtribuenda. Quocirca Peregrinii ſaltem opus, quod ad Langobardorum pertinet hiſtoriam, abſolutum cudendum ſperabam; quod nec Grotius olim, neque Burmannus, aut quiſpiam alius ultra montes clariſſimus vir hactenus fecerat. At praeter expectationem accidit, quodque laetitiae argumentum fore ſperabam, id in cauſa fuit, ut omnino animo angerer. Vix enim tomo II. in lucem edito, ac anno MDCCXXIII. pervulgato, quo Hiſtoria Principum Langobardorum a Peregrinio noſtro condita continetur, illum avidus evolvi, in quo nedum ſuppletam illam, auctamque, ſed ne integram quidem, abſolutamque obſervare licuit; ſiquidem primam tantummodo partem in eum digeſſerat Muratorius, alteram ſequentibus tomis collocandam pollicitus. Interim maximâ animi mei moleſtiâ biennii pene ſpatio excurſo, in lucem tandem tomus V. prodiit, qui reliquum Peregrinii opus cuſum complectitur. Illud vero nec aliqua ex parte auctum (praeter notas textui Falconii Beneventani, Ignoti Barenſis, aliorumque Scriptorum adjun-

adjunctas) nec animadversione aliqua notatum cernitur? Immo tanquam irreligiosum fortasse ratus, Salernitani Anonymi textum interruptum literariae Reip. tradit Auctor ipse, ab eoque partes VII. scindit, quas Peregrinius suis adnotationibus illustrarat. Huic tamen vulneri, aut saltem probro nova hac mea editione medendum curavi, integrum Salernitani textum recudens, notisque tum Peregrinii, ipsiusque Muratorii, tum meis quibusdam utilibus animadversionibus auctum cumulatumque, ut uno intuitu Lectoribus integra hujus Anonymi Historia repraesentetur.

Quod igitur a Burmanno, vel Muratorio summopere expectabatur, continuandam scilicet ab iis Peregrinii Langobardorum Principum historiam; (& quidem jam adpromiserat Burmannus) id ardenti studio mihi conficiendum fore sperabam. Quocirca enixo labore multorum Tabulariorum, Bibliothecarum M. SS. volumina, ac codices non destiti diligenter pervestigare, amicorum consilium, ac praesidium demisse expetere. At ad tantum opus imparem me tandem agnovi, ac desiderium vehemens spes frustrata est, quare ad alia oculos, animumque converti. Quod quidem antea illustres viri etiam tentarant Fabius Vecchionius Peregrinii socius, fidusque amanuensis, ac Silvester Ajossa Michaëlis Monachi V. Cl. nepos Capuani Presbyteri: necnon RR. PP. Soc. Jesu Johannes Petrus Paschalis, qui plura e Peregrinio hauserat, nec plagiarii nota excusandus iis in opusculis, quae typis post Peregrinii obitum incomte nimis donavit; Jacobus Natalis, & Prosper Cappella, qui varia quidem congerere conati sunt ex iis, quae a Camillo ipso, dum degeret, acceperant. At cum ii, quos habebant haud sibi bene congruentes detritos lapides, aliaque ad hanc rem necessaria omnino deessent, illaboratum opus reliquerunt; lapidesque illi vel dispersi, vel omnino protriti sunt, ut difficili negotio res conficienda prorsus videatur.

Peregrinii interea Langobardica historia vel in Burmanni, vel Muratorii collectione studiosae juventuti le-

genda

genda erat, quod admodum difficile illi videbatur, cum prae librorum mole, ac numero ingens sumtus ad illos emendos necessarius foret, nec facile illi commodari solent, aut e publicis bibliothecis exportantur, nec ad eas, nisi statis horis, adiri possit. Eo itaque ducta res erat, ut jam a quibusdam nostrae urbis eruditis, doctisque adolescentibus Camilli Peregrinii editio utcunque curaretur, adnotationibus licet, aut auctariis spoliata. Hoc enim pacto literariae Reip. satis consultum putabant, ne tanti viri addiscendâ historiâ omnino privarentur. Quod quidem mihi summopere displicebat, illius scilicet historiam mutilam etiam, diminutamque cudendam; statimque animum adjeci, ut quoquo modo illa ornata rursus in lucem prodiret, sicque ejus vitae acta, deperditorum operum saltem titulos, monumenta, aliaque erudita opuscula in medium afferre cogitabam. Verum, quod optabam duntaxat, nedum operi manum admovere coepi, sed ne tentandum quidem audebam. Amicorum tandem blandimentis, consiliisque allectus, illorum optatis, jussisque acquievi, licet ad hanc difficillimam spartam ornandam haud satis essem, & ad tantum onus sustinendum imparem prorsus agnoscerem. Demandatam provinciam suscipiendam exorsus eo animo eram, ut magnopere vererer, ne, quod decori tanti Scriptoris esse debebat, probri loco, ignominiaeque mihi cederet.

Primum igitur Scriptores in collecta Peregrinii historia recensitos, Capitularia, aliaque ab eo edita opuscula accurate expendi, iisque adnotationes, quae in prisca editione desiderantur, adjunxi (sicuti Peregrinius ipse fecerat in legendis Historicis a P. Antonio Caracciolo olim Neapoli excusis) quibus & obscura illustrarentur, ac dubia ad trutinam revocarentur; quaeque vel probanda, vel improbanda forent. Tum quas ille adpromiserat Dissertationes, Chronicos Canones, aliaque, quae ex Tabulariorum sedibus opuscula invenire potui, in medium adferam. Haec utique primo animum subierat sententia, ut adnotationes scilicet allatis a Peregrinio Opusculis adtexerem;

rem;

rem; Diſſertationeſque, ac Chronicos Canones, quos ipſe pollicitus erat, ſupplerem; his enim additionibus Langobardica ejus hiſtoria licet haud integra, cumulata magis ſaltem prodire videretur. Verum cum plurimis abhinc annis capſulas quaſdam Fabii Vecchionii, & Franciſci Antonii Thomaſii (qui plures M. SS. analectorum codices reliquerunt) heredum conſenſu, ac voluntate pervolutaſſem, aliqua in iis ſcitu digna eorumdemmet manu deſcriptâ monumenta comperi: ac praecipue apud Johannem Baptiſtam Vecchionium Fabii pronepotem inter M.SS. Codicum plura volumina, Cinglenſe, ſive Aliphanum Gregorii Mon. Caſſin. breve Chronicon inveni a Peregrinio noſtro e ſuo autographo tunc apud Antonium Cajetanum de Aragonia Aliphiae Comitem, ac Laurentianae Ducem adſervato, exſcriptum anno Aer. Chr. MDCLIV. (quod profecto deperditum exiſtimo; nullibi enim autographum illud invenire potui) & apud Stephanum Ajoſſa Michaëlis Monachi heredem, multa quae ipſe congeſſerat diplomata, ac vetuſtiſſimum Monaſterii S. Benedicti Capuae Caſſinenſium Necrologium; necnon S. Johannis ſacrarum Virginum ejuſdem urbis Hiſtoriolam, quibus quidem τοῖς ἀνεκδότοις varia ad noſtrae Italiae hiſtoriam ſpectantia obſcura quaeque illuſtrantur, eaque praeſertim, quae ad Capuanorum Principum vel nativitatem, vel emortualem diem attinent. Haec itaque novae huic Peregrinii editioni adjicienda merito cenſui; Chronicon demum quoque Saraceno-Calabrum a viro cl. Johanne Bernardino Taſurio Neritonenſi patricio inventum; quo quidem Regni noſtri provincias Saracenorum toties excurſionibus devaſtatas planius explicat, Calabriaeque, ſeu Brutiorum urbes clarius diſtinguit.

Et quoniam de aliquibus Capuae Comitibus nec a Johanne Abbate in ſua Campanorum Comitum hiſtoriola, nec a Peregrinio poſtmodum aliquid omnino memoratum fuerat, eidem Johannis Abbatis opuſculo de prioribus Capuae Comitibus Diſſertationem praefigendam cenſui, qua multa quidem inedita illorum temporum monumenta proferen-

feren-

ferentur, ad eruditorum commodum, ac utilitatem. Innumeros etiam e Campanorum Principum sanguine Comites ortos in toto Capuae Principatu, ac de Beneventi, Salernique Dynastis pro virili exponere satagam. Quo profecto palam fiet, quasdam familias jamdudum extinctas e Langobardorum nostrorum gente proculdubio manasse, ut quorundam Scriptorum opinionem omnino refellamus, qui ad aucupandam aliorum gratiam, quod ad hanc rem attinet, vana quamplurima, ac inepta retulere. Nec absre esse putetur, & huic historiae minime consentaneum, cum ad eam illustrandam summopere conducat; hoc enim pacto Langobardorum reliquias cognoscemus, vetustisque ab illis ortis familiis decus ac dignitas proculdubio accrescet.

At ut instituti mei ratio in nova hac Camilli Peregrinii editione facilius intelligatur, hunc ordinem servandum putavi. Huic historiae ipsius Peregrinii vitam primum praefixi, quam magno quidem labore, ac studio e variis M. SS. epistolarumque monumentis, seniorumque nostrorum traditione erutam concinnavi. Ante Erchempertum, (e cujus historia initium cepit Camillus) excerpta aliqua e Pauli Diaconi libris VI. de Langob. Historia recudere curavi: quippe cum saepissime in rebus nostris, Ducatus praecipue Beneventani institutione, eorumque Ducum serie, sive successione, aliisque Warnefridus citandus foret, ejus textum cum notis Horatii Blanci, meisque aliquot animadversionibus illustrandum censui, ut quisque prae oculis testem haberet, & textum. Accedit etiam quod cum ante Erchemperti aetatem scripserit Warnefridus, illoque usus etiam fuerit Ostiensis, dignum operae pretium fore existimavi, ab initio Langobardorum in Italiam adventus res gestas continenter explicare. Qua etiam de causa in Praefatione ad Paul. Diac. de Ducatu Spoleti obiter pertractandum censui: quandoquidem & unus is erat e tribus illustrioribus Langobardorum Ducatibus, & cui pars aliqua Neap. Regni olim adtributa, eodemque in Ducatu x. Christi seculo Capuae Principes dominati. Quare eorum Du-

f cum

cum seriem ab institutionis initio ad XI. usque seculum suo ordine distributam exhibebo.

Subsequitur Erchempertus, quem notis etiam necessariis ditare oportuit ad Historiam, rerumque ordinem elucidandum: quod & in Historiola etiam Ignoti Casinensis, aliisque opusculis factum animadvertitur: permulta enim in suis narrationibus obscura, confusa, mutilave erant, quae illustratione omnino indigebant.

Hos tomo altero sequitur Anonymus Salernitanus, quem integrum, variisque lectionibus, notationibusque auctum dabimus; quod neque Peregrinius; partibus ab eo tantummodo VII. selectis, iisque notis illustratis, ediderat; neque item Muratorius, qui ab iisdem Peregrinii partibus sejunctum recudit erroribus quamplurimis refertum, secundum exemplum ipsi a P. Eustachio Caracciolo V. Cl. missum; cui tamen Scriptori notas quasdam Muratorius idem addidit, ipseque alias adjeci opportunioribus locis: Dissertationemque de Constantiniana Capuae Basilica, & S. Stephani Veteri Episcopali Sede, quas Ecclesias confundere Salernitanus Anon. atque Erchempertus visi sunt. Permultis, quibus Anonymus hic fabellis scatet, expensis atque rejectis, quae majorem Erchemperto, aliisque lucem praeseferrent, accurate adverti; quo factum est, ut illius seculi monumenta plenius haberentur, Langobardorumque gesta suo quaeque ordine disposita prorsus dignoscerentur.

Capuae tum Comitum Historia succedit, cui aliquae item meae notatiunculae subduntur, Beneventanorum praecipue Apologeticon de Ludovici Imperatoris captura, quos ab omnibus fere illius aevi Scriptoribus injuste hujus criminis expostulatos vindicare conatus sum. Quod iis pergratum fore, puto, quippequi in hac re Peregrinio nostro lubenter adhaeserim, meique in eos grati animi benevolentiam ostenderim: ut qui socii olim, adjunctique Campanis fuere Beneventani, tum aemuli, semper tamen concordes, ac suae gloriae cupidi, patriae decus quaerere, atque enixe dilatare conati sunt.

Capi-

Capitularia dehinc Langobardorum Dynastarum Chronologico quaeque ordine per Principum aetatem distributa dabo, singulisque aut legum, aut nominum, aut verborum notulae adjicientur aptissimae. Ea in unum collecta locum (quod Peregrinius nullatenus adverterat) licebit advertere: scilicet I. Capitulare Arechis primi Beneventanorum Principis ann. circ. DCCLXXV. Itemque ejusdem. Principis Pactum de Liburia cum Neapolitano Judice: Pactumque aliud Gregorii Neapolitani Ducis, ejusq; nepotis post ann. Christi CM. inita. II. Capitulare Sicardi Principis item Benev. ann. DCCCXXXVI. III. Aliud Radelchisii Principis ann. DCCCLI. IV. Et illud Adelchis, sive Adelchisii Principis anno circ. DCCCLX. Ac postremo Praeceptum Paldulphi IV. Capuae Principis ann. MXXXIV. duosque Judiciorum Libellos ibi quoque adnectendos existimavi, ut omnes simul Constitutiones conjunctim haberentur.

Succedent Capitularibus Langobardorum Principum Tumuli, quibus alii, Peregrinio ignoti ex M. SS. Vecchionii, Thomasii, ac Monachi codicibus educti adtexuntur, aliaeque illius aevi Inscriptiones inseruntur.

Scriptores deinde Caracciolanos (post Cinglensem, sive Aliphanum, & Necrologium, quorum supra meminimus) cum Peregrinii castigationibus (quas ipse separatim a textu typis dederat in sua Lang. Princ. Historia) meisque perpaucis animadversionibus auctas recudere curabo, eo quidem ordine, quo illos Muratorius in sua Collectione edidit. Quibus accedunt S. Sophiae Beneventi, & Cavensis Monasterii Chronica mutila a Muratorio edita: aliud Barense, Saracenico-Calabrum Tafurii, aliaque quae hactenus summo studio a Cl. viris expecto, qui maxima diligentia, & cura e tenebris eruta illa comperere.

De Beneventi Ducibus, ac Principibus, necnon etiam Salerni fusius postmodum pertractabitur, cum eorum Chronicon, quod Peregrinius in medium attulit, recudam; ibique etiam de Capuanorum Principum origine, serie, eorumque clarissimo stemmate, sive insignibus, agendum erit:

ubi de Langobardici Principatus Comitibus, seu ramusculis ex illorum stipite productis ad majorem Historiae claritatem, integritatemque aliqua delibabimus.

Series post haec sequitur Abbatum Cassinensium ab Authore nostro summo labore distincta, e qua Dynastiae Langobardicae permulta, quae ad perfectam, absolutamque pertinent Chronologiam, elucidantur, gestarumque rerum illius temporis ordinem, veritatemque conciliant. Huic Cass. Abbatum seriei aliqua adnotantur, quae suis locis adjungenda fore putavi, ne vel tantillum Peregrinii nostri gloriae, ab invidis praesertim, obtrectatum videatur.

Postremo Dissertationes illae VII. ab eo editae de Ducatu Beneventano, quibusdam commentariolis auctae, collocandae erunt; aliaeque VII. quas ipse cudendas promiserat, a me, aliisque cl. viris compositae inserentur. Ac ne quid ad integre Peregrinii opus absolvendum desit, Canones quoque Chronicos, quos ipsemet pollicitus erat, addendos curabo: Aliasque omnino necessarias de Liburia, de Ducatu Neapolitano &c. Dissertationes, quae suis locis aptissime disponentur.

Quaedam demum in hujus calce operis Camilli opuscula tam edita, quam hactenus haud excusa, eruditasque perpaucas epistolas a ferali igne ereptas, ut eruditi hujus Scriptoris in parvo quoque ratio habeatur, subnectendas censui. Quod iis legentibus haud injucundum profecto erit, qui hujus cl. viri laborum reliquias summopere colunt.

Quibusdam tandem eruditorum virorum objectis occurrendum puto. In percurrendis siquidem, expediendisque Capuae monumentis me nimium diligentem, vel fortasse etiam indulgentem expostulabunt, qui ceterarum urbium dignitatem, antiquitatemque in hac historia illustrandam quandoque praetermiserim. At non abs re factum videbitur, si quid patriae suae quisque debeat, animum intendant. Cassianum de hac re loquentem audire licet: *Nimis*, inquit, *dulcis est patriae amor*, *& recordatio*. Quod utique ab Ovidio fortasse accepit in percelebri illo epigrammate: *Ne-*

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Inditus profecto non parentum nostrorum tantummodo amor est, sed patriae, quibus aeque natura parem, fortemque dilectionem infudit: Tullium testem voco, qui 11. Off. haec habet: *Si contentio quaedam, & comparatio fiat, quibus plurimum officii tribuendum sit, principes sunt Patria, & Parentes; quorum beneficiis obligati sumus*. Hinc nemo est, *qui Patriam diligat* (subdit Seneca de Rem. fort.) *quia magna, sed quia sua. Ulysses ad sua Ithacae saxa properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros*. Haec satis pro me sint, qui Capuam patriam, urbem antiquissimam, cunctisque seculis celebrandam, illustrandam suscepi.

Alii fortasse improbabunt, quod temere Peregrinii operi manum admoverim, quodque ingenio meo majorem provinciam tentandam susceperim. At quid erat expectandum, exacto jam pene seculo, quum Peregrinius e vivis excessit, ut aliquid lucis ejus operi, quod ipse minime absolverat, afferretur? Nemo hactenus fuit, qui tam necessariam aevi hujus historiam illustrandam coeperit, quod summopere expectabatur. Fateor quidem me plus oneris sustulisse, quam ferre me potuisse intelligebam; tamen quod suscepi, quoad potero, Deo auspice, perferendum confido. Aliorum votis, praeceptisque obtemperandum erat; quare si meae laudi obtrectatum iri sensero, quod pro tanto nostro benemerito cive ad ejus illustrandam historiam tantopere adlaborarim, aequo animo feram, cum literariae Reip. commodo vacarim.

Ad vana, ac futilia interdum me digressum plerique fortasse criminabuntur. Anne inutilia prorsus censeri debent tot allata diplomata, ac monumenta, quae ad elucidandam hanc historiam omnino necessaria videbantur? Inepta quae ad veterum Basilicarum, Monasteriorum, montium, fluviorum, villarum cognitionem attinent, de quibus saepissime in Peregrinii historia mentio est? Item omni-

omnin o superflua aliis fortasse videntur ea recudere, quae jam a Muratorio edita omnibus patebant; & nondum edita praeterire; quo parum, aut nihil novi omnino Langobardicae historiae adjungebatur, vel necessitati consulebatur. Verum cui ignotum, Romana jam, Graecaque historia plenissime perspecta, quanta cura, ac diligentia nunc eruditus quisque appetit, animumque appellit, ut eam, quae medii aevi est, seu barbarorum seculorum, condiscat & cognoscat? Ad hoc profecto plurimum juvat, Diplomata, membranaceas chartas, papyros, inscripta marmora, sepultos codices, necrologia, picturas, gemmas, Principum concessiones, numismata, idque genus alia inquirere, ac pervestigare. Haec profecto cl. virorum sedula cura fuit, ac improbus labor in iis investigandis, quae ad eam historiam fore necessaria putarunt; mox ad publicum commodum commentariis, scholiisque aucta & locupletata cuderunt; sicque quae primum in tenebris jacere vidimus, deinceps, doctorum virorum diligentia, revivissere, ac omnino patere conspeximus. Ad idem conducit Basilicarum priscarum notitia, ac ceterorum sacrorum locorum, castrorum, villarum, aliorumque id genus antiquorum monumentorum. Chronica dehinc jam edita, ac in elegantiorem formam redacta; quod licet ab aliis etiam factum animadvertimus, alia quidem iis adjecimus, quo magis illustranda videtur illorum temporum historia.

Alia nondum edita opuscula, chartae, diplomata si nihil aliud utilitatis afferunt, novitatis certe praemium ab investigantibus expectant. Quandoquidem in Tabulariis, bibliothecis, secretioribusque adytis illa perquiri, investigarique advertimus. Nec me triginta circiter annorum spatio in perlustrandis tot Tabulariis Regni nostri, ac bibliothecis, aliorumque praesidio collectionibus historicis, Analectis, ac nondum editis codicibus evolvendis aliud impulit, nisi ut, si fors tulisset, Camilli deperdita monumenta expiscarer, singulares quasdam membranaceas, aut papyraceas chartas nondum cusas invenirem, quae elucidandae huic historiae quammaxime inservirent, &

im-


immortalitati sui nominis maximopere conducerent. At vix duo, vel tria habebis, Lector, opuscula, e ferali Peregrinii manuscriptorum incendio erepta, operâ sui familiaris Vecchionii unum, Michaëlis Monachi alterum, P. Johannis Petri Paschalis tertium servatum. Ea fortasse paulo ante ejus obitum iis vel ad legendum commodata, vel ad exscribendum; quorum credita autographa Camillo restituta ignis fortasse absumsit, exemplum fors auspicato reservavit. Utinam & hoc aliis opusculis accidisset, ceteros illius M.SS. Codices nunc haberemus, quos fatalis flamma combussit!

Ea quae Peregrinii collegi monumenta, Eminentiss. Dominis fel. record. Cardinalibus Nicolao Caracciolo Capuae olim Archiepiscopo, & Petro Marcellino Corradino accepta refero, qui mihi ad hoc opus elucubrandum, vires, animumque addidere. Illis postmodum vita functis, aliis distentus curis ab hac Langobardica historia animum tum abalienavi. Ab aliis tandem invitatus ad haec studia rursus animum intendi. Inter quos praecipue numerantur P. Erasmus Gattula olim Cassinensium Abbas, ejusque socius P. Petrus Maria Justinianus Januensis tum Episcopus Ventimiliensis in Corsica, PP. Eustachius, & Nicolaus Caracciolus, Paulusque Maria Paciaudus Cler. Reg. Theat. Johannes de Nicastro olim Benev. Archidiaconus, & Episcopus Claudiopolitanus, Comes Matthaeus Aegiptius Regis nostri Caroli Borbonii olim bibliothecarius, ejusque legatarius Dominicus Ronchius, Alexius Symmachus Mazochius dudum Capuae Decanus, meusque collega, nunc Neap. Canonicus, Bernardinus Tafurius Neritonensis patricius, Josephus de Capua Capycius, atque Octavius Raynaldus Capuani patricii, aliique, quibus omnibus summopere gratias ago, suique nominis perpetuitatem maxime exopto.

En quod ad Peregrinium illustrandum adnotationibus, & auctariis adjiciendis pro virili comparavi. Siquae arrident, lector, aequo animo accipito; sin secus, quae improbas, lubenter fero. Sin minus laudem, obedientiae saltem

tem

tem meritum consequar. Si opus absque obtrectationis nota probetur, Peregrinio laudem praereptam nolim, qui commentandi Langobardicos Scriptores facem praetulit; iisque item cl. viris, qui animum, viresque suppeditarunt. Siquae veritati minus consentanea dicta videntur, aut a verisimilitudine etiam abhorrere, haud pudet errasse; imbecillitati siquidem humani ingenii parcendum, quod quam in me sit exiguum, haud inficior. Hoc pacto obtrectantium morsus effugiam, si Christianae pietati satis consultum velint.



IN

IN

PAULI DIACONI

EXCERPTA

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

PROLUSIO.

Mirabitur fortasse Lector, me frustra Pauli Diac. excerptam Historiam huic operi praeinsertam rursum edidisse. Verum non abs re factum putabit, si Camilli Peregrinii in hac sua Langobardorum Historia suas in illum querelas expendat, qui modo falsitatis, ac mendacii, saepissime ostentationis, atque inverisimilitudinis expostulat; modo indiligentem appellat, vanum jactatorem, nimis credulum, atque somniatorem describit: quod quidem & alii nuperi Scriptores vitium in ipso agnovere. Ut igitur ea, quae a Diacono adferuntur ad trutinam revocentur, an veritati consentanea sint, nec ne, illa recudere opus fuit. Peregrinius vero ipse multa quidem ex illius Historia excerpsit, ejusque verba vix delibando in medium attulit; ibique ejus diligentiam quandoque laudat, ambigua quandoque explicat, aut quod alibi parum accurate scripserat, de eadem re, cum sermo incidit, vel conciliat, vel emendat. Necessarium igitur omnino erat ex ejusdem VI. Historiae libris ea secernere, quae ad rem nostram pertinere videbantur, ut ex eorum fonte clarius veritas eliceretur, quo Historia magis elucesceret, nec de sensus interruptione, aut de verborum detruncatione omnino dubitaretur. Cum igitur Paulus ibi de Institutione Ducatus Beneventani, & Spoletani verba faciat, nemo profecto est, qui non videat quot ambages, gordiique nodi sint exsolvendi. Quot item in eversionis Casinensis Monasterii aera

constituenda, ejusdem instaurationis per Abbatem Petronacem habitae; & vera vel Abbatum Cassinensium, vel Beneventi, aut Spoleti Ducum chronotaxi designanda. Quid item de parum digesta nationum exterarum haec nostra in litora, sive Regiones appellentium distinctione loquar? Quid de consarcinato, confusoque Constantii Imperatoris in Apuliam adventu, Beneventique obsidione sub Grimoaldo Duce, aliisque quae aut praecessere, aut illis successere, omittendo, quae de Persarum multitudine LX. mill. baptizatorum cum eorum Rege & Chasana Regina prodit lib. VI. cap. pen. Quid denique de Dynastiarum successione, de quibus tam varie toties Auctorem hunc locutum animadvertimus, quoties de Ducibus Regni Italiae, vel defunctis, vel ex suis Dynastiis exturbatis, vel alio translatis disserere contigerit? Hoc igitur pacto e Paulo Warnefrido ea erant excerpenda, cudendaque, ut facilius dignosci, investigarique possint ea, quae ad has quaestiones discutiendas pertinent.

Illa quoque ratio adcedit, quae me ad haec breviter Pauli Diaconi excerpta praelo rursus subdenda impulit, ut Peregrinium nostrum a V. Cl. Horatii Blanci conviciis vindicarem. Is enim in Pauli adnotationibus illum (merito, an invido oculo, aliorum sit judicium) saepius carpit. Ac quidem non satis tanto Viro digna ibi promit, ut nedum censura multoties notare, sed risu quoque ac dictis illum accipere audeat. Ut igitur Blanci conviciis, quae in Peregrinium congerit, occurrerem, ea in medium attuli, ut quam immerito illum dictis incessat, omnino dignoscatur. Quod si ob haec etiam aliquis expostulabit, censurae lubenter adquiesco. Tandem ne legentium fastidio sit, oro, quod hic breviter de institutione Spoletani Ducatus narrationem adtexam, cum nullo aptiore loco illa reponenda videbatur; quippe ex uno Paulo Diac. illa eruitur, quaeque ad illustrandam Langobardorum historiam omnino necessaria erat: cum Spoleti Dynastia partem aliquam Neapolitani hujus Regni olim occupaverit, illosque quandoque Duces Principibus Beneventi, Salerni,

lerni, aut Capuae, vel adfinitate, vel folii negotio conjunctos novimus: ac postremo ut aliquando eum Ducatum penes Beneventanos, ac Capuanos Principes fuisse constet, quod in hujus historiae decursu licet animadvertere.

Quam primum in Italia Langobardi occupavere, Regio fuit Foro-juliensis statim ab Alboino Duce, inde Italiae Rege, ea in Ducatus formam redacta, suoque nepoti Gisulfo tradita, ut narrat Paul. lib. II. c. IX. ac latius quam in ceteris suae patriae Ducum seriem ab initio, eorum gesta, monumentaque descripsit: tametsi fines ejus, quod omnino necessarium foret, non designet. Quamobrem nostri aevi Scriptores ex conjecturis dumtaxat judicare, vel saltem indicare potuerint ejus circumquaque fines quinam fuerint, aut Ducatus limites. Neque heic tantummodo Pauli in rebus enarratis confusio, qui de Taurinensis, ac Ligustici etiam Ducatus (nisi Urbani ii fuerint) & institutione, & extensione vix pauca conjectura potius, quam verborum descriptione explicavit. Sed quod magis obscurum, & prorsus inextricabile videtur, est, quod insequenti cap. x. tam inepte Clotarii Francorum Regis mortem anno DLXI. divisionem inter filios post quadriennium factam, & Benedicti I. Papae inaugurationem, quam anno DLXXIII. evenisse scimus, constituat. Alboini jam eo ipso anno DLXXIII. defuncti tum gesta persequitur, quae quidem prius accidisse fatendum est; neque ea, quae ad Clotarii mortem, filiorumque divisionem spectant, cum Alboini Italica irruptione cohaerere possunt, cum eam haudquaquam sub Alboino, sed sub Ducum Oligarchia accidisse planum omnino sit, ut infra patebit. Is vero susque deque omnia miscendo confusim protulit. Quod vero veritati consentaneum est, ipso teste, illud est, post captum scilicet Forojulium, finitimasque urbes ejus Ducatui adnexas, permultas alias ab Alboino subjugatas fuisse, ex Venetis nempe, Ligusticis, atque ex Subalpinis locis, quibus singulis Duces praeesse jussit, quibus illarum custodia, sive Praefectura militaris mandabatur, ne hostibus aggre-

 dien-

diendi, occupandive spes ulla daretur: qui Urbani Duces appellabantur, ab iis diversi, qui Provinciales, quibus non una solummodo urbs, sed plures committebantur, sicuti Dux erat Forojuliensis, qui omnium primus ab Langobardis institutus ex omnium sententia fuit.

Difficultatis nodus potissimus quidem est in definiendo, quinam post Provincialem Ducatum Forojuliensem (cum Urbani Duces tot creati fuerint ab Alboino, quot ab illo celebriores occupatae Civitates fuerant, ut supra monuimus) anno DLXVIII. institutum, primo erectus fuerit, Spoletanusne, an Beneventanus: cum ex Pauli Historia nil omnino certi assequi possit ad Epochae hujusce explanationem? Paulo quidem credendum est, qui primum Beneventi Ducem Zotonem designat, Spoleti Faroaldum. At quemnam hisce institutionibus annum ille defigit? Hic nodus, hic scopulus. Ut veritas plenius elucescat, monendum primo est cum Cl. V. Abb. Bacchinio in Agnelli Ravenn. Not. Diss. in Petr. Jun. c. 3. duas Alboini epochas omnino diversas necessario distinguendas esse; unam nempe ingressus Langobardorum in Italiam, Regni Alboini alteram, idest ejusdem inaugurationem. Prior initium habet ab anno DLXVIII. mense Aprili, quo Indictio I. decurrebat, in quam omnes conveniunt Scriptores: altera ab anno DLXIX. Decembri mense, quo Ticinum Alboinus obsedit, ibique a suis Rex Italiae adpellatus, ut optime etiam adverterat Sigonius, immerito a Baronio, ac Peregrinio nostro notatus. Cum enim Alboinus diem suum obierit anno tertio & dimidio Regni sui, Junio mense exeunte (ut idem Paulus, aliique adfirmant) Ticino jam a Langobardis subacto, Martio, aut Aprili mense anni DLXXIII. Ind. VI. decurrente; patet utique Baronium aeque, ac Peregrinium hallucinatos fuisse, figentes ad ann. DLXXI. Alboini mortem, qui regnavit ann. III. & mens. VI. quos Baron. numeravit ab ingressu ejusdem in Italiam ann. DLXVIII. cum vere ab initio Regni, videl. a Decembri DLXIX. numerare debuisset. Hinc Scriptorum implicatio, ac confusio fluxit, ut apud eundem Bacchinium

licet

licet animadvertere. Neque Pauli sententiam ii rite assequuti sunt. Is enim lib.II. c.XXV. habet, Alboinum Liguriam ingressum III. Non. Sept. Ind. III. quae indicat annum DLXIX. & statim addit sequenti cap. XXVI. *Ticinensis eo tempore Civitas ultra tres annos obsidionem perferens se fortiter continuit*. Si igitur post Non. Septembr. Ticinum urbs obsideri coepit, ac per annos III. & menses VI. obsidio illa duravit, ad Aprilem scilicet usque anni DLXXIII. quo haud dubium, quin Alboinus adhuc degebat; quid est, quod Baronio, aliisque adstipulemur, qui emortualem Alboini annum fixere ad ann. DLXXI.? Alboinus igitur, quem in Regem Italiae evexerunt Langobardi Ticinensis obsidionis initio, annis III. & mens. VI. regnavit, nempe a die XXIX. Decemb. ann. DLXIX. ad XXVIII. Junii DLXXIII. cui successit Clepho usque ad finem anni DLXXV. quo ex tempore Regum imperio intermisso, Ducum incoepit Oligarchia, quae decennio integro perduravit, ut Paulus apertissime testatus est. Quo tempore regnavit Alboinus, Liguria post Forojulium subacta est anno DLXIX. quo etiam Ticinum obsessum: indeque anno DLXX. Thusciam usque Rex electis cum militibus omnia invasit praeter *Romam*, & *Ravennam*, *vel aliqua*, *quae in litore maris Castella erant*, ut idem Warnefr. cap. XXV. & XXVI. Itaque si in hanc Alboini irruptionem Thusciam accenseamus, nec ne, omnino fatendum, Spoletanum Ducatum nedum ab Alboino subactum, sed ne lustratum quidem. Neque hanc in oram Langobardi appulere, nisi post annum DLXXV. quo utique complebatur annus septimus ab ingressu Langobardorum, & a XXXVI. Ducibus, penes quos Langobardici Regni administratio erat, Italia tunc temporis vastata fuit ex eodem Paulo in fin. lib. II. & Agnello Ravennate, qui *Italiam maxima ex parte captam*, *atque ab illis subjugatam Romam usque* fuisse testantur.

Quamobrem Spoleti Ducatus usque ad ann. DLXXV. institui neutiquam poterat, neque regnantibus (ut dictum est) Alboino, aut Clepho, qui vix Thusciam porro aspexere.

xere. Sed quo tempore Ducum viguit Oligarchia, quum non tam aemulatione, ac virtute Duces illi tunc pugnarent, quam fortuna etiam prospere comitaretur, Italiâ occupatâ, Tyberim amnem transjecere, atque Romam usque irrumpentes Spoletanae Dynastiae fundamenta posuere anno DLXXVII. vel insequenti. Unde non septennii spatio haec confecta fuisse, ut Paulus affirmavit, sed ultra, ac prope decennium decurrisse dicendum est: nisi fortasse septennium post duorum Regum obitum, ab Oligarchia Ducum desumendum sit, ut Pauli sententia vindicetur. Hinc quae etiam Flav. Blondus Reg. IV. & Sigonius de Duc. Spolet. instit. docuerunt, erronea prorsus esse demonstrantur. Blondus namque Spoleti Dynastiam coepisse, ait, sub Graecis Exarchis: *Spoletani Ducatus nomen primo ab Exarchis Ravennae eam habuit vim, ut a militari consuetudine tractum dignitatem nunc referat, quae post Regiam est suprema*. Miror sane, Blondum oscitanter ibi effutisse, cum ipsemet Dec. I. Lib. VIII. haec habeat: *Longinus in Italiae administratione, & urbium ... hunc primus servavit morem, ut non Provinciae praeesset Praeses, sed singula oppida a singulis custodirentur & regerentur Magistratibus, quos Duces appellavit*. Si igitur ex ejus testimonio quaelibet civitas Ducatus erat, cur Spoletum tot post secula Ducatus dignitatem prope Regiam servare adhuc debebat, & non idem de aliis quibusque urbibus adfirmetur? quod recte advertit Scriptor Tab. Chorogr. med. aevi ap. Murator. to. X. n. CXI.

Erravit & Sigonius ad ann. DLXXI. ac de Alboino Rege inquit: *Spoletum inprimis est occupatum ... Alboinus receptam non solum conservavit, sed etiam Umbria in formam Ducatus redacta, ipsam Ducatus caput, Duce Faroaldo imposito, fecit. Hinc Spoletanus Ducatus celebrari coepit*. Nam eo anno a Sigonio signato, neque Spoletum a Langobardis fuerat subjugatum, neque Umbria, sed tantummodo pars Thusciae, ut Paul. Lib. II. c. 26. & Agnell. Ravenn. ut supra: quod quidem evenisse testatur anno V. Justini II. Imp. qui etiam II. Regis Alboini fuit, scili-

scilicet ann. DLXXI. ut dictum est. Neque Thuscia (ut gratis hoc Sigonio concedatur, quamvis immerito) tunc temporis devastata tota Langobardorum ditioni paruit; sed superior duntaxat pars illorum potestati subjecta fuit; inferior tamen altera Tyberim inter, & mare dexterâ penes Romanos fuit: Tyberim enim, aut Apennini juga Alboinus nunquam transjecit, e quibus per Exarchatum, & Pentapolim transeundo Spoletum adcederet. Hoc vero nullibi scriptum reperimus; quare omnino est adfirmandum, non sub Rege Alboino Spoletum Longobardos occupasse, sed circa ann. DLXXVII. aut sequenti in illa generali irruptione sub Ducum Oligarchia, eodem fortasse tempore, quo subacta Perusia, aliisque urbibus, plurimum ii Romam versus Regnum Italiae protenderunt. Quae quidem urbes, Spoletio adjuncto, a Duce Faroaldo occupatae ansam fortasse praebuerunt Ducatus ibi Spoletani instituendi ad Romani Ducatus, & Exharcatus potestatem magis imminuendam; & illius I. Dux Faroaldus electus fuit ante ann. quidem DLXXIX. quo Paulus Diac. Lib. III. c.13. hujusce Ducis meminit, qui *Classem* (Ravennae) *invadens opulentam urbem spoliatam cunctis divitiis nudam reliquit.* Inde Ravennam obsedisse, ait Rubeus Hist. Raven. Lib. IV. anno scil. DLXXXIII. & a Smaragdo Exarcha fugatum, trucidatumque fuisse, qui Smaragdus Longino successerat ann. DLXXXII. Sigonio teste.

Faroaldo igitur defuncto Ariulfus Dux II. Spoletano Ducatui successit, idem Diac. Lib. IV. c. 17. eumque esse, quem Baronius Arnulfum appellavit ann. DXCII. n.2. & DIIC. n. 3. cujusque meminit pluries S. Gregorius M. in epist. Idem Dux etiam Camerino potitus est ann. DCIII. cui sequenti anno vita functo Theudelapius Faroaldi I. filius suffectus fuit, ut infra in serie Duc. Spolet.

Ex hactenus delibatis plane quidem constat, Langobardos ad ann. usque DLXXVII. nondum Transtyberinas Italiae urbes, multoque minus Neapolitanas adhuc regiones invasisse. At quo pacto Neapolis obsidio ann. DLXXXI. figitur, quum Langobardi tunc temporis nondum Romam, Ty-

Ducibus ad eum transmissis Neapolim obsedisse eo ipso tempore, quo undique Graeci a Langobardis circumquaque oppressi extremam in dies Italici Regni eversionem expectabant. Peregrinius tamen, qui Pauli suspectae sibi fidei patrocinium respuit, aliter, si hoc suos ob oculos fuisset Mabillonii Analectum, probasset, ac magis valido argumento fulciretur ad Langobardorum Beneventi longe ante ann. DLXXXI. dominatum comprobandum. Is enim non alio illuc tempore Langobardos appulisse credidit Procopii, & Porphyrog. testimonio, quam circa ann. DLX. (ut videre est in peculiari sua Diss. de Instit. Ducat. Ben. suo loco to. III. inserenda) quam opinionem validis quidem conjecturis, nec futilibus revera argumentis adserere conatus est. Cui si assentiendum existimabimus, judicandum omnino erit, Zotonem jam Benev. Ducem ab anno DLXXI. opportunitatem nactum Graeci Imperii in Italia evertendi, Neapolim obsedisse: qua quidem urbe potitus, totius Neap. Ducatus regionem comparare facillime sperabat, quippe caput tunc, & praecipua inter alias suae Dynastiae urbes se eminentius extollebat. Frustra tum a Langobardis Neapolis tentatam expugnationem, nemo dubitare audeat; immo longa eos fortasse obsidione pertaesos inde abscessisse credo, quippe qui inutilem illam fore putabant. Atque hac fortasse de causa illuc Autharim Regem a Zotone advocatum fuisse suspicor anno circ. DLXXXVI. Duci Benev. auxilio venturum ad Neap. Ducatum subjugandum: quod cum difficile fore crederet (classe namque maritima carebant Langobardi, ut ad opportuna quotidie subsidia recipienda obsessos impedirent) Campaniae, Lucaniae, Calabriaeque loca invadens Rhegium usque penetraret, ut Paulus ipse testatur.

Sed utcumque se res habeat, quae alibi opportunius pertractanda erit, ad propositam quaestionem redeamus. Aut igitur, ut vidimus, Paulo Diac. fides adhibenda, aut Peregrinio nostro, annus institutionis Ducatus Benev. ut Zotonis aetas praecise designetur XX. annorum, clarior est, quam Spoletensis; cum non tantummodo Faroaldi

h exor-

exordium suae Dynastiae exprimatur, sed ne aetas quidem, qua obierit, aut quot annis vel Spoleti, vel alibi vixerit. Ex solis verisimilibus conjecturis elicitur hujus Ducatus institutio anno aut DLXXVII. aut sequenti DLXXVIII. ut diximus: quo fit, ut Beneventani Ducatus Primatus supra Spoletanum institutio non possit omnino denegari; cum saltem anno DLXXI. institutus quinquennio plus Spoletanum praecesserit. Anne ab Alboino ipso Rege confirmatus, Italicae irruptionis tempore anno DLXX. vel DLXXI. ut Graecorum dominatum distringeret? alibi differetur. Nec ab Authari Rege post Spoletanum Ducatum Beneventanus Zotoni confirmari debuit, sicut Faroaldo Spoletanus. Nam Autharis in nostrates hasce ingressus est regiones anno saltem XVI. Ducatus Zotonis, ut ex supranarratis probavi: quo quidem tempore Zoto suum in Campaniae, Samniique regiones dominationem protenderat, ut suo quaeque loco alibi dicenda. At de his, quae alibi expendenda erunt, satis sit. Ulterius progredi ad Spoleti Ducum seriem a Paulo Diac. inchoatam, aliisque ab Scriptoribus productam, definiendam operae pretium duxi, ut facem Paulo hac in re praeferamus, addendo, aut explanando quae ipse aut parum digessit, aut implexa quodammodo Chronotaxi exaravit.

Seriem priorum novem Spoleti Ducum Paulus ita recenset.

I. Faroaldus I. anno circ. DLXXVIII. cui successit

II. Ariulfus anno DLXXXIII. Faroaldo a Graecis prope Ravennam occiso. Post quem

III. Theudelapius Faroaldi I. filius successit ann. DCIV. non autem, ut notavit Sigonius, anno DCIII. Inde

IV. Atto Dux (qui Zotho a Sigonio, & Lilio Hist. Camerin. Lib. IV. sed perperam) anno circ. DCLVI. nisi Paulus Lib. IV. c. 52. & 53. in Theudalapii emortuali anno, qui paulo ante Ariperti Regis mortem contigisse inquit, errasset; aut ex aliorum sententia duo fuerint Theudelapii, pater scil. ac filius, vel nepos, a Warnefrido fortasse in

ſe in unum conflati, ut ex Wolf. Latio Campellus Hiſt. Spol. Lib. XII. Poſt hunc

V. Traſemundus I. qui, Paulo teſte, dudum Capuae Comes fuerat, a Rege Grimoaldo electus anno DCLXIII. ut Lib. IV. c. 53. & Lib. V. c. 16. atque etiam in Chron. Farfenſi adnotatus. Vixit uſque ad ann. DCCII. Muratorius in Annal. Ital. habet ann. DCCIII. Cui

VI. Faroaldus II. ejus filius eodem anno patri ſuffectus eſt; Paul. Lib. VI. c. 30. Sigonius illi collegam adjunxit Volchilam ejus germanum, ſed teſtem non affert. Obiit Faroaldus ann. DCCXXVII. ex monumentis allatis a laudato Scriptore Tab. Chorogr. med. aevi. Tamen ann. DCCXXIV. ipſo Paulo teſte Lib. VI. c. 44. patre Faroaldo defecit, eumque depoſuit, qui Monachi habitum induit: tuncque Ducalem ipſe dignitatem occupavit.

VII. Traſemundus II. ejus filius, qui anno DCCXL. ab Italiae Rege deſcivit, ut notat Paul. VI. 5. Qua de re a Liutprando Rege, Traſemundo e Ducali Sede exturbato, ſubſtitutus eſt ejus nepos. (dubitant alii.)

VIII. Hildericus anno ipſo DCCXL. qui in Farfenſi Catalogo deficit. *Evolutis dehinc* (ait Paul. loc. cit.) *aliquibus annis* (duobus ſcilicet) *Traſemundus, qui Romam fugerat, Spoletum rediens Hildericum extinxit, rurſumque contra Regem rebellavit.* Vide Anaſtaſ. Bibl. in Zacharia. Cauſa hujus fortaſſe excuſabilis defectionis Traſemundi Ducis decennio ante fuerat Liutprandus ipſe Rex, ut ex Anaſtaſ. in Gregor. II. apertiſſime oſtenditur: *Euthychius* (inquit) *Patricius* (Exarcha pro impio Leone III. Iconomacho anno DCCXXVIII.) *& Liutprandus Rex inierunt conſilium nefarium, ut congregatis exercitibus, Rex ſubjiceret Duces Spoletanum, & Beneventanum, & Exarchus Romam, & quae pridem de Pontificis* (occidendi) *Perſona juſſus fuerat, impleret.* In vindictam igitur tunc efferbuit Traſemundus; *cujus in loco*, ut ait Paulus loc. cit.

IX. *Agibrandum* (quem Anſprandum appellavit Sigon.)

suum nepotem constituit Spol. Ducem Liutprandus Rex anno DCCXLII. Ejus nomen in Farfensi Catalogo deest, quo tamen sub anno DCCXLVI. describitur

X. Lupus, cujus meminit charta donationis Ludovici Pii inserta Chron. Vulturnensi ap. Murator. to. I. par. II. p. 369. & 386. Dehinc

XI. Hunulfus memoratus in charta commutationis Cellae S. Viti Monachorum Cassinensium cum *Ursone de Castro S. Vincentii ad Vulturni Fontis cujusdam silbe in loco Pectinaru territorio Sarniensi* (Aeserniensi) *sub anno* DCCLIII. *Ind. VI. Marczi mense die XI.* Cujus utique Spoleti Ducis usque adhuc ignoti memoria habetur ab Aeserniensis olim Ecclesiae Archidiacono Io: Vincentio Ciarlanti, qui eam ex suo autographo pergameno exscripsit, suisque in manuscriptis cum aliis etiam quamplurimis chartis, atque diplomatis adservabatur. Huic successisse autumarem anno DCCLVII.

XII. Albuinum Ducem, qui in Farfensi Serie adscribitur; tum anno DCCLX. ex eadem Ducum Serie

XIII. Gisulfum, cujus etiam, uti & Hunulphi, & Albuini mentio nulla apud Sigonium. Neque suffecti Ducis anno DCCLXIII.

XIV. Theodicii ab Anastas. in Steph. IV. memorati; & *Theodorici* in Farf. Chron. appellati. A Desiderio Rege Legatus mittitur ad Hadrianum Pontificem an. DCCLXXII. ut idem Anastasi testatus est. Pauloque post sufficitur

XV. Hildebrandus, qui habetur in cit. Catal. Farf. & in Anastasio, Sigonio, aliisque. Qui Dux, antequam Desiderius Rex cum exercitu ad Clusas contra Carolum Francorum in Italiam adventantem pergeret, ut transitum prohiberet, ad Hadrianum Pontificem confugiens illi se tradidit. *Hinc Hadrianus constituit eis* (Spoletinis) *Ducem, quem ipsi propria auctoritate sibi elegerunt, scilicet Hildebrandum nobilissimum &c.* Post Caroli in Italiam adventum, Langobardorumque Regni extinctionem, Spoletinus Ducatus Apostolicae Sedi adjudicatus est sub jure & potestate B. Petri, ut asserit Anastas. lib. cit. & Sigon. illumque

que adminiſtraſſe etiam Hildebrandum legimus, qui Carolo Regi occurrit, munera detulit, & pro eo contra Graecos decertavit, ut in Ann. Bertin. anno DCCLXXIX. & DCCLXXXVIII. Inſequenti autem anno DCCLXXXIX. in cit. Farf. Catal. legitur

XVI. Guinichus Dux, a Sigonio *Vinegiſus*, ab aliis *Winichis*, *Winigis*, & *Vinechiſius* appellatus. De eodem meminit Anaſtaſ. in Leone III. cui *cum ſuo exercitu obviavit* (cum a Romanis male exceptus fuerit) *venerabiliter eum recipiens* (ann. DCCXCIX.) *Spoletum deduxit*. Dubitatur an idem ipſe ſit *Guinichiſus*, qui in Regiis Caroli M. expeditionibus fuerit ſaepiſſime occupatus, & anno DCCC. ab Erchemp. n. V. dicitur Benev. bello ſuis copiis auxilium praeſtitiſſe: Luceriae, Apuliae munitiſſimae urbi, praeſidio fuiſſe, & a Benev. Duce captus ann. DCCCII. ex Ann. Bertin. Quae pro Leone III. Pontifice in Romanos praeclara geſſerit facinora an. DCCCXV. habes a Baron. h. a. n. I. & Pagio, & Ann. Eginhardi. Quare ad ann. uſque DCCCXXII. aetatem ſuam produxiſſe, dubitantibus tamen quibuſdam Scriptoribus, credendum eſt: *Cùm jam ſenio confectus* (Ann. Bertin.) *habitu ſeculari depoſito*, *Monaſticae converſationi ſe mancipavit*. Dubitandi anſam fortaſſe dedit Chronographus Farfenſis, qui anno DCCCVI.

XVII. Romanum Spoleti Ducem adnumerat; indeq; an. DCCCXIV. iterum Guinichum. Et ann. DCCCXVI.

XVIII. Geraldum. Aliique poſt hunc Scriptores adſcripſere

XIX. Heccideum Ducem.

At huic difficultati occurrit pluries laudatus Auctor Tab. Chorogr. validiſque rationibus probat, eundem Guinichum fuiſſe Ducem Spoletenſem ab an. DCCLXXXIX. ad DCCCXXII. quo Monachi habitum, ſenio confectus, induit. Cumque tot, tantiſque occupationibus Guinichus fuerit diſtentus, in varia etiam loca aut cum militaribus copiis, aut legationibus miſſus, opportunum fore putavit ad ſui Ducatus regimen ſuſtinendum aut filios tunc, aut

fra-

fratres, aliosve, se absente, substituisse. Fuerintne post Carolum M. Spoletani Duces ab Augustis pro tempore regnantibus constituti, vel a Spoletanis ipsis electi, tum ab Impp. confirmati, pugnant Scriptores. Consule Pagium anno DCCCXV. n. I. Cantel. Hist. urb. Metr. Ital. p. II. c. 7. Sigon. Ann. Bertin. an. DCCCXXII. aliosque ap. Script. Tab. Ch. n. 112. Mea quidem opinio, ut ex infra dicendis constabit, illis suffragatur, qui Ducatum Spoletanum communibus suffragiis creatum fuisse adserunt post Caroli M. tempora, ab Impp. tamen, Italiaeque Regibus confirmandum, qui nec semel aut raro ab Augg. electi Spoletum regendum mittebantur. Utique post Guinichisi ad claustra recessum anno DCCCXXII. in Ann. Bertin. legimus: *in ejus locum Suppo Brixiae civitatis Comes constitutus est*.

XX. Suppo itaque, qui Guinichiso successit, in Farf. Cat. desideratur, quod statim fortasse defunctus, vix Ducalem Sedem ascenderit. Nam sequenti ann. DCCCXIII. in cit. Bertin. habetur: *Missus est in Italiam Adalhardus* XXI. *Comes Palatii, jussumque ut Mauringum Brixiae Comitem* (Supponi Duci suffectum) *secum assumeret &c.* Et anno DCCCXXIV. Suppo Dux Spoleti decessisse XXII. nunciatur: eundemque Ducatum Adalchardo Comiti *commissum*. Qui cum vix quinque mensium spatio eodem honore affectus fuisset, febri laborans decessit; eique cum Moringus Brixiae Comes successor electus esset, nuncio honoris sibi designati accepto, decubuit. Ita biennio minus tres Spoleti Duces fato cessere, quos hanc forte ob causam e catalogo expunxit Farf. Chronologus; tametsi Sigonius eos agnoverit, adnumeraritque.

XXIII. Sico, qui licet Spoletinus tantummodo absque Ducis titulo adnumeretur in Chron. Ducum, & Principum Beneventanorum, huic etiam operi Hist. Pr. Lang. a Peregrinio nostro inserto, Spoleti tamen Ducem fuisse conjicio post Moringum usque ad ann. DCCCXXXII. Neque post Siconis decessum aliqua Ducum mentio apud Scriptores

res

res usque ad ann. DCCCXXXVI. quo

XXIV. Berengarium meminit Farf. Chron. Post quem ab Erchemp. n. XVII. adnotatur

XXV. Guido I. *Dux Spolitensium* Siconulphi Salerni Princ. cognatus, cui auxilium praestitit ann. DCCCXLIII. contra Radelchim Benev. Principem. Hic adhuc Thusciae partem, & fortasse etiam Umbriae possidebat. Igne cremata Sicopoli, novaque extructa Capua ann. DCCCLVI. Guido cum universis Thuscis paulo post eam obsedit; Erch. n. XXV. Hujus Guidonis frater fuisse creditur

XXVI. Lambertus I. qui ante ann. DCCCLXI. vel Guidoni suffectus, vel collega erat (quod Sigon. evenisse ait an. DCCCLXV. contra Erchemperti narrata n. XXIX. ab Ignoto Cass. n. XXII. & Ostiensi confirmata) Guidonis Ducis. Ante ann. enim DCCCLXI. erat Dux Spoleti Lambertus I. ut ap. Erch. n. XXIX. n. XXXII. & XXXV. quo narrat, illum Imperatoris furorem metuentem, Beneventum se recepisse ann. DCCCLXXI. Ab Hadriano PP. II. an. DCCCLXVII. *anathemate percussus*, ut ait Anast. qui tamen illum non fratrem, sed filium Widonis appellat. Tum ann. DCCCLXXVII. simul cum Pontifice Neapolim, & Salernum navigavit, ut ex Ost. lib. I. c. 40. At non eundem credo fuisse Lambertum: Scriptores fortasse duos ejusdem nominis confundunt Lambertos, unum nempe Widonis fratrem, filium alterum, ut infra.

XXVII. Lambertus II. cujus mentio ap. Ost. loc. cit. qui cum fratre Widone II. vel potius nepote, ut infra, auxilium tulit Johanni PP. VIII. qui cum illis navigavit, ut sup. Hic deinde in Pontificem arma vertit, ut ex epist. Johann. VIII. ann. DCCCLXXVIII. & DCCLXXX. quo Lambertus hic obiit, & hunc Lambertum II. fuisse existimo, Lamberto I. ante hunc annum jam defuncto, vel alibi exule: cum post ann. DCCCLXXI. nondum aliam hujus Lamb. I. memoriam in Scriptoribus reperiamus; sed tantum Lamberti II. Widonis filii. Erchemp. n. LXXIX. ait: *Defuncto Lamberto* (II. quidem) *filio Guidonis Senioris, filio suo, Spoletium reliquit. Quo etiam decedente,*

te, *Guido Junior Spoletium*, *& Camerinum suscipiens cum Saracinis pacem fecit &c.* Filius quidem hujus Lamberti regnavit; at quia forte parum vixit, ideo ejus nomen posteris ignotum. Conjiciendum puto, sicuti Patri, & Avo nomen Guidonis, aut Lamberti adtributum, itemque & a posteris aut Guidonem, aut Lambertum appellatos, ita etiam ignotum hunc Ducem alterutro vocatum fuisse nomine. Equidem in charta Monasterii Cinglensis, & S. Sophiae Benev. anni DCCCLXXXII. mentio habetur Lamberti, & Widonis Spolitensium Ducum. Cum igitur tunc temporis Lambertus II. jam diem suum obiisset, credendum est, post Lamberti II. mortem, Lambertum III. qui paulo post decessit, Ducem Spoleti fuisse simul cum Guidone II. Juniore adpellato. Nemo fortasse erit, qui verisimilem hanc meam conjecturam aspernabitur.

XXVIII. Guido II. Lamberti II. filius, de quo Erchemp. loc. cit. & Peregrin. necnon Ep. Joh. PP. VIII. 279. ad Carolum Crassum data ann. DCCCLXXXI. & Annal. Fuldens. ann. DCCCLXXXIII. qui Comitem quoque Thusciae vocant, Italiae profugum, ac Saracenis foederatum. Tandem ann. DCCCLXXXV. Regiam dignitatem acquisivit: non diu post in Galliam proficiscitur, Regnum quaerit; at repellitur, Liutprand. Lib. I. c. 6. De Regno Italiae contendit cum Berengario, post victoriam Rex effectus ann. DCCCLXXXVIII. Et Imperator ann. DCCCIXC. Moritur ann. DCCCVIC. Ost. Lib. I. c. 64. *cum annos ferme sex Regnum obtinuisset*, *cruoris vomitu extinctus*, Regnum tradidit filio

XXIX. Lamberto III. (non autem II. ut putarunt aliqui) qui Dux Spoleti, Rex Italiae, atque Imperator patris consors ab ann. DCCCLXXXII. Liutprand. Lib. I. c. 10. Occisus prope Tanarum amnem ab Hugone Mediolanensi Comite, Arnulfo Rege mandante an. DCCCIIC. ut idem Liutpr. I. 12. Lamberto II. imperante; alter

XXX. Guido ejus frater, III. appellatus, Spoletium regebat, qui ann. DCCCVC. ex Ostiens. Anon. Salern. & Benev. & Lupo Protosp. Graecos a Benevento expulit,

Hic

Hic frater erat Lamberti Imp. ex Anon. Benev. in ann. DCCCIVC. *Qui* (Guido) *Spoletium perrexit, Imperatorem Lambertum fratrem, ejusque matrem Imperatricem* (Ageltrudam) *cernere cupiens: ibant enim illi Romam ad Apostolorum limina*. Quo autem anno defunctus fuerit, ignoratur. Neque ad ann. usque DCCCCXXII. ullius Ducis mentio apud Scriptores. Imo ann. DCCCCXV. nullum fuisse ibi Ducem existimant, cum in expeditione illa in Saracenos prope Lyrim amnem consistentes, Johanne PP. X. hortante, multi foederati Principes accurrerunt; quorum praecipuus Landulphus Capuae, & Benev. Princeps ita Pontificem apud Liutpr. Lib. II. c. 14. interpellat: *Camerinos quoque, atque Spoletinos nostrum ad auxilium invitato*: quibus ex verbis conjici potest, vel Spoletanum Ducem alibi fuisse (nomen quidem nobis ignotum) vel Spoletani, redacto fortasse in formam Reip. eorum regimine, ad bellum a Pontifice advocati, *ut simul inirent, auxiliante Deo, cum his* (Saracenis) *bellum*. Nec profecto heic eorum Dux taceretur, si illum habuissent; nec Spoletini, & Camerini *invitari* debuissent, sed eorum Dux, qui iisdem praeesset. Anno Igitur DCCCCXXII. legitur solummodo

XXXI. Bonifacius Dux, qui filius fuit Hubaldi strenui militis pro Berengario in praeliis contra Widonem commissis, ex Liutpr. Lib. I. c. 7. *qui* (Bonifacius) *post nostro tempore Spoletinorum, & Camerinorum extitit Marchio*: per Rodulphum nempe Italiae Regem ann. CMXXII. Liutpr. II. 18. qui Waldradam etiam sororem suam Bonifacio conjugem dedit. De eo non meminit Farf. Index. Huic Duci filius fuit

XXXII. Theobaldus, cujus idem Liutpr. IV. 4. & Farf. Cod. in quo simul adscribuntur ann. CMXLVI. (anachronismus corrigendus ann. CMXXXVI.) *Bonefatius, & Teobaldus Duces*, sicuti & in Chron. bis meminit, sic: *Bonefacii & Tebaldi filii ejus*. Corrigit etiam errorem alterum Farfensis Codicis laudatus Tab. Chorogr. Scriptor n. 113. reponentis post Anscharium Ducem ann. CMXLVI. *Bo-*

 nifa-

nifacium, & *Tebaldum*: quibus quidem demortuis, vel expulsis, Spoleto praefuit

XXXIII. Anscharius, de quo Liutpr. Lib. V. c. 2. Illi Hugo Rex insidias molitus est ann. DCCCCXL. per

XXXIV. Sarlionem *Burgundionum ex gente progenitum*, qui, Anschario bis profligato, tandem occiso, Ducatu potitus est, & *Rex Hugo gaudio immenso afficitur*: qui fortasse ejus nepoti Teobaldi Ducis viduam matrimonio facillime Sarlioni copulavit, cum contra Anscarium fortasse conjuraverit, ut ex eodem Liutpr. conjici potest. Hujus Ducis nullibi amplius mentio. Sigonius ejus Ducatus annos ad DCCCCLVII. producit: quo *Berengarius bellum Pontifici in Ducatu Spoletano commovit. Ejus belli haec*, ut opinor, *occasio fuit. Sarlione, qui Anscario Berengarii fratri suffectus Dux fuerat, sive mortuo, sive Berengario deturbato, Berengarius illam sibi ditionem ascivit.* A verisimili quidem non abhorret, Berengarium in Italiam e Germania regressum anno CMLII. aut CMLIII. ut Contin. Rheginonis, Otho Fris. aliique testantur de Spoletanis vindictam sumsisse, eoque Ducatu potitum Paldolpho Capuae Principi concessisse. Quod utique patet ex Chron. Cinglensi M.S. huic nostro operi inferius inserendo,

XXXV. in quo legitur: *Anno CMLIII. Paldolphus Princeps Spolitensis Dux efficitur. Berengario subsidium donat. Karda Abbatissa placitum optinuit montis S. Eleterii in Aliphis*. Hujus *Placiti* autographum adservari dixit in Monast. S. Mariae Monial. Capuae (in quod Cinglense paulo ante translatum fuerat, ut in praefatione ejudem Chronici dicam) Michael Monachus in ejus schedis, ab eoque transcriptum, ibi adjungendum putavi. Hic tantummodo dicam, hoc in *Placito* agi de restitutione ad favorem Mo-
„ nasterii Cinglensis, instantibus Principibus Capuae Lan-
„ dolpho, & Paldolpho possessionis Montis Lauterii (S. E-
„ leutherii) a Rodulpho Comite Aliphano occupati cum
„ Casa Cotila, & Tracunu, & piscaria ribi, & ripuario,
„ aliisque in Territorio Aliphano rebus ibi enumeratis:
„ contradicentibus etiam Casinensibus, atque Laurencio
„ Cin-

„ Cinglensi olim Praeposito. Diploma signatur cum data Spoleti die primo Septembris anno CMLIV. Ind. XIII. Anno Berengarii Regis, ejusque filii Adhelperti V. Principatus gloriosorum Landolphi ann. XV. & XI. Paldolphi Capuanorum Principum, & Ducum Spoleti feliciter.

Hanc equidem chartam (& fortasse alias, quas non tantum Capuae, sed in omnibus pene Regni nostri locis deperditas frustra ploramus) & Chronicon legerat Peregrinius noster, Tabulariorum omnium diligentissimus perscrutator, quarum lectione judicavit, hos Capuae Principes, Landulphum scil. II. & Paldulphum I. Caputferreum cognominatum Spoleti Ducatum obtinuisse: quod Abbas Erasmus Gattula Hist. Cas. to. I. & Scriptor Tab. Chor. n. 114. sicuti hanc rem aliunde ipsis ignotam, difficilemque fatentur, ita Peregrinium carpere aliquomodo moliuntur, qui eam aut minime verisimilem, aut prorsus erroneam primus exhibuerit. Hinc contra Peregrinium hi Scriptores inferunt, falsum omnino esse, quod ipse asserit, unum nempe Paldolphum, patre Landulpho II. demortuo ann. CMLXVIII. Ducem Spoleti appellatum fuisse. Landulphum namque patrem, & filium Caputferreum ab anno usque CMLIV. Duces Spoleti extitisse haec edocent monumenta. Neque Duces tantummodo, aut Marchiones titulotenus appellatos, itaut dubitari possit quin Spoleti, aut Camerini, vel aliorum locorum Domini, sed vere Spoletani Ducatus (& paulo post Camerinensis quoque Marchiae) titulo, ac possessione a Berengario Italiae Rege fuerint insigniti: quod ipsi foederati auxilium praestiterint, ut in aemulos, hostesque Regnum sibi, filioque Adelperto servare possent. Rem tamen nodis, spinisque obsitam explanandam, quoad potero, confirmandamque suscipio, quam e quorumdam Scriptorum fragmentis eruendam curavi.

Berengarius quidem Romanae urbis Principem Albericum, qui Ducatum etiam Romanum, aliasque regiones suo parere imperio obstrinxerat, bello adortus, primo impetu Spoleti Ducatum subegit, cujus Dux pro Alberico

fortasse erat, ut ex superius dictis, & ex Sigonio conjici potest. Landulphus interea Capuae Princeps, his in Italiae excitatis procellis, sibi suaeque utilitati consulendum ratus, loca illa, quae Ducatui Spoletano Capuano Principatui finitima erant, sensim submittere conatus est, ut ex variis eo tempore chartis apertissime ostenditur, adsentientibus Capuae Dynastis, ea quidem loca, quae Spletano primum Ducatui adnexa erant, non autem Capuano Principatui subjecta. Dum inde Berengarius Spoleto potitus esset, timens Landulphus, ne in ipsum etiam Rex arma verteret, cum Berengario societatem init, opes suppeditat, auxiliumque spondet, ab eoque postulat, ut quae ad Ducatum Spoletanum loca in Samnio, Marsia, atque alibi ipse acquisierat, sibi confirmare dignaretur, cui Berengarius utique postulationi benigne annuit, Ducisque duntaxat titulo decoravit. Qua de causa (nisi mea me fallit opinio) nusquam Dux Spoleti Berengarius legitur, neque filius Adelpertus, qui Landulphum Capuae Principem eo ipso titulo decorarunt. Cum inde ipsomet anno, contra Octavianum filium Alberici Romanae urbis Principis seu Tyranni arma vertenda constituisset Berengarius, ut Sanctae Sedis Romanae libertati consuleret, Landulphum ad illam expeditionem deputavit, ut in praecitato Codice legitur, illincque cum Spoletum remigrasset, reliqui Spoletani fortasse Ducatus partem obtinuit, Pontifice tamen, Spoletanisque reluctantibus. Quod quidem causae fortasse fuit, ut Johannes XII. Alberici filius in Romana Cathedra, quamvis adolescens evectus anno DCCCCLV. (ut contra Baronii sententiam probant Pagius & Papebrochius in Con. Chron.) in Pandulphum surrexerit, ac Campaniae regionem aggredi tentarit anno insequenti, ut affirmat Baronius, eique ad hoc bellum socios fuisse Spoletanos, & Camerinos, qui Langobardum Principem oderant, illique mala potius irrogare, quam parere malebant, ex Hist. Lang. a cit. Baron. ann. CMLVII. n. 1. clare patet. Spoletini enim, Camerinique jam a Berengario subacti, ac divexati, excusso jugo, in Reipublicae formam fortasse civita-

vitatem redegerant, fuisque auxiliariis copiis Pontifici adhaeserunt, & contra infensum Capuae Principem sua quoque arma vertisse non dubitarunt. Otho Magnus eo temporis Italiae supremo jure dominabatur, & Berengarii Regis opes fregerat: tuncque verum esset quod cit. Scriptor conjicit, Capuae nempe Principem partem solummodo Ducatus Spoletani possedisse, quam in Samnii, ac Marsiae Comitatibus Duces illi jamdiu obtinuerant, non autem Spoletum, & Camerinum, quibus tunc in urbibus dominari debuerat Hubertus Salicus Spoleti Dux (de quo fusius infra) qui obiit anno DCCCCLXI. ut apud pluries laud. Scriptorem Tab. Chor. habes, cui hanc Ducum descriptam seriem debemus, etsi ex parte a me instauratam, suppletamque.

At ut ad institutam quaestionem descendamus, praemittendum puto (Liutpran. Lib. V. c. 2.) Hugonem Italiae Regem in Anscarium Spoleti Ducem misso Sarlione, ita loquutum: *Camerinorum, & Spoletinorum hominum non est mihi fides incognita: est enim calamo similis, cui si innisus fuerit homo perforabit manum suam. Vade itaque accepta a me pecunia, mentes eorum corrumpe, ab Anscarii dilectione eos amove . . . Profectus itaque est, & sicut Rex praedixerat populus egit*. Haec contigisse circa ann. DCCCCXL. haud dubium est. Paucos post annos, Sarlione deturbato, a Berengario vindicta de fratre Anscario sumta est, Spoletanoque tunc Ducatu potitus fuit. Cur igitur non ille, nec filius Adelpertus Spoleti Duces unquam appellari permiserunt, neque Ducatus partem, quae in Aprutio, Marsiaque sita erat, sibi vindicare noluerunt, cum Capuae Principes nullo pacto ejus armis obsistere potuissent, subjectosque se noscerent Italiae Regibus? Scio quidem, Hubertum Spoleti Ducem, qui dudum ipse pulsus fuerat ab Othone I. restitutum fuisse ann. circ. CMLX. At cum parum Spoleti Hubertus resederit, diemque suum ann. CMLXI. clauserit, ignoramus an vere Spoletanam Dynastiam pleno tunc jure obtinuerit, vel potius Capuae Principes. Siquidem ann. CMLXIV. extat

„ con-

„ confirmatio bonorum Ecclesiae Capuanae ad preces Pan-„ dolphi & Landolphi *Capuae Principum*, *Ducumque Spo-„ litensium* ab Othone Aug. concessa sub dat. Romae ann. „ CMLXIV. Imperii ejusdem anno tercio, Ind. VII. Ma-„ dio mense die VII. „ Dicendum igitur vel ab anno, ut diximus CMLIV. nusquam Capuanos Principes Ducatum Spoleti amisisse, vel vix ab Huberto obtentum, Othonis M. beneficentia iisdem fuisse Principibus confirmatum.

Neque obstant, quae idem Tab. Chor. Scriptor in Peregrinium argumenta congerit, nempe I. Anon. Salern. apud eundem Peregr. par. VII. n. 5. qui bellum Beneventanorum in Graecos describens ann. CMLXX. *Siconem* tunc *Spoleti Comitem* ibi adfuisse affirmat. Nam vere ex hac narratione Paldulphi Spoletini Ducatus possessio confirmatur, cum Spoletini non Comitum, sed Ducum titulo decorati perpetuo fuerint, quod clarissimum est; ac si ibi Sico Comes fuerit aliquando, is Ducis vices gerebat, militiaeque tunc Spoletinorum praeerat, quod nemo in dubium revocare audeat. II. cum Anonymus idem Salernitanus Landulpho suam historiam nuncupet, de unione Salernitani, & Beneventani duntaxat Principatus mentionem facit. Quod quidem verum est; at unde ab adversario Peregrinii eruitur, illum de Ducatu Spoletano, & Camerino haud meminisse? Ex his fortasse verbis:

Tempore praeterito tellus divisa maligne
Unitur tuo ecce tuente Deo?

At ubinam de sola Dynastiarum Beneventi, atque Capuae unione accipi verba poterunt, nec de Gastaldatu Theatensi, Marsia, aliisque locis a Beneventana olim Dynastia divulsis, atque a Carolo M. aliisque Augustis Ducatui Spoletano adtributis, quod ab Erchemperto, aliisque Langobardicis Scriptoribus eruitur? Jam vero usque ad medium fere seculum X. his in regionibus nusquam Capuae, aut Beneventi Principes dominatos legimus, quod quidem hoc tempore de Paldulpho Caputferreo adfirmatur. Nonne igitur & praeter Beneventi, Salerni, Capuaeque unionem adnexa quoque Paldulpho fuit & Marsia, & Theate, aliae-

aliaeque in Samnio Marchiae, quae Spoletino prius parebant Ducatui? Sed ultra progrediendum in hujus Anon. Salern. Paneg. Carminis interpretatione. Ait ille:

Aurea nam Capua sine Principe desiit esse,
Ticinum geminum *heu viduata manes;*

Ticinum illud *geminum* Peregrinius noster intelligit Beneventum, quam etiam sententiam secutus est Murator. in not. ad Anon. Salern. At pace tantorum virorum, non Beneventum ibi solummodo intelligendum est, sed & Spoletum. Beneventum quidem illius Dynastiae Principes Ticinum appellari expetebant, ut Langobardorum Regum majestatem adfectarent: quod utique non minus Spoletensium Duces eodem pacto exoptare poterant, cum utriusque hujus Dynastiae Domini Regale pene fastigium attingerent, paribusque fortasse opibus praestarent eo saltem tempore, quo ex Beneventano Ducatu pars illa fuerit diminuta, quae Salernitano Principi postmodum, atque Spoleti Duci sub Francorum imperio adcrevit. Hinc illud *geminum Ticinum* non Beneventum tantummodo designari posse puto, sed Spoletum etiam, a quibus, simul cum *Aurea Capua*, urbibus absentia hujus magni Principis Salerni demorantis exaggeratur. Neque certum existimo, quod Peregrinius noster credidit, ideo scilicet Beneventum urbem Ticinum alterum vocitatam, quod haec Dynastia nominis abusione *Langobardia minor* fuerit adpellata. Aut enim ita a Scriptoribus dicta fuit, quod Langobardis ea parebat, cur Spoletio etiam, qua in urbe iidem dominabantur, non idem nomen adtributum? aut si Beneventanae duntaxat Dynastiae nomen hoc inditum, quare ceteris Beneventano Principi subjectis regionibus illud denegatum adfirmatur?

Sed profecto quod Camillus adserit de Beneventi nomenclatura, latius extendendum videtur. Nam praetermissis aliis, quae a laudato Script. Tab. Ch. congeruntur n. 138. *Langobardia minor* non solius Apuliae terminos includebat; sed ultra etiam extensa, Campaniam integre, Lucaniam, Aprutium, Romam usque fines suos protendebat.

bat. Hoc ex Lupo Protosp. ex Curopalate, Cedreno, aliisque clare habetur. Cum enim *Saraceni ad Italiae eam partem, quae Langobardia hodie dicitur, navigantes Barim Castrum occupant*, jam exinde fit, ut Apuliae *Langobardiae minoris* nomen indiderint, quae Calabria prius appellabatur, hoc ad Brutiorum regionem tunc nomine translato, quae Graecorum ditioni patebat, ut veteris Calabriae jacturam populis obtegerent. At postmodum ultra Apuliam Langobardorum ditione diffusa, Graeci Imperatores *Strategum Langobardiae* has in regiones mittebant, tamquam unius Provinciae Langobardiae ab iisdem vocitatae, Rectores seu Praesides, ut ex Chron. Vulturn. habemus *Georgium Stratigum Langobardiae*, & Leon. Ost. Lib. I. c. 49. in quo memoratur *Simbaticius Patricius Stratigus Calabriae & Langobardiae*. Quod Samnium quoque Langobardia minor includeret, patet ex eodem Vulturn. Chr. an. CMXXVII. in quo S. Vincentii Monasterium dicitur *adjacere in Graecorum Themate Langobardiae*, cui Romanus Constantinus Aug. Diploma impertiit, quo tum Graecis, tum Langobardis Monasterium, ejusque res commendat tanquam sibi subjectis Magistratibus. Videatur Carusius in Coll. Sicul. Praef. ad Chron. Cantabr. ubi Campaniam, Ducatum Benev. & finitimas regiones, quae ante Romanorum adventum in Italiam Langobardis Principibus parebant, *Langobardia* dici validis rationibus comprobat. Tandem quod *Langobardiam* Romam usque X. & XI. seculo extenderetur docuit Curopalat. pag. 40. edit. Venet. Asserit enim: Agarenos Capto Bario *tota Langobardia usque ad ipsam fere gloriosissimam Romam potiti sunt*: quod quidem confirmat Porphyrog. de Adm. Imp. c. 49. *Capto Bario Soldanus Langobardiam omnem Romam usque tenuit*; & Lupus Protosp. qui Italiam omnem Cisybeiinam *pro Langobardia* accipit ann. MXXXIII. Igitur ex hactenus delibatis satis evincitur, Langobardiam minorem post medium seculum X. nedum Ducatum Beneventanum dumtaxat, aut Apuliam, & Campaniam; sed Samnium quoque, Ducatumque integrum Spoletanum Ro-

mam usque comprehendisse. Non est igitur quod pro *Ticino gemino* Beneventum duntaxat intelligatur, imo Spoletum quoque: utraque enim civitas Regiam Ticini Sedem, majestatemque aemulabatur. Ceterum eo tunc temporis, quo suum Anonymus Carmen Caputferreo nuncupavit, nihil dubii est, quin Spoleti Dux esset Pandulphus. Ac licet in eo Spoletensis dominatus haud meminerit Anonymus, non ex eo dubitandi locus relinquitur, cum Beneventum quoque reticuit, ac Capuam duntaxat expressit, ubi Princeps morabatur, vatis libertate usus, qua ceteras eidem Principi subjectas urbes Beneventum scilicet, Salernum, Spoletum, Camerinum haud expresse memorat.

Altera nobis difficultas enodanda proponitur; quam a cit. Scriptore Tab. Chorogr. eruit Gattula Hist. Cass. to. I. p. 124. Is enim non ultra aetatem Pandulphi Caputferrei (qui anno quidem CMLXXXI. diem clausit extremum, ut Peregrinius claris argumentis ostendit) Ducatum Spoletanum Capuano Principatui adnexum adfirmat, itaut neque Caputferrei filius Landulphus, nec alii inposterum ex ejus progenie orti nepotes, Duces unquam Spoleti fuerint adpellati. Quod etiam probare nititur testimonio S. Petri Damiani lib. VII. ep. 12. ad Gothofredum ann. CMLXXXIX. qui, ut ipse ait, apertissime Hugonem Spoletensium Ducem affirmat, cum eadem aetate vixerit: additque laudatus Gattula (mihi olim, dum degeret, amicitia conjunctissimus) ex eodem Damiano, Hugonem obiisse ann. MII. si Baronio, aut MI. si Pagio n. 3. credere malimus.

At pace Cl. Viri, ac optime de me meriti, ea quae in medium affert, omnino inverisimilia sunt, ac veritati prorsus absona, cum Hugonem Spoleti Ducem fuisse adserat, qui deinde cum se regendo Ducatu imparem agnosceret, ac propter subditorum improbitatem sponte se eo abdicasse praedicet. Is quidem Petri Damiani testimonium male interpretatur; ac si per aliquod temporis spatium Hugonem Ducatum illum obtinuisse dicamus, id quidem exi-

guum fuit, ac in ea pueri aetate, ut prorsus incredibile videatur verum fuisse, quod & postea Ducatu se abdicarit, ut ex mox dicendis clare patebit. Ac profecto Hugo Humbertum patrem habuit Thusciae Marchionem, qui in Italiae factionibus cum partes Lotharii, & Hugonis Regum secutus fuisset, Berengarium hostem habuit. Hic Italiae Regno potitus Humbertum quidem expoliavit (quod a vero non abludit nisi anno DCCCCLIV. defunctus fortasse fuerit, Humbertus vero anno DCCCCLXI.) & Landulphum, ejusque filium Pandulphum Caputferreum sibi familiaritate conjunctos Ducatu Spoleti, & Camerini insignivit. Indignationem Berengarii Humbertum incurrisse, Scriptores fatentur, nec quidem contendunt. Berengarium Spoletum occupasse, superius innuimus. Annus quo Humbertus obierit, tametsi incertus, non ultra tamen anno DCCCCLX. certe protensus, ut probat Muratorius. Quare uti corruit adversariorum fundamentum in anno emortuali Humberti, qui illum affigunt ann. DCCCCLXIX. ita & alia everti necesse est. Hugo namque puerulus (natus quippe ann. CMXLIX. circ.) patre in Germaniam transfuga, nec regere poterat usque ad ann. CMLX. eo minus Ducatu se abdicare. Unde magis mea confirmatur opinio ann. nempe CMLIV. Humberto jam exule, filioque adhuc puero, a Rege Berengario Pandulphum Capuae Principem Ducatum Spoleti, & Camerini obtinuisse, Hugone Hetruriae tantummodo Marchionatum possidente: cui fortasse ob patris Humberti jus alias sibi adquisitum titulum Spoleti Ducis, & Camerini Marchionis fortasse retinuit; inde eo abdicasse, ne Berengarii & Adelperti inimicitias subiret, quod utique ex diplomate eorumdem apud Puccinellum in Chron. Florent. v. Hugonis p. II. ante ann. CMLVI. dato eruitur: *interventu, ac petitione Hugonis Marchionis Thusciae nostri dilecti Fidelis*, nondum vero fidelem experti fuerant, sed summum ejus amorem respexerant, fatendum est. Hugo igitur nonnisi post mortem Aloarae, & Landenolphi Capuae Principis, idest post ann. CMLXXXXII. (quo Capuae Principatus ob ejus Princi-

pis

pis infandam sane occisionem multas perpessus est calamitates, ut alibi patebit) Ducatum Spoletensem fortasse obtinuit usque ad ann. MI. quo fatis tandem cessit. Neque majus in istis tam obscuris tenebris, atque Scriptorum inopia, lumen perquirere datum est.

Igitur omnino certum est, quod supra innuimus, devicto Berengario ab Othone Magno, partem tum saltem hujus Ducatus Spoletini Othonis ipsius beneficientia Pandulpho adtributam; temporis postea lapsu integram illam Dynastiam adquisitam fuisse: quod ex chartis, & sculptis numismatis liquido apparet. Quin etiam eodemmet anno CMLXIX. in epist. quam habes apud Labbaeum to. IX. (tametsi aliqui eam in dubium revocent) Viperam, Sarnellium, Ughellium, aliosque Johannis PP. XIII. alibi minutim expendenda, Landulpho Benev. Archiep. in suae Metrop. Ecclesiae erectione (non autem Capuanae, ut ex errore Tab. Chorogr. Scriptor. p. 245. n. 114. in fine) indubie legitur: *Intervenientibus Pandalpho Beneventanae, & Capuanae urbium Principe, Spoleti, & Camerini Ducatui Marchione, & Duce &c.* Ex his igitur satis constat, Pandulphum Ducatu Spoletino decoratum a Berengario primum, deinde ab Othone M. in eo confirmatum. Quo etiam Peregrinii sententia refellitur, qui post abdicatum ab Hugone Ducatum Pandulphum successisse adfirmat.

Videndum nunc, an Pandulphi Caputferrei filii Duces quoque Spoleti vocati sint. Chartam producimus „ CMLXXXXII. a Landulpho, ejusque matre Aloara con„ cessam Ecclesiae Cajacensi, qua terras quasdam confir„ mat praefatae Ecclesiae, quae in territorio Capuano erant „ prope Villam de Sarczanu . . . prope silice betere, „ & Castanetu de Morialdiscu &c. Data ann. CMLXXXXII. „ X. Principatus Gloriosissimi Landenulphi Capuanorum „ Principis . . . & Spolitensium Ducis: necnon Aloare „ ejus gloriose Genetrici Nonis post Aprelis Ind. V. Actu „ Capuae feliciter. En Landenulphus Pandulphi I. filius Capuae Princeps, Spoletiq; Dux usq; ad an. CMLXXXXII. Quid ad haec adversarii? Mortua paulo post Aloara, cui, filio-

filioque Landenulpho ab Othone Aug. Principatus Capuae confirmatus: nec multo post, occiso etiam Landenulpho, facillimum puto, Ducatum Spoleti ab alio Dynasta, Othonis beneficentia fuisse obtentum, nec ab an. DCCCCLIV. ad DCCCCVIIC. alios quidem, quam Capuae Principes Spoleto fuisse dominatos.

Denique siquid reliqui quod ad Spoleti Ducatum pertineat, desideret Lector, seriemque ipsorum Ducum fusiorem, laudatum Anon. Scriptorem Tab. Chorogr. adeat, cujus diligentissimam, eruditamque Dissertationem omnes aeque nostrae aetatis docti Viri admirantur, & magnifaciunt. Ab eo mihi (fateri haud piget) potissima fax reluxit, ac libenter illius opinionibus adstipulari placuit in iis, quae veritati consentanea visa sunt. Quod vero a veritate abhorrere intellexi, aliorum sum sententiam secutus: quippe eorum argumenta ad veritatem aperiendam magis idonea videbantur. Haec pro ingenio meo satis dixisse puto, quo eruditorum votis annuerem, qui priscarum rerum cognitione summopere delectantur. Pro viribus ad illustrandam veritatem nisus sum; eruditorum censurae lubenter subscribo.

AB EJUS INSTITU- USQUE XI.

VII.
...s A. DLXXXIII. ex Rubeo *Hist. Rav. l.* 4.

V. in
...Ber-
...o eo
Ann.
...enti.

...ast.
PP.
...IC.
...enex

..., A.
...icho
...aliq.

Ann.
Farf.
ut in
...m vi-
...V. &

...latii,
...on. &
...

Ben.
... a-

... pu-
Sal.
... quę
...offe-
Spo-
...certe
...fulfi,
nec

XXV.

Guido II. Dux Spol. post Nepotem (*fort. fratrem*): dictus junior: Rex, & Imp. Ital. *Erch. num.* 39. 58. 79. 82. *Ost. l.* 1. 39. 60. Uxor Ageltruda. *Id. l.* 1. 46 filia Adelgisi Pr. Ben., & foror Pr. Radelchis. *Fragm. Hist. Ben. num.* 10. Peregrin.

XXVI.

Lambertus III. Rex, & Imp. Ital. *cum Patre Guidone collega ab Ann.* 892. *Liutpr. l.* 1. *c.* 1. *Occiditur ann.* 898. *Id. l.* 1. 12. *Fragm. Hist. Ben. num.* 6. *Ost. l.* 1. *c.* 46. & 60. Peregrin.

XXVII.

Guido III. *Lamb. Imp. frater* Dux Spoleti post Patrem *Guid. II.* & Pr. Benev. *Fragm. Hist. Benev. num.* 5. *seqq. Anon. Sal. P.* 4. *num.* 4. *seqq. Ost. l.* 148 Peregrin. *Dux ab A.* 894. *ad A. fort.* 914.

Yota ejus foror uxor Guimarii senior. *Pr. Sal. Frag. H. B. nu.* 7. *Anon Sal. ut sup.* & *P.* 5. *nu.* 2.

XXVIII.

Bonifacius Dux A 922. *Liutpr. l.* 1. *c.* 7. *a Rodulfo Ital. Rege creatus. Id. l.* 2. *c.* 18. ejus uxor Valdrada Regis foror.

XXIX.

Theobaldus (al. Thebaldus) *Liutpr. l.* 4. *c.* 4. Filius Bonifacii. *Catal. Farf.* qui anachronismo peccat annor. X. A. 936.

XXX.

Anscarius Dux ante ann. 940. *Liutpr. l.* 5. *c.* 2. Hugoni Regi infensus.

XXXI.

Sarlio Burgundionum genere ortus, qui, Anscario profligato, Duc. Spol. potitur. *Liutpr. ut supr. Dux ab An. fort.* 942 *ad* 957. *ut putat Sigon. Berengarius in Ital.* regressus, Sarlione depulso, Ducatum Spol. commisit

XXXII.

Landulfo II., & Pandulfo Caputferreo appellato Capuae Principi A. 953. *ex Chron. Cingl. M.S. infra inferendo,*

EXCERPTA AB HISTORIA
PAULI WARNEFRIDI
Diaconi Forojulienſis de Geſtis Langobardorum cum Adnotationibus Horatii Blanci Romani apud Muratorium in Collect. Ital. Script. Tom. I. Par. I. Cum animadverſionibus Franciſci Mariae Pratilli.

*Notae numericae indicant adnotationes Blanci in praecitata Collectione Muratorii ad ipſum Pauli Hiſtoriam adjectas; literae vero alphabeti, vel ſigna * † ipſius Pratilli animadverſiones.*

LIB. III. CAP. XXXI.

Quomodo Rex Authari Beneventum perrexit.



Irca haec tempora putatur eſſe factum quod de Authari rege refertur. Fama eſt enim tunc eundem regem per Spoletium Beneventum perveniſſe, eandemque regionem cepiſſe, & uſque etiam Rhegium extremam Italiae civitatem vicinam Siciliae perambulaſſe. Et quia ibidem intra maris undas columna quaedam eſſe poſita dicitur uſque ad eam equo ſedens acceſſiſſe, eamque de haſtae ſuae cuſpide tetigiſſe dicens: Uſque hic erunt Langobardorum fines. Quae columna uſque hodie dicitur perſiſtere, & columna Authari appellari. (209)

A CA-

(209) Ad haec Cam. Peregrin. in diſſ. *Quando Ducatus Beneventanus ſit inſtitutus*, ait. *Et quidem non eſt, qui neſciat Scriptores, ſi quando res parum, aut nil ſibi exploratas enarrare contingat, famae tunc*

CAPUT XXXII.

De Zotone primo Beneventanorum Duce.

FUit autem primus Langobardorum Dux in Benevento nomine Zotto, qui in ea principatus est per

curri-

tunc illas tribuere, suamque solere deponere fidem: quem morem a Paulo servatum haud difficili divino conjectura; certo enim certius noluit ille constanti sententia adfirmare, quod de columna Autharis vulgo blaterabant Beneventani figmentum, quae quovis alio casu, sive a Regis, sive ab alterius viri nomine cum tale obtinuisset cognomen, ejusmodi fabulam somniarunt, ansam nacti opportunam, quoniam Langobardi universam fere possidentes Italiam, ultra fretum non trajecerunt unquam, atque suarum Dynastiarum terminos defixis demonstrarunt columnis, aliquandoque ad Rhegium posita columna fines praescripsit regionis. At haec utcumque optimi judicii minime Paulo fidem abrogant; quinimmo ex ipso Autharis tempore frequentiores postmodum Langobardis marchas repeterem. *(a)*

(*a*) Immerito sane carpit heic Camillum Peregrinium V. CL. Blancus, nec valent ipsius argumenta, quibus eum petere nititur. Nemo enim est, qui ignoret in Rhegiensi litore jamdiu a Romanae Reip. aevo *Columnam* eo loco defixam spectari, quo in Siciliam trajiciebatur: eaque de causa via illa *Consularis* apud Scriptores, & ob vetera itinera celebris, quae *Mediolano Rhegium* ducebat, Italiamque interfecabat, *Via ad Columnam* vulgo appellata. Haec siquidem Langobardis Beneventanis ansam fortasse dedit, ut crederent, illam Autharis columnam vocitatam fuisse, quod ab Authari Rege suae hastae cuspide tacta fuerit. An eo Rex idem pervenerit, vel Paulo ipso teste, haud dubium, quin a veritate omnino abhorreat, idcirco ipsi minime adsentiendum. At esto illuc Rex accesserit, figmentum prorsus esse fateor, quod Paulus subjicit de columna a Rege hastae cuspide percussa, de praesagio Langobardici imperii, deque Autharicae hac de causa columnae hujus denominatione. Columna namque tunc extans *Terminalis itineris*, atque *Viae* indicium erat; nec Autharis ea dici poterat, quod eam proinde tetigisset: cum illic eam Rex ipse non posuerit, sed jam positam invenerit. Verum scenam aliquando aperiamus. Ut Paulus suae nationis dominium brevi Rhegium usque protractum fuisse enarraret, ea propter ab columnae illius, quae falso proditur historia, fabulam cecinit, ut Langobardorum genio indulgeret. Neque illic unquam a Langobardis positam columnam aliquam ad regionis illius fines praescribendos autumo, ut Peregrinius ajebat: cum columna illa, ut ita dicam, *Itineraria*, seu *Terminalis*, adhuc ibi extare poterat iis temporibus, a qua ipsi finium regundorum fortasse limen praescribere inde coeperint cum Graecorum Imperio, de quo alibi.

curricula viginti annorum. (211)

LIB.

(211) Nullus in Paulo locus occurrit, qui gravius literatis viris negotium dederit, quam praesentis cap. Ex eo enim investigantes initium Beneventani Ducatus in diversas quique sententias abierunt. Primus qui sibi quaestionem proposuerit, Antonius Caracciolus in suo Propyleo ad IV.Chronol. nactus dubitandi occasionem ab Erchemperto in Catal. Ducum Beneventi, qui aperte tradit ab ipso anno 568. quo Langobardi cum Alboino Rege Italiam sunt ingressi, Zotonis Ducatum initium habuisse, & Leone Ostiensi lib.1. Chr. Cas. c. 48. qui cum narret Urbem eam a Symbaticio Graecorum patricio captam anno 891. addit Ducatum Beneventanum durasse annis 320. Unde iis detractis de 891. ad 571. revolvebatur, eamque opinionem firmat argumento potissimum epist. D. Greg. M. ad Joann. Ravenn. Episc. Ind. X. quae designat annum 592. cumque in ea Aroges sive Arichis, Zotonis in Ducatu successor nominetur, & ex Paulo constet, eundem a Rege Agilulpho, ut est illius conjectura, *non multo postquam ille regnum iniit, videlicet eodem anno 591. vel summum anno seq. 592.* concludit, *non posse dari, uti sane dandi sunt, Zotoni ann. 20. nisi ab anno 592. retrocedendo deveniamus ad ann. 571.* Non placuit haec ratio Cam. Peregrinio Differt. ut sup. utque Caracc. fundamenta everteret, Leonis potissimum Ost. lectionem ex MS. Casinensi dubiam fecit, asseruitque in MS. Cod. non 320. nec 318. sed 330. legi, ut in Veneta, & Paris. edit. Hinc allatis Constantini Porphyrog. verbis l. de Adm. Imp. C. 27. longius excurrit, atque Ducatus institutionem ante adventum Alboini in Italiam vix audet affirmare, primos illos Langobardos Romanorum in exercitu Narsetis socios a Procopio memoratos auctores indicans. Eamque conjecturam viro acerrimi judicii miror tantum imposuisse, cum ex ipso Procopio exiguus illorum numerus appareat, & quod magis est, idem auctor est, extra Italiam ab ipso Narsete sub honoris specie fuisse amandatos, ne in sociorum res ulterius irrumperent. Utcumque tamen se res habeat, inclinat animus ad Caraccioli argumentum ex epist. D. Greg. illius aevi scriptoris, quaecunque fuerit Ost. lectio; neque urgent ea, quae addit V. Cl. ad Chron. Duc. Benev. in sua comparat. annorum Ducum cum aera Christ. quippe nodos omnes jam ante solvit Bacchinius in Pont. Ravenn. Diss. de aetate Petri Senioris &c. sua nova comparatione cum Cam. Peregr. quam vide. Inclinat etiam animus cum Caracc. argumento Neap. obsidionis, Tiberio Caesare imperante, qua cognoscimus, Langobardos in Transtyberinam Italiam excurrisse longe prius, quam Paulus Diac. ex vulgi rumore sibi persuaserit. (b)

(b) Ne crambes recoquatur, alibi haec fatius disceptabimus, cum de initio Ducatus Beneventani Dissertatio dabitur to. III. hujus operis.

LIB. IV. CAP. XVII.

De morte Ariulfi Ducis Spoletani, & Ducatu Theudelapii.

SEquenti anno Ariulfus Dux ; qui (*c*) Faroaldo apud Spoletum ſucceſſerat, moritur . . . . . Ariulfus vero cum adhuc eſſet gentilis. (*d*) Tunc intellectum eſt B. Martyrem Sabinum eidem in praelio adjutorium contuliſſe. Igitur, mortuo Ariulfo, duo filii Faroaldi ſuperioris Ducis inter ſe propter Ducatum decertantes (*e*), unus ex ipſis, qui cum victoriam adeptus eſſet, nomine Theudelapius, Ducatum ſuſcepit. (*f*)

CAP. XVIII.

De prædatione facta a Langobardis in Coenobio S. Benedicti.

CIrca haec tempora Coenobium B. Benedicti patris, quod in Caſtro Caſsino ſitum eſt, a Langobardis noctu

(*c*) Faroaldus hic (*Farald*, & *Feroald* alii legunt) primus Spoleti Dux a Paulo nominatur ſub fine ſexti hujus Chriſti ſaeculi. Quare conijci poſſe exiſtimo tunc temporis Ducatum Spoletanum fuiſſe inſtitutum, ut ſuperius dictum eſt: cujus Ducum ſeriem ab eodem memoratam tribus hiſce poſterioribus libris ſuis quibuſque capitibus exponemus, ut Erchemperti quoque, aliorumque Chronologorum eorumdem Ducum ſeriem ſuppleamus.

(*d*) Ariulfus Dux Spoleti II. qui Faroaldo ſucceſſerat, defunctus eſt circa annum DCIV. Erat is adhuc ethnicus: nec dubitandum eſt, quin eo tunc temporis, ac diu poſt etiam Langobardorum plerique aut idololatrae fuerint, aut ſaltem Arianiſmi partes ſectati. Nec S. Sabini Spoletani miraculum, quod heic Paulus refert, ſatis fuiſſe ad illius Regis converſionem idem hiſtoricus celavit. Magnum ſane veritatis argumentum, cum nationis potius religionem, pietatemque adſectare debuiſſet!

(*e*) Quomodo Ariulfus Dux Faroaldo ſucceſſerit, an electione, vel ſucceſſionis ordine; quive hic Dux fuerit, Paulus non meminit. Cum autem ob ejus mortem Faroaldi filii pro ſucceſſione decertarent, conjectandum puto, Ariulfum Faroaldi germanum fuiſſe, qui, illo adhuc degente, Ducatum adminiſtraverit, cuique nepotes jure fortaſſe haereditario, Regiſque aſſenſu ſuccedere debuerant Langobardico jure. Alii aptius nodum exſolvant, qui Langobardorum leges plenius evolvere, atque advertere planius potuere.

(*f*) Quiſnam fuerit alter ex ipſis, cui a germano devictus Ducatui ceſſerit, ab Hiſtorico noſtro reticetur. Theudelapius quidem, parta victoria, III. fuit Spoleti Dux.

ctu invaditur. (g) Qui universa diripientes, ne unum quidem de Monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis Benedicti patris, quam longe ante praeviderat, compleretur... Fugientes quoque Monachi ex eodem loco Romam petierunt, secum Codicem sanctae Regulae, & quaedam alia scripta, & quicquid ex supellectili subripere poterant, deferentes. Ceterum post B. Benedictum Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis, ad extremum Bonitus Congregationem ipsam rexit, sub quo haec destructio facta est. (h)

C A P. XIX.

De morte Zottonis, & Ducatu Arichis.

MOrtuo igitur Zottone (i) Beneventanorum Duce, Arigis (64) in loco ipsius a Rege Agilulfo missus successit

(64) Ex subsequenti Beneventani Ducis successione hic etiam firmatur chronotaxis annorum instituti Ducatus Beneventani, quam supra lib. III. c.32. cum Caracciolo exhibui; nam si *Zoto principatus est Benevent i per curricula annorum viginti*, & successorem habuit Arichim; (al. *Aregem*, ut Greg.M.) jam liquido constat ex epist. dicti S. P. ad Joannem Ep. Ravenn. Ind. X anno scilicet Dom. 591. quo data est, Arichim ad Principatum Beneventanum jam elatum fuisse, atque Neapolitanae Civitati cum Ariulpho (*) alio Duce insidias parasse: cumque Paulus noster Agilulphi Regis beneficio principatum accepisse scribat, necessario dicendum, paulo post Regis inaugurationem id accidisse: unde si retro num. XX. annorum duxeris, jam ad Caraccioli tempora venies, quantum licet in tanta rerum caligine: neque turbant ea, quae doct iss. Peregrinius ex recentioribus Chronologis opponit: major enim ejusdem aevi scriptoribus habenda fides, nec argumentum ab ipso Pau-

(g) De Coenobii Casinensis invasione alibi plura.

(h) Hujus successionis Casinensium Abbatum ordinem a Peregrinio habebis infra: quaeque ille omiserat, adjicere atque elucidare studebimus.

(i) Quae hoc loco de Zotonis obitu, atque Arichis successione dicenda essent, alio transferenda duxi, ut sup. innui.

(*) Ariulfus, idem qui Spoleti Dux, cujus supra meminit Cap. XVII.

cessit, (*k*) qui ortus in Forojulii fuerat, & Gisulfi Forojuliani Ducis filios educarat, eidemque Gisulfo consanguineus erat. Ad hunc Arigis extat epistola B. Gregorii Papae in hunc modum directa. (Indict. V.) (*l*) „ Gregorius „ Arigis Duci. Quia sic de gloria vestra, sicut revera de „ filio nostro confidimus, petere a vobis aliqua fiducialiter „ provocamur, arbitrantes quod minime nos patiamini con„ tristare, maxime in tali re, unde vestra anima multum „ poterit adjuvari. Indicamus autem propter Ecclesias Bea„ torum Petri ac Pauli aliquantas nobis trabes necessarias „ esse; & ideo Sabino Subdiacono nostro injunximus, de par„ tibus Briccorum (*m*) aliquantas incidere, & ut usque ad „ mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re „ solatiis indiget salutantes gloriam vestram paterna cari-

„ tate

Paulo nostro deductum, nempe Zotonis Ducatus initia ex tempore Autharii Regis esse revocanda, quia noster hujus Regis acta narrans, de Zotone verba facit: frequentissimum illi quippe fuit multa ***per anticipationem*** referre, ut ipse non uno in loco professus est. (†)

(*k*) Ex hoc Pauli loco quaestio moveri coepit: An Beneventi Duces jure haereditario, vel Principum supremorum, aut populi electione, succederent. Hanc speciatim Dissertationem promiserat in II. par. to. II. Peregrinius noster, sed quae fato flammis data suo loco supplebitur.

(*l*) Argumento haec S. Gregorii M. epistola esse poterit, Arichim Beneventi Ducem Catholica Romana fide jam imbutum fuisse, cui S. Pontifex *Patrem* se esse confitetur; eique Sabinum S. R. Ecclesiæ Subdiaconum misit, ut trabes pro Ecclesiis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli concedere dignaretur. Eadem epistola est anno Dom. DCI. exarata, quo Indictio V. decurrebat, ejusdemque Pontificis annus XI.

(*m*) Lege omnino: *de partibus Brutiorum*. In Brutiis nempe, nec longe a Consentia, nunc ejusdem regionis principe urbe, Praesidumque Provincialium residentia mons extat rigidissimus, cui *Sila* nomen, altissimas, magnasque pinus alens, quae trabium usui inservire poterant. Eas deinde ad picem extrahendam Neapolis Reges locarunt, e quibus multa quotannis Regali aerario centena nummum cumulantur.

(†) Hanc ob causam toties Paulum Peregrinius carpit. At pro ejus patrocinio notandum est, vitium hoc saeculi fuisse Langobardici, ut in Erchemperto, aliisque chronologis passim evincitur: non enim ii aliud quidquam satis esse existimabant, quam vera referre, quae audiverant, aut viderant; de chronotaxi autem, aut ordine historiae parum, aut nihil eorum intererat. Inculti sane aevi mentibus parcendum est.

„ tate petimus, ut actionariis vestris, qui in loco sunt de- „ putetis, ut homines, qui sub eis sunt, cum bobus suis in „ ejus transmittere solatium debeant, quatinus vobis con- „ currentibus melius, quod ei injunximus, possit perficere. „ Nos enim promittimus, quia dum res perfecta fuerit, di- „ gnum vobis (*n*) xenium, quod non sit injuriosum, trans- „ mittemus. Nam scimus nos considerare & filiis nostris, „ qui bonam nobis voluntatem exhibent, respondere, unde „ iterum petimus, gloriose fili, ut ita facere debeatis, ut „ & nos possimus vobis esse pro praestito beneficio debito- „ res; & vos mercedem (*o*) pro sanctorum Ecclesiis ha- „ beatis.

CAP. XLI.

De Grasulfo Duce Forojuliano, & de adventu Radoaldi, & Grimoaldi in Beneventum.

HIis ita peremptis, (al. *peractis*) dux Forojulianus Grasulfus Gisulfi germanus (*p*) constituitur. Rodoaldus vero, & Grimoaldus despectui ducentes sub patrui sui Grasulfi potestate degere, cum essent jam prope juvenilem aetatem, ascensa navicula remigantes ad Beneventi fines (*) perveniunt. Exinde ad Arichim Beneventanorum Ducem,

(*n*) Piissimus Pontifex ut pro oblato sibi dono gratiam Principi referret, eidem aliud retribuere spondet, ut amor Arichis Ducis Apostolicae dilectionis, gratique ejus animi mutuo compensetur testimonio.

(*o*) Idest Sanctorum Apostolorum intercessionem pro animae salute, aliisque corporis indigentiis habeatis in posterum: quod etiam initio suae epistolae indicavit S. Pontifex illis verbis: *Unde vestra anima multum poterit adjuvari*.

(*p*) En aliud successionis exemplum, ut sup. Cap. XVII. notatum est. Gisulfo Foro Julj Duci defuncto Grasulfus ejus germanus frater successit, & quidem cum nepotibus Rodoaldo, & Grimoaldo Gisulfi filiis, qui despectui ducentes sub patrui potestate degere, Beneventum ad Arichim Ducem perrexere, in ejus potius potestate vivere, quam patrui, contenti.

(*) In Adriaticum nempe litus, quod Forojuliensem Ducatum prospiciebat.

cem, suum quondam paedagogum, (q) properantes, ab eo gratissime suscepti, & filiorum loco sunt habiti. His temporibus, mortuo Tassilone Duce Bajoariorum, filius ejus Garibaldus, in Magunti (r) a Sclavis devictus est, & Bajoariorum termini depraedantur.

CAP. XLIV.

De morte Arialdi, & Regno Rothari, & quia Dux Arichis filium suum Ajonem ad Regem direxit.

IGitur Arioaldus postquam super Langobardos duodecim annis regnum tenuit, ab hac luce subtractus est. Langobardorum regnum Rothari genere Arodus (222) suscepit. (223) Fuit autem viribus fortis, & justitiae tramitem sequens, sed tamen fidei Christianae non rectam lineam tenens, Arrianae haereseos perfidia maculatus est.

... Erat

(222) Arodum se dicit etiam ipse Rotharis in suo Legum prooemio, ubi majores etiam suos recenset. Vide lib. I. cap. XIV. (f)

(223) Annos XII. Regni Arioaldi, non ab Aladoaldi morte, sed ab ipsius acclamatione, vivo adhuc Aladoaldo, Paulum nostrum numerasse puto, itaut ab anno XL. Clotharii, quo Aladoaldus veneno mentis usum amiserat ad ann. Chr. DCXXXVI. descendamus, cui Regni Rotharis initium est alligandum, ipsius testimonio; quippe cum in suo Legum prologo profiteatur eas edidisse anno Regni sui VIII. Ind. II. anno post adventum Alboini LXXVI. manifeste annus Chr. DCXLIV. indicatur, quo II. Ind. decurrebat, & ab anno DLXVIII. quo Langobardi in Italiam venerant, septuagesimus sextus numerabatur, non vero LXXVII. ut librariorum vitio in hoc Capite legitur, quod emendo lectione ipsius Edicti tam nostra, quam codicis Monast. Cavensis, ut ro-

(q) Paedagogum heic accipit Paulus pro educatore, ut superius etiam cap. XIX. Atque id quidem causae fuit, ut rursus eundem Ducem convenerint, quicum familiaritatem quamdam, consuetudinemque iniere Principes juvenes.

(r) Lege, *Maguntia*.

(f) Arodus fortasse ab Arodia, sive Aroesia Suecorum urbe, qua ex provincia, proximaque Scandinavia, aliisque locis Langobardi in Germaniae primum, ac Franciae, inde Italiae regiones devenere. Vide Eccard ad Leibnitium de origine Franc. p. 253.

... Erat autem jam ex quo Langobardi in Italiam venerant, annus septuagesimus septimus, sicut idem Rex in sui Edicti prologo.

C A P. XLV.

De morte Arichis Beneventani Ducis, & Ducatu Ajonis.

AD hunc Regem Arichis Dux Beneventi filium suum Ajonem direxit. Qui cum Ravennam venisset, Ticinum pergens, ibi ei Romanorum malitia talis potio data est, quae eum mente excedere faceret: atque ex eo tempore numquam pleni, sanique sensus fuit. Igitur cum dux Arichis jam maturus annis ad diem ultimum propinquasset, sciens filium suum Ajonem non recti esse sensus, Radoaldum, & Grimoaldum (229) jam florem juventutis haben-

notavit Cam. Peregrinius in App. ad Lib. I. Hist. Pr. Lang. p. 229. immo vel ipsa calculi ratione, nam LXXVII. non incidit in Ind. II. Octo igitur annos de DCXLIV. deducens, ad DCXXXVI. redeunt; nec eorum sententia placet, qui vitium irrepsisse in numeris annorum Regni Rotharis arbitrantur, alios ingenio suo reponentes: nam constans est MSS. editorumque lectio, atque si tantum liceret, jam in antiquum chaos revolutis, tertia quaque linea in historiis calami nobis erit usus. Scio neque Sigebertum, neque alios chronotaxi meae convenire; at mihi praestant semper ejusdem aevi testimonia, e quibus, nisi causa cognita, discessero.

(229) Turbant equidem, quae doctiss. Peregrinius Paulo nostro ad hunc locum opponit, scribens: *Ipse viderit Paulus, quo pacto hic Arichis, antequam esset Dux, paedagogus fuit Radoaldi, & Grimoaldi: cumque in Ducatu vixisset annos L. illos florem juventutis habentes sibi & filio Ducatus successores instituit, ut tradit Cap. sequ.* Nisi eadem significatione id Paulo dictum credamus, qua Peregrinius ipse Erchemperto provectioris aetatis juveni *pueri* appellationem convenire potuisse putat, argumento lapidis sui Casapullani: HIC EST POSITUS SECUNDUS PUER Q. VIXIT ANN. XXII. (*)

(*) Miror virum ceteroqui doctissimum Blancum, ut Peregrinium injuste carperet, lapidem Casapullanum Secundi Pueri sibi tanquam scan-

 dali

habentes, quasi proprios filios Langobardis, qui aderant, commendavit; eisque dixit, quod melius eos regere isti, quam Ajo filius suus posset.

CAP.

dali petram proposuisse. Sed quid, amabo, ad rem lapis ille a Blanco projectus est, quem nihil ipsi prodesse agnoscunt omnes? Difficultatis nodus profecto non *in flore juventutis* Radoaldi, Grimoaldive, aut *in paedagogia* Beneventani Ducis vertitur; sed in aetate Arichis, ac Grimoaldi constituenda, atque tempore etiam, quo isthaec paedagogia acta fuerit. Aut enim ille Paulum defendere, aut Peregrinium offendere voluit. Sed ad haec quid exemplum secundi pueri? Ut difficultatem Blancus feliciter enodaret, considerare primum operae pretium erat, an e Pauli verbis vere, quae Peregrinius dixerat, eruantur (nisi sibi ipsi contrarium affirmaverimus) Arichim scilicet, antequam Beneventi solio insedisset, paedagogum fuisse Foro-Juliensis Ducis filiorum, vel potius a patre Gisulfo Beneventum eos missos, ut ibi a Duce sibi consanguineo educarentur: Quo admisso, nihil sane Pauli assertioni contrarium foret. Poterant namque germani ii fratres a Gisulfo ad Arichim mitti *nondum florem juventutis habentes*, idest adhuc pueri, nec in sensu Casapullani lapidis, sed vere aut paulo supra, vel infra decennium, ab eoque plurium annorum curriculo enutriri, & deinde Foro-Julium revertisse, Gisulfo adhuc in vivis agente: quod & ipse etiam fecerat Arichis, qui filium Ajonem in Regia Aula Ticinensi educatum miserat, cujusque rei permulta apud eundem Historicum, aliosque exempla est invenire. Qui fratres, Gisulfo parente paulo post fortasse defuncto, ne sub patrui potestate, & ab ejusdem vel vivendi licentia, vel morum feritate abhorrentes, degere cogerentur, Beneventum iterum commigrarunt, ibique ab Arechi tanquam propria proles exculta; atque morti proximus idem Dux, filio Ajone parum ad regimen apto, hunc simul cum Radoaldo, & Grimoaldo suis optimatibus commendavit, quippe qui regendis aptius populis satis erant, *cum jam florem juventutis haberent*, aetatis circa annum trigesimum degentes. Quo casu verus esset Pauli calculus annorum L. Ducatus Arechis, ejus paedagogia in Beneventi Aula exercita, Forum Julii alumnorum Principum regressus, postque patris mortem ad Arechim reditus, mora, indeque Beneventani ab eisdem Ducatus adquisitio. Quae ceteroqui omnia spatio annorum circiter viginti contingere potuerunt, sine ulla Pauli nostri offensione. Etenim verba illa Cap. XLI. superius relata: *ad suum quondam paedagogum* (Arichim) *properantes* licite, & absque ullo metus periculo recte intelligi possunt de tempore, quo Arichis Beneventum regebat. Neque aliqua Dux ille dedecoris nota signabatur paedagogi ministerio; cum non auctoritatis solummodo hoc officium erat, ut supremi ejus solii nitor, pene obscurari videretur; sed quod debiti quoddam sanguini amoris tributum esse putaret, nepotibus regnandi prudentiam, legum peritiam, militarem scientiam, aliasque ad Principatum administrandum virtutes sensim inspirare, & communicare. Urgent tamen qui Blanci patrocinium suscipiunt, Paulum Cap. XIX. testatum fuisse, tunc ad Beneventanae civitatis regimen a Rege Agilulfo Arichim Ducem electum, cum *jam Gisulfi filios ille educaverat*. Suis ipse rationibus Blancus evincat, suisque asseclis silentium imponat. Immemor erit fortasse Blancus suaemet in Paulum

CAP. XLVI.

De Morte Ajonis, & de Ducatu Radoaldi.

DEfuncto ergo Arichis, qui Ducatum L. tenuerat annis, Ajo ejus filius Samnitum ductor effectus est, (231) cui tamen Radoaldus, & Grimoaldus, sicut seniori fratri & domino per omnia paruerunt (232). Qui Ajo, cum anno & mensibus quinque Beneventanum Ducatum regeret, venientes Sclavi cum multitudine navium longe

(231) Zotonis I. Benev. Ducis mortem cum anno Aerae Christ. DCXL. supra cap. XIX. num. 64. conjunxi, atque illinc annos quinquaginta, quibus Arichis illius successor principatum tenuerat ducens ad DCLXI. cum ipso Cam. Peregrinio accedo.

(232) Participes attamen Principatus, ut non obscure hic indicat noster.

lum accusationis sive excusationis, qua Scriptorem hunc criminatus est quod vel *per anticipationem*, vel per *postpositionem* multa saepius retulerit? Hanc excusationem etiam nunc Paulo tribuere mihi permittatur. Sciverat ipse quidem Arichis paedagogiam pro Gisulfi filiis obitam: quae tamen cum postea quam ad Ducatus honorem Arichis provueheretur, exercita fuerit, ante illud tempus eam peractam fuisse aut credidit, aut invitus, nulla habita temporis ratione, aut circumstantiae scripsit oscitanter; quare nec sibimet contrarium esse cognovit, itaque rerum ordinem turbavit, veritatemque in dubium revocare ausus est. Quae conjectura si Cl. Blanco stomachum moverit, minime video, qua ille via Paulo auxilium ferre possit, cum aut germanorum fratrum ab Arechi peracta paedagogia in cinerem abeat, aut falsitatis crimine accusandus sit, cum dicat, eos in Arichis obitu *jam florem juventutis habentes*. Arichis fere octogenarius defunctus est, & Radoald, Grimoaldusque sexagesimum saltem annum exegerant. Immo, quod aeque notandum est, Grimoaldum natu minorem usque ad decrepitam senectutem, aevo illo insuetam, vixisse fatendum est: cum, sublatis annis, quibus ille cum fratre sub paedagogi disciplina degere coactus est, annos LXXXII. (scilicet L. Ducatus Arichis, Ajonis I. & mens V., Radoaldi ann. V. & Grimoaldi XXV.) vixit, quibus si X. saltem aut XII. addas, quo tandem pervenies? Ipse sibi judex sit Blancus, quique hanc legerit adnotationem. Haec quidem, ut Pauli causam in Peregrinium rite patrocinaretur, a V. Cl. Blanco consideranda omnino erant, ne Sciptori tam illustri perridiculi notam impingeret, Casapullano producto lapide, & absque ullo vel ne levi quidem argumento, aut notatione aliqua eruta, quibus aut ad Pauli tutelam, aut in Peregrinii criticen suas exponeret ad Lectoris instructionem rationes, vel conjecturas.

ge (233) a civitate Seponto caſtra poſuerunt: Qui occultas ſoveas circa ſua caſtra facientes, cum Ajo ſuper eos, abſentibus Radoaldo, & Grimoaldo veniſſet, eoſque debellare vellet, equus ejus in unam de eiſdem ſoveis cecidit (234), atque irruentibus ſuper eum Sclavis, ſimul cum aliquantis viris extinctus eſt. Quod cum Radoaldo nunciatum fuiſſet, cito veniens, eiſdem Sclavis propria illorum linguâ locutus eſt (236). Cumque propter hoc ſegniores ad bellum reddidiſſet, mox ſuper eos irruens, magnaque ſtrage eos proſternens, & Ajonis mortem ultus eſt, & de illis finibus eos, qui remanſerant, hoſtes fugam petere coegit.

C A P. XLVII.

De civitatibus, quas Rothari cepit.

APud Beneventum vero, mortuo Radoaldo Duce, qui qui Ducatum quinque rexerat annis, Grimoaldus ejus germanus Dux effectus eſt, gubernavitque Ducatum Samnitium annis XXV. (*t*). Hic de captiva puella, ſed tamen nobili, cujus nomen Itta fuit, Romualdum filium, & duas filias genuit. Qui cum eſſet vir bellicoſiſsimus, & ubi-

(233) Fortaſſis legendum *non longe*: quippe cum ad mare fuerit Adriaticum antiqua urbs Apuliae Sipontum, facile Sclavi de Venetiarum finibus ſolventes ad eandem appulerunt.

(234) Al. legitur: *in unam foveam cecidit, ubi a Slavis interemtus periit. Superveniens autem Radoaldus cum uno de eiſdem Slavis propria illorum lingua locutus eſt. Cumque eos propter hoc facinus ſaeviores ad bellum vidiſſet, mox ſuper eos &c.* Lindeb.

(236) Vicini etenim Sclavis olim in Forojulienſi Ducatu, unde Beneventum venerant Radoaldus, & Grimoaldus, ipſorum linguam ab ipſa puerili aetate didiciſſe potuerant.

(*t*) Si annis XXV. ut dictum nonagenario major obire debuit, ni eſt, regnavit Grimoaldus, profecto Paulus oleam oleo confuderit.

& ubique insignis, venientibus eo tempore Graecis, (*u*) (245) ut oraculum Sancti Michaelis Archangeli in Monte Gargano situm depraedarentur, Grimoaldus super eos cum exercitu veniens, ultima eos caede prostravit. (246)

CAP.

(245) Al. legitur: ***Sarracenis*** Lind., & ita Mod.

(246) Ad hunc Pauli locum Camillus Peregrinius in sua dissert. finium Ducatus Beneventani ad Septentrionem: ***Graecis***, ait, ***sacrilegia ista cum adscribat, vereor ne imponat nobis Paulus suspectae mihi semper fidei auctor in his, quae suerum Langobardorum afficere possunt decori; cur enim potius non credam talia ab iis commissa, quos constat Cassinense Monasterium superioribus annis diripuisse, ac idololatriam, sive Arianam haeresim (nam discrepant de hoc auctores) ad annum usque 663. fuisse sectatos, nempe Langobardos Ducatus Beneventani? Cum ceterum sit manifestum, Graecos ex antiquo ritu impenso studio Sancti Michaelis nomen coluisse***. Et infra: ***Credam igitur, vere tunc Graecos cum Langobardis ad Garganum prorjus loci possessione***

(*u*) Vereor ne Paulus transmarinas aliquas barbarorum, sive exterorum acies (an eorumdem Sclavorum iterum Sipontinas in oras appellentium, de quibus sup. cap. locutus erat?) in Apuliam adventantes, eas Graecorum oscitanter vocitaverit, cum alio quam e Graeciae litore discesserint. Unde scriptorum postea certamen secutum de Divi Archangeli Michaelis Templi direptione; quod quidem a Peregrinio Langobardis, ab aliis, Neapolitibus, aut Saracenis, Graecisve adtributum. At immerito quidem hi tanto scelere notandi fortasse videntur, cum vel Sclavi iidem, vel alterius transmarinae regionis turmae tunc Italiae optatissimum solum inhiantes, Apuliae litora appulerint, Graecique appellati, qui aut Graecis Imperatoribus subessent, aut Graeciae contermini e suis plagis erumpentes huc se transtulere. Fateor quidem, me nec Peregrinio, neque aliis, qui hujus delicti reos aut Langobardos, aut Graecos, aut Neapolitanos credunt, inherere: cum eo tempore Sipontini Templi decus aeque Graeci, ac Langobardi magnifecerint, atque excoluerint. Neque iis ceteroqui causa ulla dabatur ad illud invadendum, diripiendumque. Fundamentum rationis, quo Peregrinius innititur, Cassinense nempe Coenobium a Langobardis direptum asserendo, facillime convellitur; cum prioribus Langobardorum annis major illorum pars vel idololatrae, vel Ariani erant: non ita sane post annos pene C. quo annorum spatio mores Langobardorum exculti in melius fuerant, & Christianam Legem complures jam opera, ac studio piorum Antistitum, aliorumque Ecclesiae Ministrorum sedula cura, ac diligentia profitebantur. Neque mirum alicui videatur, si Paulus Graecos hujus execrandi criminis faciat auctores, quod tentatum duntaxat vult, haudquaquam commissum; cum aemulae, invisaeque illius Gentis honorem aeque ac dedecus in medium protulit, ut populum suum celebraret, posterisque commendabilem redderet.

ne, ſicut pro aliis alibi frequenter, conflixiſſe, atque hos victoria potitos ſacram Archangeli ſpecum diripuiſſe. Firmat conjecturam ſuam acer ingenio vir pluribus argumentis, & potiſſimum lectione actorum S. Barbati Epiſcopi, quae in celebratiſſimam collectionem ſuam contulerunt Bollandus, Henſcheniuſque. In iis legitur: *Poſt diſceſſum Conſtantii Imp. ab urbe Benevento, de quo infra, Romualdum Ducem S. Pontifici, cujus precibus illaeſi contra hoſtes Beneventani ſteterant, ingentia munera offerentem, haec ab eodem audiviſſe: Si munus tuae ſalutis vis offerre, ſtude unum impendere Sacrificium, ut B. Michaelis Domum, quae in Gargano ſita eſt, & omnia, quae ſub ditione Sipontini Epiſcopatus ſunt, ſedi Beatiſſimae Genitricis Dei, cui nunc indigne praeſum, in omnibus ſubdas; & quoniam abſque cultoribus omnia depravantur, unde nec ſedulum illic Sacrificium perſolvi poteſt, melius a nobis diſpoſita tibi proficiant in ſalutem*. Cumque in iiſdem actis apertiſſime de Langobardorum idololatria conſtet ad ea uſque tempora, quibus S. Barbati monitis viperae, coriique de arbore pendentis cultum exuerant, ſubodorat Peregrinius ab eis Sacrae Cryptae deſolationem patratam, addens teſtimonia Anonymi Caſſinenſis, & Erchemperti, quibus Campanorum, hoc eſt Langobardorum victoria ann. 860. de Neapolitis, qui & Graecorum appellatione venerant, comparatur cum altera, *qua olim in Gargano cum B. Michaeli Archangelo ageretur feſtivitas, corruerunt*; unde ſibi perſuadet victoribus potius, quam victis praedae occaſionem fuiſſe. Utcumque tamen ſe res habeat, mea quidem ſententia, illius argumenta non adeo rem aperiunt, ut Paulum noſtrum erroris evincamus, praeſertim cum ipſe minime ſcribat Graecos id facinus commiſiſſe, verum unice tentaſſe, idque etiam ſibi fortaſſe perſuaſerant ex vulgi rumore Langobardi Sipontini ceteris religione praeſtantiores, quibus in maxima erat veneratione Sacra Crypta jam ante ſolemni ritu conſecrata; unde Graecorum adventum in deteriorem cauſam verterant partium ſtudio aemulos criminaturi. Ceterum jam ante Romualdi converſionem plures in Italia Tranſtyberina Langob. Chriſtianos, eoſque Catholicos fuiſſe vel unica S. Gregorii Epiſtola ad Arichim Ducem evincit, illum quippe *Filii* adpellatione donat, & *futuram boni operis gratiam pollicetur*, quod utique homini Ariano, aut ethnico minime ſcripſiſſet. Nodos omnes reſcinderet Modoetienſis, aliorumque Codicum lectio, quae pro *Graecis* hoc loco habet *Saracenis*; At mihi non diſpar labor: ex aliis (*) Hiſtoricis hoc tempore in Apuliam Saracenorum adventum repetere.

(*) Superius notavi τὸ *Graecis* aliam fortaſſe nationem deſignare potuiſſe, ac fortaſſe *Sclavos*, quos cum non diſtinxiſſet antiquitas, Saracenos alii, aut Graecos dixerunt, qui Langobardis infenſi erant. Ceterum ſi victor Grimoaldus haec a ſuis agi permiſiſſet, ut Peregrinius innuit, Grimoaldus Beneventi Dux non Catholicus Princeps, ſicuti revera erat, ſed adhuc idololatra fuiſſe credendus erit, quod ſacram B. Michaelis cryptam mandaverit depraedandam, nullam aliam ob cauſam, quam

CAP. LII.

Circa haec tempora, mortuo Grasulfo Duce Forojulienſi, Ducatum Ajo regendum ſuſcepit (x). Apud Spoletum quoque Theudelapio defuncto, Atto eidem civitati ductor efficitur.

CAP. LIII.

De morte Ariperti, & Godeperti filii ejus, & Regno Grimoaldi.

Igitur Aripertus, poſtquam apud Ticinum per annos novem Langobardos rexerat, diem obiens, Regnum duobus filiis ſuis adhuc adoleſcentibus Bertarido, & Godeberto regendum reliquit (271). Et Godepertus quidem Tici-

(271) Sigebertus in Chronico ad annum DCLX. *Ariperth Langobardorum Rege defuncto, Godebertus, & Bertharith filii ejus annum agunt, non tam in Regno componendo, quam de Regno contendendo*; atque anno ſequenti *Grimoaldus Dux Taurinatium Godebertum filium Ariperth Regis Langobardorum dolo perimit, & ejus Regnum abripit*. Conſentanea rerum ordini narratarum a Paulo poſt mortem Ariperti haec unius anni mora, antequam Grimoaldus rerum potiretur, quumque vix dubitandi ſit locus in ſtatuendo initio Regni Grimoaldi, quum ipſe profiteatur in ſuo legum edicto menſe Julio Indictionis undecimae annum Regni ſui ſextum currere, iſque Chriſti Domini erat DCLXVIII, hinc retrocedendo ad DCLXI. quo mors Ariperti eſt adſignanda, veniemus. Non animadvertit haec Peregrinius, nullaque interpoſita mora inter mortem Ariperti, & initium Regni Grimoaldi, quod ſerius in ſua Comparatione ſtatuit, Paulum non bene prochroniſmi arguit in cit. ſua diſſertat. fin. Ducat. Beneventani ad ſeptentrionem. (*)

quam ut efferatae militiae libertati anſam daret, quod utique incredibile exiſtimandum erit.

(x) Mortuo Theudelapio Atto Spoleti Dux IV. ſufficitur. Silentio tamen itidem Paulus praeterit, quiſnam hic fuerit, & quo ille jure ſucceſſerit, an a Rege Italiae electus. Hoc vero inferius lib. V. cap. XVI. innuere videtur, cum poſt hujus Attonis mortem a Rege Grimoaldo Traſemundum olim Capuae Comitem eidem ſubſtitutum affirmet.

(*) At haec alibi melius expendenda, cum verba Peregrinii referenda ſuo loco erunt.

Ticini ſedem Regni habuit , Bertaridus vero in civitate Mediolanenſi : inter quos fratres, facientibus malignis hominibus, diſcordiae & odiorum ſomes ſurrexit, in tantum , ut alter alterius Regnum invadere conaretur. Qua de re Godepertus Garibaldum Taurinenſium Ducem ad Grimoaldum Beneventanorum ſtrenuum tunc Ductorem direxit ; invitans eum , ut quantocius veniret , & ſibi adverſus germanum ſuum Bertaridum auxilium ferret , Regiſque filiam ſuam germanam ei ſe daturum promittens . Sed legatus ipſe fraudulenter contra ſuum dominum agens , Grimoaldum exhortatus eſt , ut veniret, & Langobardorum Regnum, quod adoleſcentes germani diſsipabant, ipſe abriperet, qui aetate maturus, conſilio providus , & viribus fortis exiſteret. Grimoaldus haec audiens mox animum ad Regnum Langobardorum obtinendum , erexit , ordinatoque apud Beneventum Romualdo ſuo filio Duce , ipſe cum electa manu Ticinum profecturus iter abripuit, ac per omnes civitates , quas obviam habuit, ſibi amicos, & adjutores ad Regnum percipiendum adſcivit. Traſemundnm vero Comitem (y) Capuanum per Spoletum, & Tuſciam direxit , ut per eas regiones Langobardos ſuo conſortio coaptaret.

L I B. V. C A P. VI.

Quomodo Conſtans Auguſtus Italiam veniens Beneventum obſedit.

His diebus Conſtantinus Auguſtus, qui & Conſtans, eſt adpellatus , Italiam de Langobardorum manu eruere cupiens (28) Conſtantinopoli egreſſus per litoralia iter

(28) Jam enim animo conceperat de Conſtantinopoli Romam Imperii ſedem

(y) Treſemundus quo aevo vixerit , habebis infra in Differt. de prioribus Capuae Comitibus & Gaſtaldis . Ipſe e toto ſuo Comitatu , qui Beneventano Dynaſtae ſuberat , copias adſcivit , & ſe Duce, per Aprutii

iter habens, Athenas venit, indeque mare transgressus; Tarentum adplicuit.

CAP. VII.

Quomodo Grimoaldus invitatus a filio suo Romoaldo Beneventum advenit.

IGitur quum, ut diximus, Constans Augustus Tarentum venisset, egressus exinde Beneventanorum fines invasit (*), omnesque pene, per quas venerat Langobardorum civitates, cepit. Luceriam quoque opulentam Apuliae civitatem expugnatam fortius invadens diruit, & ad solum usque prostravit. Acerentiam sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit, & cum

sedem transferre, quippe se invisum esse civibus cernebat ob caesum fratrem Theodosium, commissa in S. Papam Martinum, & Maximum facinora, & Monothelitarum haeresim, ut Zonaras, Theophanes, Cedrenus, aliique Graeci Scriptores adfirmant, utcumque in iis de sequenti Langobardico bello mentio nulla occurrat, neque in Anastasio Bibliothecario; at subodorare licet ex ipsa necessitate si translationem imperii de Graecia in Italiam destinaverat, quam, nisi de medio sublatis Langobardis, exsequi potuisset. Servatam hanc rerum seriem Paulo nostro debemus ex infra citandis Latinorum testimoniis firmatam. Ceterum acta haec anno decedente DCLXI. cognoscimus ex cit. Anastasio Bibliothecario, qui advenisse Imperatorem in Italiam adserit per indictionem sextam, S. Vitaliano Pontifice; & postmodum quinta die mensis Julii fer. 4. indictione suprascripta Romam ingressum fuisse, qui utique characteres anno DCLXIII. conveniunt, & cum statuta Regni Grimoaldi epocha bene conveniunt.

prutii fines Spoletum adiit, atque Tusciae Dynastas ad ineundum cum ipso foedus, & copias jungendas compulit.

(*) Ex hoc utique Pauli loco statui sine dubio potest, Beneventani Ducatus fines Orientem versus usque ad Tarentinae urbis fines propagatos, nec ultra Tarentum Langobardos eo tempore dominium extendisse suum. Ideoque & Uria, & Brundisium, & Licium, Neritum, Gallipolis, Ugentum, Alexanum ad Leucas usque Graecorum Imperio paruisse, ut alibi opportunius.

cum vehementer expugnare coepit, ubi tunc Romoaldus Grimoaldi filius adhuc juvenculus Ducatum tenebat. Qui ſtatim ut Imperatoris adventum cognovit, nutricium ſuum nomine Seſualdum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obſecrans, ut quantocius veniret, filioque ſuo, ac Beneventanis, quos ipſe nutrierat, potenter ſuccurreret. Quod Grimoaldus Rex audiens, ſtatim cum exercitu, filio laturus auxilium, Beneventum pergere coepit, quem plures ex Langobardis in itinere relinquentes ad propria remearunt, dicentes: quia expoliaſſet Palatium (*), & jam non reverſurus repeteret Beneventum. Interim Imperatoris exercitus Beneventum diverſis machinis vehementer expugnabat; e contra Romoaldus cum Langobardis fortiter reſiſtebat: qui quamvis cum tanta multitudine congredi manu ad manum, propter paucitatem (†) exercitus non auderet, frequenter tamen cum expeditis juvenibus hoſtium caſtra irrumpens, magnas eiſdem inferebat undique clades; Grimoaldus ejus pater, quum jam jamque properaret, eundem nutricium ejus, de quo praemiſimus, ad filium miſit, qui ei ſuum adventum nunciaret. Qui quum prope Beneventum veniſſet, a Graecis captus Imperatori delatus eſt. Qui ab eo, unde veniret, requirens; ille ſe a Grimoaldo Rege venire, eundemque Regem citius adventare nunciavit; ſtatimque Imperator exterritus conſilium cum ſuis iniit, quatinus cum Romoaldo paciſceretur, ut Neapolim poſſet reverti.

C A P. VIII.

Quomodo Imperator, accepta obſide Romoaldi ſorore, a Benevento diſceſſit.

Accepta ita obſide Romoaldi ſorore, cui nomen Giſa fuit, cum eodem pacem fecit, ejus vero nutricium

(*) Scilicet Ticinenſe, qua in urbe Regum tunc reſidentia.

(†) *Def. ſui.*

cium Sesualdum ad muros duci praecepit, mortem eidem minatus, si aliquid Romoaldo, aut civibus de Grimoaldi adventu nunciaret, sed potius assėveraret, eundem minime venire posse. Quod ille ita se facturum, ut ei praecipiebatur, promisit; sed quum prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit; qui Romoaldus quum citius advenisset, sic ad eum locutus est: „ Constans esto, „ Domine Romoald, & habens fiduciam noli turbari, quia „ tuus genitor citius tibi auxilium praebiturus aderit: nam „ scias eum hac nocte juxta (z) Sangrum fluvium cum valido exercitu manere; tantum obsecro, ut misericordiam „ exhibeas meae uxori, & filiis, quia gens ista perfida me „ vivere non finet. „ Cumque hoc dixisset, jussu Imperatoris caput ejus abscissum est, atque cum belli machina, quam *Petrariam* (a) vocant, in urbem projectum est. Quod caput Romoaldus sibi deferri jussit, idque lacrymans osculatus est, dignoque in loculo tumulari praecipit. (40)

CAP.

(40) Pugnantia haec invicem sibi notat Peregrinius in cit. dissert. de finib. Princip. Benev. traditam nempe a Duce Romualdo Imperatori obsidem Gisam post acceptum nuncium praesto jam sibi adesse cum valido exercitu patrem, Regemque Grimoaldum; at non bene Pauli men-

(z) Sangrus fluvius (a quo Castrum Sangri appellatum est, quodque huic de Sangro illustri; antiquissimaeque familiae omen nomenque dedit, de quo alibi fuse prodibit sermo) Aprutii citerioris regionem praeterlabitur. Unde patet, Grimoaldum Regem, ut quam citissime filio subveniret, per Spoletanum Ducatum perrexisse, perque Sangrum fluvium Beneventum recta per Bovianensis, ac Telesini Gastaldatus fines iter peregisse, nullis laborum, arduique itineris difficultatibus parcens.

(a) Machinam hanc, quam *Petrariam* vocat Paulus, ea fuisse videtur, qua lapides in obsessam urbem; aut in hostium exercitum jaciebantur; imo nulli dubium, quam etiam Ugutio, Wilelm. Tyr. Anastas. in Greg. IV. aliique memorant. eam sic Guil. App. l. 2. de Gest. Norm. describit: ... Turrim fabricat, quae lignea muris

Prominet, ac juxta de quaque Petraria parte
Ponit, & adjuncto muros, quo evertere possit
Diversi generis tormento. Vid.

Ducang. & P. Car. de Aquino in Lex. Milit. v. *Petraria*, quam *Lithobolam*, idest, saxa excutientem adpellat.

CAP. IX.

Quomodo Imperatoris exercitum Mitola Capuanus Comes afflixit.

Metuens igitur Imperator subitum Grimoaldi Regis adventum, dimissa Beneventi obsidione, Neapolim proficiscitur. Cujus tamen exercitum *Mitola Capuanus* (*) Comes

mentem vir doctissimus est assecutus. E contra etenim noster post datam obsidem narrat, Sesualdum, qui a Rege praemissus fuerat, ut illius adventum nunciaret, ad moenia ductum fuisse, ut Romualdo spem auxilii tolleret: subodoro enim ita inter Graecos, & Langobardos pactum initum fuisse, ut nisi post certum tempus Grimoaldus opem ferret, se suosque daret Romoaldus; ideoque Graeci, qui Sesualdum ceperant, solita fraude mortem minati, virum ad moenia duxerunt, ut suis notus asseveraret, Regem minime venire posse, quod mirabili virtutis exemplo aeterna dignus laude Sesualdus facere recusavit. (*b*)

(*) Trasemundus, qui Capuae Comes fuerat, alterius interim Dynastiae locum occupare debuit, cum illi Mitolam, sive Mictulam substituerit Romoaldus, aut ejus fortasse pater Grimoaldus. Conjiciendum hinc posse autumo, Capuae Comitatum adsignare Beneventi Regulos iis Optimatibus, qui militia praecellerent; nec alio tunc munere, sive dignitate Comites praefulsisse, quam militaris Praefecti, seu Gastaldi nomine, qui etiam Comites praecelsioris tituli honore insigniti erant, de quo alibi opportunius.

(*b*) Tametsi pro nostri Historici apologia iterum Peregrinium offendere tentaverit Blancus, non video tamen, qua se ratione muniat. Conjectio, quam ipse in medium protulit, probatione profecto, atque exemplo aliquo confirmari indigebat: nec illa quidem aetate, quod nunc moris est, urbium, aut castrorum deditionem sub praescripta illa dierum conditione obsidentes accipiebant, scilicet nisi ab amicis, aut foedere sibi junctis auxilium aliquod afferretur, ut ipse asserit. Fortasse ad rem propius attingendam, dicere mallem, Gisam Imperatori obsidem traditam fuisse, nondum aliis expletis, aut obfirmatis pacis conditionibus; quae quoniam ab Augusto aut nimis rigidae, aut Beneventano Duci indecorae praescriptae fuerant, adhuc indecisae in Sesualdi adventu erant: atque ut Romoaldus licet invitus eas acceptare cogeretur, spem auxilii ei nullam fuisse a Sesualdo sibi expectandam occultari curavit Imperator. Aut dicendum, Gisam fortasse tradidit, tempori consulens, quo expectatum auxilium ei praestari posset, inducias interim hostilibus Graecorum aggressionibus praebendo, quibus & praesentibus occurrere malis posset, ac futuris. Quae si vera etiam, aut saltem verisimilia fore dixerimus, adhuc Paulus asserens *pacem jam peractam* Graecos inter & Langobardos, aut mendacii reus habendus erit, aut fal-

Comes juxta fluenta Caloris (46) fluminis, in loco, qui usque hodie *Pugna* dicitur, vehementer attrivit.

CAP. X.

Quomodo Romoaldus Saburrum ab Imperatore missum cum viginti millibus vicit.

POstquam vero Imperator Neapolim pervenit, unus ex ejus Optimatibus, cui nomen Saburrus erat, ab Augusto, ut fertur, viginti millia militum expetiit, seque cum Romoaldo pugnaturum, victoremque spopondit. Qui cum accepto exercitu, ad locum, cui Forinus (c) nomen est, advenisset, ibique castra posuisset, Grimoaldus, qui jam Beneventum advenerat, haec audiens, contra eum proficisci voluit. Cui filius Romoaldus: „ Non est opus, in„ quit, sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribui„ te. Ego, Deo favente, cum eo pugnabo, & cum vicero,

(46) Ad hunc Pauli locum Camill. Peregr. loco cit. fluvium Calorem *a Paulo pro Sabato dictum non dubita; quem prope Petrus Diaconus in Auct. ad Ostiensem lib. 4. cap. 16.* agnoscit hunc locum appellatum *Pugna*. Laudabili sane argumento: nimis acri tamen censura haec addit: sed eo Constantium recta, & festinato, ut Paulus perhibet, Neapolim recedentem e recta via divertisse, locorum, & gestorum consueta est confusio. Praecipitem sane hunc Imperatoris recessum, rectumque iter Neapolim versus non video, unde arguere potuerit Peregrinius nisi ex propria conjectura, quam probabilem licet, tanti non fecerim, ut Paulo fidem sit abrogatura, notata potissimum utriusque fluminis positione, ut praesens olim aspexi, ob quam nemo dixerit, Constantem Benevento Neapolim recedentem enormiter divertisse. (*) saltem, memoriae lapsu, sibi contradicit; non enim bene congruit, quod ipse Gisam hosti obsidem datam affirmat in pacis conclusione cum iis, quae hoc capite idem Paulus addit, ut recte Peregrinius adverterat male a Cl. Blanco imperitus.

(c) Forinus Castrum Salernum inter, atque Avellinum, nec nimium a Nuceria, Sarnoque urbibus distans: nunc etiam *Forino* adpellatum.

(*) Divertisse nil dubium est; at Peregrinii in Paulum Diac. non insolens accusatio etiam heic patet; illam tamen minime arguere valeo, ut Blancus vellet,

„ ro, major utique gloria vestrae potentiae adscribetur. Factumque est; & accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiscitur, qui prius quam bellum cum eo iniret, a quatuor partibus tubas insonare praecepit, moxque super eos audenter irruit. Cumque utraeque acies forti intentione pugnarent, tunc unus de exercitu Regis nomine Amalongus, qui Regium (d) *contum* ferre erat solitus, quendam Graeculum eodem *conto* utrisque manibus fortiter percussit.

CAP. XVI.

Quomodo Rex Grimoaldus Trasemundum Ducem apud Spoletum ordinavit, eique suam filiam in matrimonium tradidit.

At vero Grimoaldus, ereptis Beneventanis, & eorum Provinciis a Graecis, apud Ticinum ad Palatium suum repedare disponens, Trasemundum, qui dudum Capuae Comes fuerat, & ei ad percipiendum Regnum strenuissime paruerat, data ei in matrimonium sua filia, Romoaldi altera sorore, eum post Attonem (e), de quo superius diximus, apud Spoletum ductorem fecit, indeque Ticinum reversus est.

CAP.

(d) Conti nomine, de quo infra pluries occurret sermo, nihil aliud heic designari puto, quam Regalem hastam, ut apud scriptores fere communiter censetur; cum Amalongus utraque illud manu elevare ad percutiendum debuerit. Neque video, cur Regalis hasta a milite gregario, dum pugna effervescit, deferri potius debeat, quam a Principe? Vereor ne diversimode *contum* accipiendum sit, & heic pro Regali potius signo, sive vexillo habendum sit, vel altero simili militari instrumento. Lexicographos consule, aliosque medii aevi scriptores. Nos alibi.

(e) Trasemundum hunc olim Capuae Comitem, strenuissimumque Langobardici exercitus Ducem Grimoaldus Rex grati animi sui testimonio Ducem Spoleti V. Attoni substituit; cui etiam propriam filiam conjugem dedit ad majus praemii, dignitatisque suae argumentum.

CAP. XXV.

Quomodo Grimoaldus filiam Lupi Ducis Romoaldo suo filio sociavit.

MOrtuo igitur, ut diximus, Lupo Duce, Grimoaldus Rex filiam ejus nomine Theuderadam ſuo filio Romoaldo, qui Beneventum regebat, in matrimonium tradidit (105). Ex qua tres filios, hoc eſt Grimoaldum, Giſulſum, necnon & Arichis genuit.

CAP. XXIX.

De Bulgarorum Duce Alzecone, & quomodo in Benevento cum ſuis ordinatus eſt.

PEr haec tempora Bulgarorum Dux Alzecone nomine, incertum quam ob cauſam (*) a ſua gente digreſſus, Italiam

(105) Auctor vitae S. Barbati Epiſcopi apud Bollandum Theodoradam Romualdo Beneventano Duci jam ante adventum Conſtantis traditam fuiſſe ſcribit, eamque, hortante S. Epiſcopo, cum Beneventum ab Imperatore obſideretur, marito idola ſubripuiſſe, quae cum noſtro minime conveniunt, anno ſaltem obſidionem ſubſequenti matrimonium contractum affirmante. Auctori vitae S. Barbati adſtipulari videtur alter Anonymus vitae S. Sabini VIII. ſeculo ſcriptae apud eundem Bollandum die 9. Februarii: Scribit iſte cap. V. *Eodem quoque tempore Langobardorum Regni gubernacula ſuſtinebat Grimoald; qui filium ſuum Romoald Beneventi Principem inſtituit, eique Lupo, qui ex nobili proſapia extiterat, filiam nomine Theodoradam, quam modo meminimus, in matrimonium dedit. Romoalt defunctus eam ad regendum Samnitum populum cum parvo filio reliquit.* Ex quibus facile colligi poteſt, quo Grimoaldus filium ſuum Beneventanorum Ducem inſtituit, eidem & uxorem tradidiſſe. Ceterum laudatur Theodoradae pietas, quae in honorem S. Canuſini Epiſcopi viſione, ac miraculo monita templum erexit, ejuſque corpus marmoreo condidit ſepulcro, altaris tegmina auro, gemmiſque decoravit. (†)

(*) Quam etenim ob aliam cauſam, niſi ob Italiae delicias, ubertatemque, quibus eadem affluebat Provincia, exteros ad eam ſaltem inviſendam impellebat? Non is quidem ab aliis invitatus fuerat, ſed meliorem ſequi fortunam nactus eſt

(†) Et hic etiam, ut vides, Pauli ſcopulus!

Italiam pacifice introiens cum omni sui Ducatus exercitu ad Regem Grimoaldum venit, & se serviturum, atque in ejus patria habitaturum promittens. Quem ille ad Romoaldum filium suum Beneventum dirigens, ut ei cum suo populo loca ad habitandum concedere deberet, praecepit: quos Romoaldus gratanter excipiens, eidem spatiosa ad habitandum loca, quae usque ad illud tempus deserta (*) erant, contribuit, scilicet Saepianum, Bovianum, & Iserniam, & alias cum suis territoriis civitates (118) ipsumque Alzeconem, mutato dignitatis nomine de Duce

(118) Optime notavit Camillus Peregrinius de Bulgarorum in Italiam adventu non convenire Historiam Miscellam cum Paulo nostro. Haec in ea libro XIX. leguntur. *Temporibus autem Constantini, qui in Occidente regnavit, cum orbatus dominus jam dictae Regionis Bulgariae, seu Contragorum vitam commutaret, ac filios quinque relinqueret, & testatus est, ne ullo modo a mutua cohabitatione separarentur, ipsique nulli alteri nationi servirent. Post breve autem mortis illius in divisionem venientes quinque filii ejus altrinsecus sequestrati sunt, una cum populo, quem unusquisque ditioni suae subjectum habebat; & primus quidem filius ejus, qui dicebatur Bathajas, mandatum proprii custodiens patris in progenitorum suorum terra permansit*. Enumeratis inde ceteris quatuor, eorumque migrationibus, de quinto, cujus nomen retinuit, haec habet; *Alter vero haud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim veniens sub Christianorum imperio factus est*. Paulo adstipulatur Ignotus Cassinensis ab eodem Peregrinio editus, qui continenti serie plures historias narrans n. 111. haec scribit. *Alzecus Vulgarius* (*) *cum hominibus ad habitandum suscipitur; Graecorum Romanorumque Langobardi Gentes superantes totam simul Beneventi possident patriam*. Suspicatur ex iis Peregrinius, cum Ignotus Auctor in unum locum contulerit Alzeconis adventum, & Langobardorum de Graecis, atque Romanis ingentem victoriam, qua scilicet Beneventanam regionem latissime obtinuerunt, Constantis nempe

(*) Quomodo haec Paulus deserta loca nuncuparit, me penitus ignorasse fateor. Certissimum quippe est, tunc urbes Bovianum, Saepinum, Aeserniam suas incolas habuisse, quibus Gastaldi praeerant. At pro Pauli defensione credere mallem, loca illum deserta intellexisse, eorum scil. agros, qui quidem silvis, asperisque montibus abundabant: a quibus aeque camporum fertilitas, ac vitae commodum excludebatur; asperaque proinde, ac deserta loca hoc tantummodo sensu adpellari poterant.

(*) Idest, Bulgarus, sive Bulgaricus.

Duce Castaldium (119) vocitari praecepit, qui usque hodie

nempe tempore, ut apertissime noster asserit, suspicatur inquam, a Beneventano Duce, atque illius patre Rege Grimoaldo contra Graecos in subsidium arcessitos fuisse; imo a Ravennae agris, in quibus primum hospitio accepti fuerant, ad novas sedes abductos ibi regia beneficentia consedisse. Non recesserim ego nihilominus a nostro parum fidens Ignoto. res multas, longoque tempore dissitas, in unum velut fasciculum colligenti, utcunque placeat conjectura de Ravenna in Beneventanorum Regionem Bulgaros migrasse, desolatam fortasse Graecorum furore Regionem iterum restauraturos.

(119) Al. pro Duce Gastaldum &c. quid sit, jam ab aliis notatum legitur saepe in legibus Langobardorum Lindebr. Accuratius prae ceteris laudatus Peregrinius in dissertat. duc. Beneventanus in antiquas Provincias an tributus, ubi explicata civili Gastaldorum potestate de militari differens, Jacobum Cujacium libr. 1. de feudis §. si vero Gastaldi urbes a nostro memoratas Alzeconi jure Gastaldiae, non perpetuo, & proprie in Feudum; sed temporarie, ac quasi Actoris loco datas asserentem ita castigat: Haud, inquam, viro sane doctissimo consentiam, nam minime simplex, & una duntaxat, sed multiplex, ac mista, ut dictum est, fuit Gastaldorum praerogativa. Et insuper nec Alzecus, sicut Ducis dignitatem, & nomen deposuerat, ita vel acceptas ad incolendum urbes, & oppida, vel suae gentis, transacto sui Gastaldatus anno dimisisse videtur curam, cum Paulus aperte adfirmet, Bulgaros susceptas sedes ad suam usque aetatem incoluisse, qui in iis locis habitantes, quamquam etiam latine loquerentur, linguae tamen propriae usum minime amiserunt; nec amiserunt (ego addam: peculiarem habere ex propria gente Gastaldum.) Renuit itaque, me arbitro, Rex Grimoaldus nomen Ducis permittere Alzeco, non quod perpetuum ei nollet dare Gastaldatum, sed quod ille sub Beneventano Duce constituendus primitivam retinere non posset dignitatem; qui namque quum esset advena, temporaneam in locis perpetuo sibi suisque inhabitandis accipere debuisset Dynastiam? Ego vero etsi a Cujacio minime discesserim in iis, quae pertinent ad jura Gastaldatus ejus generis, de quibus sermonem habuit, Alzeconis variam fuisse speciem opinor, nihilque illi commune cum ceteris Gastaldis praeter nomen, *eumque revera jure perpetuo feudum habuisse*, deposito Ducis nomine, ne par Romoaldo domino suo, a quo beneficium acceperat, haberi posset. (*)

(*) Hujus quaestionis redibit sermo in dissertatione to. 11. de prioribus Capuae Comitibus & Gastaldis, quo loco plura hac super re examinanda erunt.

D

die in iis , ut diximus , locis habitantes , quamquam & latine loquantur , linguae tamen propriae uſum minime amiſerunt . (*)

LIB. VI. CAP. I.

Quomodo Romoaldus Tarentum cepit , & quomodo Theuderada Monaſterium S. Petri aedificavit .

DUm iſta apud Langobardos trans Padum geruntur , Romoaldus Beneventanorum Dux , congregata exercitus multitudine , Tarentum expugnavit , (*f*) & cepit ; parique modo Brunduſium , & omnem illam , quae in circuitu eſt , latiſſimam Regionem ſuae ditioni ſubjugavit . Conjux quoque ejus Theuderada eodem tempore foras muros Beneventanae civitatis Baſilicam in honorem Beati Petri Apoſtoli conſtruxit , quo in loco multarum ancillarum Dei Coenobium inſtituit .

CAP. II.

De morte Romoaldi , & quomodo corpus B. Benedicti ad Gallias delatum eſt .

ROmoaldus quoque poſtquam ſexdecim annos Ducatum geſſit , ab hac luce ſubtractus eſt (4) , poſt quem ejus

(4) *Hi vero anni* (bene ſcribit Bollandus in commentar. praevio ad vitam

(*) Hanc propriam Bulgarorum linguam , tametſi aliquo modo corruptam , illam eſſe conjicerem , qua nunc exteri illi , ſeu profugi , quos Zingaros & Cinganos vulgo appellamus , loquuntur , a ſuis ſolummodo percepta ; quaeque noſtrarum Provinciarum Regni Neapolitani multiformi dialecto prorſus diſſimilis , incognita , intellectuque pene impoſſibilis reputatur : itaut in proverbium iis , qui nova quadam dialecto , aut balbutienti fortaſſe lingua verba emittunt , dicatur : ut Cinganus loquitur.

(*f*) Uſque ad hoc tempus Tarentum , Brundiſium , aliaeque ulterioris Apuliae urbes ad Leucas uſque , ut alibi aptius , Graecis parebant : exinde ex iis aliquae Langobardis . Hoc ſane contigit circa ann. Dom. DCLXXX.

ejus filius Grimoaldus tribus annis Samnitum populos rexit (5). Huic in conjugio sociata fuit Wigilinda soror Cuniberti, filia Berthavidi Regis. Defunctoque Grimoaldo, Gisulfus ejus germanus Ductor effectus est, praefuitque Benevento annis decem & septem (8); huic sociata fuit Winiberta, quae ei Romoaldum peperit.

C A P. XXVII.

De Gisulfo Beneventanorum Duce, quomodo Suram, & alia Castra invasit.

HAc denique aetate, Gisulfus Beneventanorum Ductor Suram Romanorum Civitatem, Hirpinos, atque Arcem pari modo oppida cepit (111). Qui Gisulfus

vitam S. Sabini Episcopi Canusini) *a morte patris, non a tempore, quo is Regnum invasit, numerandi videntur. Nam si anno demum DCLXIV. aut DCLXV. post Graecos a Beneventi obsidione depulsos, caesum Hunnorum opera Lupum, hos ipsos Foro-Julii ejectos, data Romoaldo est conjux, secundum jam, aut tertium in Principatu annum agenti, qui fiet verisimile, filio, qui nonnisi triennium patri superstes fuit, junctam matrimonio Wigilindam filiam Berthavidi adhuc pene puero (ut infra narrat Paulus) Deinde sequentium Ducum chronologia optime constabit, si Romoaldi exordium anno DCLXXI. quo mortuus est pater, vel DCLXXII. statuamus, alias vacillatura. Successit itaque Grimoaldo vita functo anno Christi DCLXXI. imperavitque annis XVI.*

(5) Sequitur laudatus Bollandus: *Ei* (nempe Romualdo) *subrogatus anno DCLXXXVII. Grimoaldus filius adhuc adolescens sub cura Theodoradae matris, ut in vita S. Sabini cap.5. num. 16. dicitur &c.* cumque triennio in Ducatu vixerit, ejus obitus anno DCXC. est alligandus.

(8) Grimoaldo Grimoaldi Regis nepoti Gisulfus defuncti Ducis frater successit anno dicto DCXC. Congruitque firmata per Bollandum chronotaxis cum iis, quae de ipso Gisulfo scribit Anastasius in Johanne VI. & noster infra cap. XXVII. Unde illius obitus post decem, & septem Ducatus annos in DCCVII. incidit; atque haec ideo distinctius notavi, ut subsequentium rerum chronologia clarius emergat.

(111) Restituit Baronius vitiatam horum nominum lectionem, ac

sus, tempore Johannis Papae, cum omni sua virtute Campaniam (*) venit, incendia, & depraedationes faciens, multos captivorum cepit, & usque in locum, qui Horrea (†) dicitur, castrametatus est, nullusque ei resistere potuit. Ad hunc Pontifex, missis Sacerdotibus cum Apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, ipsumque Ducem cum suo exercitu ad propria repedare fecit.

C A P. XXX.

De morte Trasemundi Spoletani Ducis, & Ducatu filii ejus Faroaldi.

IGitur, defuncto Trasemundo Duce Spoletanorum, Faroaldus ejus filius in loco patris est substitutus. Denique Wachilabus germanus fuit Trasemundi, & cum fratre

pro Sura, Soram; pro Hirpinos, Arpinum, & Arcem reponit: Loca, ut ipse patria Soranus ait, parum inter se distantia, & adhuc notissima. De hac Gisulfi Ducis depraedatione Anastasius in Johanne VI. *Gisulfus Dux Gentis Langobardorum Beneventi cum in omni sua virtute in Campaniam veniret, incendia, & depraedationes multas exerceret: cumque captivos non paucos cepisset, & usque ad locum, qui Horrea dicitur, fossatum fecisset, nullusque extitisset, qui ei potuisset resistere: denominatus Pontifex, missis Sacerdotibus cum Apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, & illum cum suo stolo ad propria repedare fecit.* Acta haec laudatus Card. anno DCCII. putavit; nec ego illius chronotaxim, quoad hanc Gisulfi excursionem, loco movere ausim ex continenti Anastasii narratione. (*,*)

(*) Campaniam heic Paulus Romanam intelligit, qui Terracinam usque protendebatur, ac Soram.

(†) Nec Peregrinio, neque aliis obsto, qui Horrea, seu Horca, & inde Morrea locum trans Lirim, & Soram positum esse constituunt. Quo quidem loco Ducatus tunc Beneventani finis, & Romani initium alibi ex nostro Peregrinio explicatum habebimus.

(*,*) Probabilius tamen an. DCCIII. aut DCCIV. haec contigisse puto, cum vix anno DCCII. Johannes VI. Pontificatum inierit; nec eadem tam brevi intervallo coepta, completaque esse potuere, ut Baronius putavit.

fratre pariter eundem rexit Ducatum. (g)

CAP. XXXIX.

De morte Gisulfi Ducis Beneventani, & Ducatus filii ejus Romoaldi.

DEfuncto itaque Gisulfo Beneventanorum Duce, Samnitum populus Romoaldum ejus filium ad regendum se sublimavit. (155)

CAP. XL.

Quomodo Beatus Petronax Monasterium S. Patris Benedicti apud Cassinum reparavit.

CIrca haec tempora Petronax civis Brexianae (*) urbis divino amore compunctus Romam venit, hortatuque Gre-

(155) Am. & Mod. *populum Romoaldus ejus filius regendum suscipit*. Lindeb. al. legit: *suscepit* pro *sublimavit*. Revocanda in hunc locum sunt, quae Paulus de Gisulfo I. scripsit cap. II. hujus libri, annos Ducatus ejus enumerans; qui si post Grimoaldi triennium initium habuerunt ab anno DCXC. sunt deducendi usque ad DCCVII. itaut Liutprandum Regem Gisulfus non viderit. Turbat ordo historiae Pauli, in qua cum rebus a Liutprando gestis obitus Gisulfi allegatur; sed pluries id in ejus historia quisque notaverit (†). Non itaque Peregrinii in Paulum iniqua adversitas, cum is tot errores satis abundeque cognoverit. Blancus idem hic, alibique fassus est; at Peregrinium, spicula semper in eum jacturus, exagitat.

(g) Faroaldum patri Trasemundo hereditario jure (Regis tamen, ut puto, assensu) successisse, opinari possumus. At ex historiae contextu non patris successorem fuisse, sed illi substitutum a Langobardorum Rege datum. Fuitque hic Faroaldus VI. Spoleti Dux, qui solus regnare debuit, Wachilabo ejus patruo jam praemortuo. Nec adhuc, eo degente, ille regnare poterat, sed aut solus, aut cum nepote regnasset Wachilabus, ut supra notavi.

(*) Brexianae urbis, seu Brixiae, nunc *Brescia*, in statu Veneto sita.

(†) Cum dicat Paulus: *Populus Romoaldum ad regendum se sublimavit*, conjici posse videtur electio populi suffragio effecta heredem patri sufficiens.

Gregorii Apoſtolicae Sedis Papae Caſſinum Caſtrum petiit, atque ad ſacrum corpus B. Patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus ſimplicibus viris, jam ante reſidentibus, habitare coepit. Qui eundem venerabilem virum Petronacem ſibi ſeniorem ſtatuerunt. Hic non poſt multum temporis, cooperante miſericordia, & ſuffragantibus meritis B. Benedicti, jamque evolutis centum & decem annis (160), ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi Monachorum (*h*) nobilium, & mediocrium ad ſe concurrentium Pater effectus ſub ſancto regulae jugo, & Beati Benedicti inſtitutione reparatis habitaculis vivere coepit, atque hoc ſanctum Coenobium in ſtatum, quo nunc cernitur, erexit. Huic venerabili viro

(160) Numerum CX. annorum legit Nucaeus etiam in MS. Codic. Leonis Oſtienſis lit. B. Breviorem etiam numerum notarunt Adrevaldus Floriacenſis de mir. S. Ben. lib. I. cap. 113. & Abb. Uſpergenſis in Chronico, Leonis Codex alter ſignatus A. & editio Veneta, ipſaque Pariſienſis Nucaei habet CXXX. Regeſtum Petri ab ipſo citatum CXX. At in omnibus cum Mabillonio reponendi ad minimum CXXXV. Bacchinius loco cit. Paulum parachroniſmi excuſare tentat, ſed & ipſe ſibi parum fidens in aliorum venit ſententiam. (*i*)

(*h*) Tempus, quo Petronax Brixienſis Romam adiverit, anno quidem fuit DCCXVI. cum Gregorius II. Rom. Pontifex electus fuerit anno DCCXV. non autem ann. DCCXIV. ut contra Baronii opinionem clariſſime evincit Carolus Cointius in Annal. Franc. ad ann. DCCXV. num. 54. & ſeqq. An vero Petronax Monachus eo tempore fuerit, vel diu poſt monaſticum induerit habitum, incertum eſt. Cum autem ſtatim anno DCCXVIII. Abbas Caſinenſis inauguratus fuerit, affirmativam potius, quam negativam amplectendam ſententiam exiſtimarem. At textus obſtare videtur, cum dicat: *ad Caſinum perveniens, ibi cum aliquibus ſimplicibus viris, jam ante reſidentibus habitare coepit*. Ipſe igitur qui Brixia Romam venit, non ibi habitu adhuc monaſtico indutus erat, nec ibi moram agens ſuſcepit; ſed Caſinum pergens cum aliis ibi viris degebat, qui cum poſtea ſeniorem elegerunt, tanquam idoneum, ac digniorem, quippe loci illius reſtitutorem, ſcilicet an. Dom. DCCXVIII. quo anno ejus Praefecturae initium deſumendum omnino eſt.

(*i*) Mabillonii ſententiam ipſe lubens amplector, quemque ſequi neceſſe eſt, cum Petronax inſtaurationem Coenobii Caſinenſis inſtituerit anno aut DCCXVI. aut inſequenti: everſio autem accidit ex tutiore Auctorum opinione circa ann. DLXXX. ut alibi opportunius. Erravit igitur Paulus teſtando poſt annos CX. ejuſdem Coenobii reſtitutionem accidiſſe; ſaltem CXXXVI. eam initam dicere oportuiſſet.

ro (k) Petronaci in ſequenti tempore Sacerdotum praecipuus, & Deo dilectus Pontifex Zacharias plura adjutoria contulit, libros ſcilicet Sacrae Scripturae, & alia quoque ad Monaſterii utilitatem pertinentia: inſuper & regulam, quam B. Pater Benedictus ſuis ſanctis manibus conſcripſit, paterna pietate conceſſit. Monaſterium vero B. Vincentii martyris, quod juxta Volturni fluminis fontem ſitum eſt, & nunc magna Congregatione refulget, a tribus nobilibus Fratribus, hoc eſt Tato, Taſo, & Paldo jam tunc aedificatum, ſicut viri eruditiſſimi Autberti ejuſdem Monaſterii Abbatis, in volumine, quod de hac re compoſuit, ſcripta ſignificant. Superſtite ſane adhuc B. Papa Gregorio Romanae Sedis, Cumanum (*) Caſtrum a Langobardis Beneventanis pervaſum eſt; ſed a Duce Neapolitano noctu ſuperveniente quidam peremti ſunt: Caſtrum quoque ipſum a Romanis eſt receptum. Pro cujus Caſtri redemptione Pontifex 70. libras auri, ſicut primitus promiſerat, dedit. (165)

CAP. L.

De Romoaldo Beneventano Duce, & Giſulfo filio ejus.

ROmoaldus denique Dux Beneventi uxorem ſortitus eſt, Guntbergam nomine, quae fuit filia Auronae, Liutprandi Regis ſororis: de qua filium genuit, quem nomine ſui patris Giſulfum adpellavit. Habuit rurſum poſt hanc, & aliam conjugem nomine Ravigundam filiam Gaidoaldi Brexiani Ducis.

CAP.

(165) Vide Anaſtaſium in S. Gregorio II. & Baronium ad ann. DCCXV.

(*) Cumanum Caſtrum Neapolitano Ducatui incluſum fuiſſe non eſt ambigendum. Cur inde illud Pontifici Romano Graeci ceſſerint, non eſt hic diſceptandi locus.

(k) Caſinenſe exciſum Coenobium Monachorum incolatu deſtitutum eſt: non eſt tamen ita accipiendum, quod nul-

CAP. LV.

De Trasemundo Duce Spoletano, & Gisulfo Beneventano.

HIs diebus Trasemundus contra Regem rebellavit; *(l)* super quem Rex cum exercitu veniens, ipse Trasemundus Romam fuga petiit: in cujus loco Hildericus ordinatus est. Mortuo autem Romoaldo juniore Beneventanorum Duce, qui viginti, & sex Ducatum tenuerat annis, Gisulfus ejus filius adhuc parvulus remansit (223). Contra quem aliqui insurgentes, eum moliti sunt extinguere. Sed Beneventanorum populus, qui suis Ductoribus semper fidelis extitit, eos peremerunt, sui Ducis vitam servantes. Qui Gisulfus quum prope aetatem puerilem idoneus ad tantum populum regendum non esset, Liutprandus Rex Beneventum tunc veniens, eum exinde abstulit, & apud Beneventum suum nepotem Gregorium Ducem ordinavit. Cui in matrimonio uxor sociata Giselberga nomine fuit. Ita Rex Liutprandus, rebus compositis, ad suum solium remeavit: Gisulfumque suum nepotem

(223) Ejus initium supra capit. II. num. 8. cum anno 707. conjunxi; ergo ann. circiter DCCXXXIII. Romoaldus e vivis excessit.

nullus ibi omnino Monachus degerit ad custodiendum S. Benedicti, ejusque sororis Scholasticae depositum; cum ex Baronio ad ann. DCLXIV. habeamus, Monachos, qui Laterani Coenobium incolebant, Romam sacras illas reliquias transferendas curavisse. *Quod cum eos non fecisse constet, plane bene cultum tunc, & custoditum fuisse locum illum aliquando restituendum, argumento est*. Idem quoque confirmat ad ann. DCCXVI. Obstat tamen quod idem Paulus testatus fuerat superius lib. IV. cap. 18. Praedationem enim Coenobii Casinensis enarrans, ita loquitur: *Nec unum quidem de Monachis tenere potuerunt, ut prophetia S. P. Benedicti compleretur &c.* Sed credendum ut verisimile, Monachos primo illo timoris impetu perculsos vitae suae duntaxat consulentes, se fugae statim dedisse; inde re melius perpensa, ne sacra illa lipsana, sanctorum videlicet corporum S. Patris, Scholasticae, ac sociorum contumeliis aut latrociniis paterent, aliquos selegisse, qui ibi cum piis vicinorum locorum incolis ibi degerent, divinaque ibidem mysteria facerent; quae quidem esse debuit Baronii sententia.

(l) Faroaldi filius Trasemundus junior VII. Spoleti Dux a genitoris fidelitate degenerans, Ducatu exspoliatus est, novusque a Rege Dux electus est Hildericus.

tem paterna pietate erudiens, ei Conibergam nobili ortam progenie in matrimonium junxit. Ipse Rex eo tempore in languorem decidens morti approximavit. Quem Langobardi vita excedere existimantes, ejus nepotem Hildebrandum foras civitatis muros ad Sanctae Dei Genitricis Ecclesiam, quae ad Perticas (*m*) dicitur, in Regem levaverunt (227), cui dum Contum, (*n*) sicut moris est, traderent, in ejus Conti

(227) Annum quo Hildeprandus in Regni consortium cum Liutprando est vocatus, designat instrumentum in Archivio Lucensi a Florentinio in comment. de rebus ad Comitissam Matildam spect. lib. 13. Ughellio in Italia Sacra, aliisque relatum iis chronologicis notis: *Regnante Domino Liutprando excellentissimo Rege Regni ejus vigesimo quarto, & excellentissimo nepote ejus Domino Hilprando Rege anno primo mense Martio, indictione quarta*, quae Christi anno DCCXXXVI. in cursu fuit. Mabillonius in Musaeo Italico, & tom. 2. Saec. Bened. exhibet ejusdem Hildeprandi Regis diploma actum Ticini in Palatio *sub die II. Kal. Aprilis anno felicis regni nostro IX.* per indictionem XII. hoc est anno DCCXLIV. quo Liutprandus e vivis excessit. Ex concordia istarum notarum nil haesitandum puto, quin Paulum, confuso temporum ordine, plura tradidisse dicamus. Nam Liutprandi morbus, & Hildebrandi consortium in Regno praecesserant Trasemundi rebellionem, cum qua praesenti Capite cuncta copulavit. In illius tamen excusationem ejus mentem ita interpretor, ut ubi praesenti Capite de Romualdo Beneventano verba facit, ad priora tempora illius retrahenda sit oratio, quod & indicat ipse in fine iis verbis: *Evolutis dehinc aliquot annis Trasemundus* &c. iisque ad continuationem inceptae historiae iterum redit, ac postmodum Cap. LVII. absolvit, ab Anastasii tempore minime recedens; nam utrique Trasemundi finis paulo ante obitum Liutprandi.

(*m*) *Ad perticas* facillime ita isthaec Ecclesia dicebatur, quod ea prope sepulchra Langobardorum extabat. Solebant enim hi perticas in terra defigere in signum sepulturae, in cujus vertice aves quandoque, animantia, aut alia id genus, quae illustres viri, dum in vivis agebant, super galeam tanquam gentilitia fortasse insignia deferebant. Ceterum de perticis sepulchralibus pluries locutus est Paulus noster; cui adjungendum duxi, tam prope veteris Capuae dirutos septentrionem versus muros, quam Beneventi pone Sabatum fluvium agros extare adhuc, qui *ad Perticatas* vulgo adpellantur, quibus in urbibus tanquam Langobardicae ditionis praecipuis, propria ad eorum sepulchra loca designari debuerant.

(*n*) Hoc loco *Contum* pro sceptro, seu Regali hasta accipi videtur; attamen signum quoddam seu militare vexillum praesignare posse, quo Regi suprema traderetur potestas neoelecto Dynastae conjicerem. Argumen-

Conti ſummitate, Cuculus avis volitando veniens inſedit (228). Tunc aliquibus prudentibus hoc portento viſum eſt, ſignificari ejus principatum inutilem fore. Rex autem Liutprandus quum hoc cognoviſſet non aequo animo accepit: tamen de infirmitate convaleſcens eum Regni ſui conſortem habuit. Evolutis dehinc aliquot annis, Traſemundus, qui Romam fugerat, Spoletum rediens, Hildericum extinxit, rurſumque contra Regem rebellionis audaciam ſumpſit.

C A P. LVI.

Quia, mortuo, Gregorio, Gothſchalcus in Benevento Dux factus eſt: & quomodo Rex Liutprandus bellum in Pentapoli geſſit.

AT vero Gregorius dum apud Beneventum annis ſeptem Ducatum geſſiſſet, vita exemptus eſt. Poſt cujus obitum Godeſchalcus Dux effectus annis tribus Beneven-

(228) Haſta, ſive conto, de quo hic ſermo, traditi Langobardici Regni veteribus ſigno pugnant acerrime, qui Modoetienſis coronae vetuſtatem a Gregorianis temporibus, ejuſque Langobardorum Regibus impoſitionem ante Caroli Magni ſucceſſores impetunt, inaugurationem Regiam per ſolam haſtae traditionem ex hoc loco indicantes. Penitioris antiquitatis theſauros diſſertationibus ſuis in alterutram partem de hac re in medium adduxerunt V. Cl. Muratorius noſter Tom. 2. Anecdotorum, & Fontaninius peculiari libello, Blondi, Sigonii, Cointii, Mabillonii, aliorumque judicia expendentes. Non eſt locus hic eorum argumenta repetere, neque animus in partem venire. In gratiam eruditorum imaginem lapidis in eadem Modoetienſi Baſilica poſiti e poſteriori parte ambonis vulgandam curavi: in eo ſedentis Regis coronatio repraeſentatur, adſtantibus clericis, & proceribus gentis. gumento meae eſſe poſſet conjecturae haec ſuper contum avis volitatio: quomodo enim ſub ſceptro, ſive haſta (niſi fabulam luſiſſet Paulus) inſediſſe poterat cuculus, quod manibus Principi geſtandum erat? In vexillo autem, quod in altum elevaretur, facilius ſane poterat avis volitare, ibique in ejus vertice conſiſtere. Haec tamen alibi in Erchemperti notis melius expendenda.

neventanis praefuit ; (230) cui in conjugio uxor ſociata nomine Anna fuit. Rex ergo Liutprandus talia de Spoleto, ſive Benevento audiens, rurſum cum exercitu Spoletum petiit. Qui Pentapolim veniens dum a Fano civitate Forum Sempronii pergeret, in ſilvam, quae in medio eſt, Spoletani ſe cum Romanis ſociantes, magna incommoda Regis exercitui intulerunt. *(o)*

C A P. LVII.

Liutprandus quid Spoleti egerit. Godeſchalcus audiens adventum ejus Beneventum, fugiens a Beneventanis extinctus eſt.

AT vero Liutprandus Spoletum perveniens Traſemundum Ducatu expulit, eumque Clericum fecit. Cujus in loco Agibrandum ſuum nepotem conſtituit. (*)

CAP.

(230) Godeſchalci hujus Beneventani Ducis, qui ſucceſſorem habuit Giſulfum II. meminit etiam Leo Oſtienſis lib. I. cap. 5. eumque ſequenti cap. 8. inter Gregorium, dictumque Giſulfum non recenſuit, cum extremos tantum Pontifices, & Duces eo loco notaverit, ut bene animadvertit ibidem Nucaeus. Hujus tamen rationem temporis, quo Duces iſti Beneventanis praefuerunt, minime probo. Cumque Romualdi initium ann. DCCVII. alligaverim, ejuſdem annos XXVI. numerans ad DCCXXXIII. venio, quo Giſulfum II. aetate adhuc puerili e Ducatu exturbatum puto. Inde Gregorii ſeptem annis numeratis, ut noſter habet, initium Godeſchalci ann. DCXL. tribuo, ejuſque, triennio expleto, reſtitutionem Giſulfi II. paulo ante DCCXLIV. repono, quo Liutprandus Rex e vivis exceſſit; meamque rationem ob id potiſſimum cum Paulo convenire puto, quod is reſtitutionem Giſulfi extremis Liutprandi temporibus narret.

(o) Traſemundus, qui Romam aufugerat, ſocios ibi, foederatoſque Dynaſtas ſibi copulavit, qui junctis inde militum copiis, contra Regium exercitum moverunt arma, eique damna intulere. Quod cauſae fuit, ut Liutprandus Rex Traſemundi Ducis pervicacia ſuccenſus, Spoletum pergeret, eumque Ducatu exturbaret, ut ſequenti cap. Paulus teſtatus eſt.

(*) Agebrandus igitur VIII. Spoleti Dux.

CAP. LVIII.

Idem quid Beneventi egerit. De Baodolino mirae ſanctitatis viro &c.

TUnc Rex Liutprandus Beneventum perveniens, Giſulſum ſuum nepotem iterum in loco (*p*) proprio Ducem conſtituit. Rebuſque ita compoſitis, ad ſuum Palatium remeavit (*q*). Hic glorioſiſſimus Rex multas in Chriſti honore per ſingula loca, ubi degere ſolebat, Baſilicas conſtruxit.

FINIS.

DE

(*p*) Notandum heic, Regem Liutprandum Giſulfo puerulo Gregorium ejus nepotem ſuffeciſſe; inde illum jam adultum, atque ad regimen aptum ad Beneventi ſolium evexiſſe. Quare affirmandum videtur, nec hereditario jure, nec populi, Comitumque, aut Optimatum ſuffragiis Beneventanos Duces electos fuiſſe, ſed ſupremorum ſolummodo Principum, ſeu Langobardorum Regum voluntate, qua, quod magis Regno opportunum videbatur, ipſi conſtituebant; & ſic filios quandoque patribus ſuccedere, quandoque exturbari malebant.

(*q*) Ticinum ſcilicet, qua in urbe Regalis Aula, Regumque Langobardorum ſedes extabat, quae Palatium dicebatur antonomaſtice.

DE POSTREMORUM

LANGOBARDORUM REGUM

DESCRIPTIONE.

NUllo Historiae nostratium Langobardorum damno praeterire potuissem hanc Regum Langobardorum Descriptionem, qua Beneventanae Dynastiae res enarrantur nullae (a). Ea vero cum sit hactenus existimata pars Historiae Erchemperti, cui in scriptis Codicibus, pariterque in jam olim (1) edito praefixa habetur, huic uni bono eam recudendam curavi; ut scilicet quae inter utramque manifesta distinctio intercedit, agnosci valeat, nulla superstite ambiguitate (b). Et sane multa licet occurrant mihi in edito illo Erchemperto, quae mirer, atque recenseam, quod jactantia omni declinata praestabo, hoc tamen unum primo se offert loco non sine aliqua exprobratione castigandum; quandoquidem in scriptis Codicibus vestigium etsi nullum hujus insit discriminis, res tamen ipsa manifesto se prodit, si paulo intentius Erchemperti Historiae incumbimus; quae licet barbarie referta sit pluriformi, auctoris, & seculi vitio; non tamen credendum eo pervenisse hominis imperitiam, ut ille ex abrupto Historiam orsus suam, (c) congeminato postmodum errore, praesatus fuerit loco non suo, quod editus olim Codex repraesentat. In quo est quoque magis peccatum, inductis eo loci nonnullis, quae ab scriptis exemplaribus longe absunt; idque factum est, ut quae alioqui adparebat scissura, & pro indiculo esse poterat disjunctorum operum, continenti ora-

Francisci Mariae Pratilli Notae per numeros distributae.

(1) Scilicet a P. D. Antonio Caracciolo.

(a) *Descriptio haec Regum inutilis ad rem nostram.*

(b) *Recuditur tamen.*

(c) *Ut Erchempertus a calumnia vindicetur.*

vratione consolidaretur . Habe igitur a me descriptionem hanc postremorum Regum Langobardorum , quam Paulus Diaconus. suae Langobardorum Historiae subnectere noluit, callido usus consilio , ne videlicet lugubre Langobardici Regni excidium , propriaeque gentis ignominiam literis consignaret ; hanc , inquam , ab eodem plane Erchemperto ex Romano Pontificali , hoc est ex Anastasii Bibliothecarii libro de Vitis Romanorum (d) *Pontificum , quem is recenter exaraverat , excerptam fuisse , & ex parte ad verbum exscriptam ; at non eo animo , ut a se institutae Historiae prior eadem , ac continens esset pars : sed ut disjuncto isto centunculo , compendiosaque ista narratione integra haberetur Regum Langobardorum a Paulo producta series ad Desiderii captivitatem , & Regni usque excidium ,* (2) *a quo eadem , ac ille usus fuerat calliditate , suam conceperat scriptionem exordiri , pariterque renuebat par ad res Dynastarum Beneventi praestare supplementum , licet ex professo eas enarrandas suscepisset ,* (e) *quas nec Paulus , quo ad valuerat , produxerat ; namque nullam sibi nectendam esse moram in his , quae ad Regni casum attinebant , consilio perviderat suo ; cujus plane scriptiunculae claro indicio auctorem se prodit num. 2. suaemet Historiae , inquiens Regis Desiderii pridem meminisse , quod non alibi , nisi hoc fecerat loco . Ceterum semel moneo Epigraphes fere omnes , quas Opusculis istis praefixi , meo arbitrio me efformasse , quia scripta exemplaria nullas exhibebant* (3).

ER-

(2) Quod plenius vel ab eodem Paulo , vel alio quopiam antiquo scriptore descriptum , ad integrioris historiae cognitionem heic adnectendum censui .

(3) Variantes lectiones ex aliis scriptis Codicibus hoc signo * , vel ‡ , aliove notantur sicuti & noculae quaedam meae .

(d) *Qui ejus fuit Auctor .* (e) *Callido quodam usus consilio .*

ERCHEMPERTI

BREVIS DESCRIPTIO

DE POSTREMIS QUINQUE REGIBUS

LANGOBARDORUM ITALIAE

Excerpta ex Romano Pontificali.

I. Liutprandus Rex XVI. (4) cum per XXXII. annos feliciter (*f*) regnaret in Italia, inter cetera, quae gessit magnifica, (*g*) etiam omnes urbes, & oppida juxta maris ora Thyrreni sita a Tuscia, & usque ad (*h*) Arelatensem urbem praeliis (5) cepit, & (*i*) suo Regno copulavit.

II. Post

Prat. (4) Anno Dom. DCCXII. Regnum Liutprandus (sic enim ejus nomen legendum est, ut in omnibus antiquissimis rerum Langobardicarum scriptoribus legitur, ejusque numismatibus, ac subscriptionibus, quod Peregrinius utique non adverterat) suum iniit, ut constat ex edictis ejusdem in Cod. Langob. Regnavit autem annis XXXI. & mens. VII. ut probat Mansi ad Annal. Baron. anno 744. n. 6.

(5) Fallitur Auctor, quisquis ille fuerit, qui Arelatem a Rege Liutprando subjugatam asseruit. Quinimmo in Pontificali Romano verba haec non inveniuntur. Neque urbs Arelatensis, quam olim Gothi subegerant, Langobardis inde unquam subjecta fuit; sed ab illis postmodum Germanis, sive Francis concessa, Justiniano tunc temporis Imperatore annuente, ut ait Procopius l. 2. 34. qui Massiliam praesertim, Arelatemque Francorum imperio paruisse ostendit. Hac urbe Francos nusquam fuisse exspoliatos comperimus: & seculo Chr. VII. ad Regnum Neustriae ea spectare dignoscitur, ut ex Beda Hist. Eccl. 4. 1. advertit V. Cl. P. Berretta in Tab. Chorogr. Med. Aevi to. X. Coll. Ital. Muratorii. Nec Saraceni ex Hispania in Franciam Sec. VIII. (quo

Ejusdem Peregrinii notulae alphabeti literis distinctae.

(f) Usque ad mensem Julium anni 743. **Potius ad Januarium 744.*

(g) &

(h) *Arletensem.*

(i) *In suo.*

II. Post cujus obitum Hilpran nepos Luitprandi Regis praefuit Langobardis mensibus (*k*) septem, qui jam cum Luitprando octo regnaverat annos. (6)

III. Post hunc (*l*) Ratchis (*m*) regnavit annos quatuor, & menses novem. (7) Hujus (*n*) temporibus Karlomannus filius Karli Francorum Regis pro amore coelestis Regni terrenum relinquens Regnum, Romam adiit, (8) & a Zacharia Papa factus est Monachus. Et post aliquantum

(quo Liutprandus regnavit) irrumpentes, Arelatem expugnare potuere, licet ejus agros devastarint. Eorum cladem anno Dom. DCCXXXII. (ut Pagius contra Baronii sententiam probat) accidisse describit Paulus Diac. *l. 6. c.* 46. & Anastasius. Arelatem tamen Saraceni obsedere ann. DCCXXXIX. neque tunc temporis Langobardorum urbs illa, sed Francorum juris erat, ut ex Auct. contin. hist. Fredegarii in 1. *App. n.* 109. *p.* 677. clarissime evincitur. Imo ex eodemmet Paulo oculari teste habetur *l. 6. c.* 54. *Sarraceni iterato Gallorum fines ingressi usque ad Provinciam venerunt, & capta Arelate, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Karolus* (Martellus) *Legatos ad Liutprandum Regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxilium poposcit. Qui nihil moratus, cum omni Langobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit: quo comperto, gens Sarracenorum mox ab illis Regionibus aufugit, Liudprandus vero cum omni suo exercitu ad Italiam rediit.* Hinc falsum omnino esse colligitur quod praecitatus scriptor adfirmat, Liutprandum Langobardorum nempe Regem, qui Arelati auxilio venerat, eam subegisse anno DCCIXL. suoque imperio adjunxisse, cum Paulus testetur, illum, devictis Saracenis, cum omni suo exercitu in Italiam regressum.

(6) Hilpran, seu Hildebrandus mens. VII. circiter regnavit, scilicet ab Januario anni DCCXLIV. ad Julium mensem, aut Augustum. Corrigendus Peregrinius, qui illum ad annum ineuntem 744. vixisse autumavit.

(7) Ratchis regnavit annos V. & mens. VII. scilicet usque ad Martium DCCIL. ut videre est apud Baron. novae edit. in anno 750. *num.* 1. *& seqq.* ubi notae Pagii, & Mansi. Errat Peregrinius, qui ejus Regni finem prorogat ad 750.

(8) Carolomannus filius Caroli Martelli a Gallia discessit Romam

(k) Ad annum 744. ineuntem.
(l) *Rachis. Ratbis.*
(m) Ad 750.
(n) Vide Baron. ad ann. 748. * *Non hunc sed annum 746. num. 5. & 747. n.* 1.

tum temporis ad B. Benedicti, quod Aquinensium finibus situm est, profectus est Monasterium: Ratchis vero ad capiendam Perusinam urbem, sicut cetera Pentapoleos oppida, vehementi profectus est cum indignatione; quam & circumdans, fortiter expugnabat. Cui occurrit Zacharias Papa, & datis multis muneribus, multaque cum prece ab obsidione ipsius civitatis (*) amovit (†). Cum non multum post idem Ratchis divino instinctu Regalem relinquens dignitatem, devote cum uxore, & filiis ad B. Petri Principis Apostolorum (o) perrexit (.*) limina, clericusque effectus, Monachico (*.*) indutus est schemate (9) cum uxore, & filiis. Et ille quidem cum filiis ad B. Benedicti Coenobium profectus est, ubi sub arctissima vitae districtione vitam finivit. Uxor vero ejus, (p) Tasia nomine, cum (q) Rapteruda prole (†*) sua similiter mutato habitu ex propriis sumptibus Monasterium puellarum in Plumbariola (10) construxerunt, multisque ditarunt opibus, ibique sub magna districtione vitam ducentes, diem clauserunt extremum.

IV. Astulfus (*†*) frater Ratchis superioris Regis (r) re-

mam profecturus medium circiter annum DCCXLVII. (non autem DCCXLVIII. ut Peregrinius credidit) *ibique mutato habitu in Cassinum secedit*. ut habent ann. Franc. & Auctor continuationis historiae Fredegarii; quicquid in contrarium Baronius adferat *loc. cit. n. 2.* qui Peregrinio facem praetulit.

(9) Schemate, a Graeca voce *σχῆμα*, quod vestem, sive habitum signat. Scaliger apud Vossium in etym. Penulae servilis genus fuisse schema comprobat ex Theocrito, & ex Plauto in Amph. *prol. v.*117. quem consule.

(10) Plumbariola, locus prope Cassinum, cujus monasterii passim scriptores, ac diplomata Cassinensium meminerunt.

(*) *Al. recessit.*
(†) *Ann.* 749.
(o) *Conjunxit.*
(.*) *Al. pervenit.*
(*.*) *Monastico.*

(p) *Taxia, Tassia.*
(q) *Ratruda, Reptruda.*
(†*) *Filia.*
(*†*) *Aistulfus.*
(r) Ad ann. 756.

regnavit annos feptem, & menfes quinque (11). Hic multas, & graviffimas perfecutiones populo excitavit Romano, ita ut Urbem niteretur invadere, obfidione (f) circundatam; & ex omni populo per unumquemque fingulos aureos expetebat (12). Pro qua fcilicet perfecutione Stephanus II. Papa (13) Abbates Sanctorum Benedicti, & Vincentii ad eundem Regem deftinavit, (t) ut obfecrando a coepta perfecutione ceffaret. Qui nihil proficientes per aliud iter ad propria reverfi funt Monafteria. Hic autem Papa & Miffos Pipini Regis Francorum, & Legatos Imperiales mifit ad eundem Regem pro ablatis (u) urbibus; & dum nihil proficerent, ipfe cum fupra-

(11) Confer Baron. Nov. Edit. *fol.* 559. *&* 633. *to.* 12. ubi fufe de Aiftulfi morte. Nec verum eft ann. VII. & menf. V. regnaffe, fed vix feptennium implevit.

(12) Hujus in capita, feu per capita contributionis mentio apud Jureconfultos. Hanc etiam *capitationem* medii aevi fcriptores aliquando dixerunt: in tributum videlicet, ne agri circumcirca ferro, ignique traderentur.

(13) Stephanus II. a noftro Scriptore adpellatus vere fuit Stephanus III. qui II. fucceffit anno DCCLII. Hiftorici paffim hunc Stephanum III. cum anteceffore confundunt, cum paucis ipfe diebus fediffet. Vide Panvin. Baron. Pagium ad *h. a.n.*13. qui hunc e catalogo Pontificio expungit, quod nunquam ordinatus fuerit: Panviniumque carpit, qui primus hanc multiplicationem invexit. Videant eruditi.

Abbates SS. Benedicti, & Vincentii: in al. legitur: *Attonem Abbatem S. Vincentii, & Optatum S. Benedicti ad eundem Regem &c.* In Chron. Vulturnenfi *lib.* 1. mentio habetur hujus Attonis Abbatis illius Coenobii, cujus verba funt: *Et quoniam his temporibus Roma a Langobardis obfidebatur*, (hoc utique evenit ann. 756.) *praefatum venerabilem virum Attonem, & Optatum Abbatem S. Benedicti, qui poft Petronacem fuccefferat, Stephanus Papa pro neceffariis rebus Sedis Apoftolicae fibi familiariffimos habebat.* Abbas Atto electus eft anno 739. poft mortem Tafonis menfe Decembri ufque ad finem anni 760. quo diem fuum claufit extremum. Optatus fedit in Caffinenfi Coenobio ab anno 751. ad annum eundem 760.

(f) *Circumdata.*
(t) Deeft *ut*.
(u) *Urbis*.

praedictis Francorum Missis per Papiam ad Galliam (x) profectus est, & in S. Dionysii Monasterio Pipinus cum duobus filiis suis Reges sunt (y) ab eo uncti. Pipinus autem cum exercitu super (z) Papiam advenit, & obsedit; ac sacramentis a Langobardis acceptis pro reddendis urbibus ablatis, Galliam repedavit.

Post haec Astulfus (†), sacramento dirupto, nihil de rebus, & statutis adimplere voluit. Cum enim supradictus Papa in Galliam degeret, Astulfus Carolomannum germanum Pipini, quem superius Monachum memoratus sum, ad Galliam misit (*) adversari parti Reipublicae; qui retentus illuc a fratre, (a) vitam finivit. Cujus in locello (14) aureo gemmato corpus ab eodem germano cum aliis muneribus ad dictum Monasterium in (b) Cassino remissum est. Astulfus autem deinde omnes urbes Ravennatium undique circumdans, fortiter obsedit. Tunc marino itinere id nunciatum est Pipino Regi Francorum, qui sine mora Ticinum obsedit, donec daret idem Astulfus (15) Missos suos cum Missis Pipini, qui redderent universas urbes Petri Beati Vicario; quod & factum est (16). Pipinus vero via., qua venerat, rediit. Astulfus

(14) Al. *loculo inaurato, & gemmato*. Scilicet urna fortasse lignea ad modum capsulae auro circumquaque contecta, gemmisque aliquibus etiam interfepta, atque distincta. Tempus obitus Carolomanni ex recentiorum criticorum recensione designatur ann. 754.

(15) *Missos suos*, videlicet Legatos Aistulfi Regis, quibus praecipiebatur traditio, seu restitutio urbium omnium Exarchatus Ravennatis Romano Pontifici.

(16) Pipinus Francorum Rex antequam ex Italia proficisceretur, Fulradum Abbatem S. Dionysii ejus ibi legatum reliquit, ut initae pacis foedera cum urbium restitutione a dominio Ecclesiae per Aistulfum Regem ablatarum componeret: quod utique completum anno 756. sic-

(x) Ann. 753.
(y) Deest *ab eo*.
(z) Ann. 754.
(†) *Aistulfus*.
(*) Ann. 754.
(a) Ann. 755.
(b) *Casino*.

fus autem poft haec in venatione fagitta percuffus (c) mortuus eft. (17)

V. Defiderius autem cum (d) Adelgifo filio regnavit (e) annis XIX. (18). Hic cum diverfas perfecutiones faceret Reipublicae, & nollet Romano (f) Pontifici ablatas urbes reddere, & juftitiam facere; vel quia filios Karlimanni fratris Karli cum matre illorum (g) a fe fugientes fufcepit, fuper Papiam Carolus Rex advenit tempore Adriani Papae (19). Si quis autem hoc noffe defiderat, legat Epifcopale (h) Romanum, (i) illic difcere poterit. (20)

Tandem aut ejufdem Pauli Diaconi, ut credit Muratorius to. 1. p. 2. fol. 184. aut alterius cujufcumque, ut Pagius afſeveranter putat, fit fragmentum illud Langobardicae Hiftoriae, quod Paulo fuit attributum, & a Marquardo Frehero in corp. Franc. Hift. editum pag. 178. dignum fore exiftimavi, etiam ex hoc excerpendum effe, quod de poftremo Langobardorum Rege Defiderio, ejufque Regni excidio narrat.

Hic vero (*Defiderius*) confirmato Regno, cum jam per annos plures regnaffet, imitator factus Aiftulphi, abftulit civitatem Faventinam, & Ducatum Ferrariae, feu Comachium de Exarchatu Ravennate. Ad quem Adrianus Papa faepius fuos miffos direxit, & obfecratorias literas mifit, deprecans eum, ut a tantis malis refipifceret

ficque Pipini Regis virtute obtinuit Rom. Pontifex Campaniam Romaniam, quae modo *S. Petri Patrimonium* adpellatur.

(17) Aiftulphus non fagitta percuffus, fed equo infidens in praeceps lapfus interiit ann. 756. Auctor fortaffe fagittam divinae ultionis intelligit in poenam fuae contra Ecclefiam pervicaciae. Ann. Metenf. hoc. a. aliique Pagium.

(18) Annis XIX. nondum tamen exactis.

(19) Ideft Hadriani PP. I.

(20) Videlicet Pontificale, quod fub nomine Damafi circumfertur.

(c) Ann. 756.
(d) *Ardechifo*, & *Adelchifio*.
(e) Ad ann 774.
(f) *Populo*.
(g) *Ad fe*.
(h) *Romanorum*.
(i) *Illinc*.

ret, & eas, quas abstulerat, ad sedem Apostolicam redderet civitates. Sed nequaquam ejus cor lapideum potuit emolliri. Et .... necessitate compulsus direxit suos missos marino itinere cum Apostolicis literis ad Carolum Regem Francorum, deprecans ejus excellentiam, ut sicut genitor ejus, ita & ipse S. R. Ecclesiae subveniret. Quo confestim idem mitissimus Carolus Francorum Rex direxit eidem Desiderio suos missos, deprecans, ut easdem B. Petro Apostolo, quas abstulerat, pacifice redderet civitates, promittens insuper ei dare quatuordecim millia solidorum. Sed neque deprecationibus, neque muneribus ejus ferocissimum cor flectere valuit. Sed magis cum omni apparatu Langobardorum ad resistendum ei armatus occurrit. At vero Carolus Alpes transiens, cum Italiam ingredi coepisset, Langobardi cum Rege suo, dimissis propriis tentoriis, fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripiunt. Ipse vero Desiderius velociori cursu fugiens Papiam, se muniens clausit. Quem Carolus persecutus eandem civitatem ex omni parte circumdans vallavit, positisque custodibus, ad persequendum Adelcisum Desiderii Regis filium Veronam venit. Qui tanti Regis adventum metuens, post aliquos dies clam fugiens, in portu Pisano navale iter arripiens Constantinopolim non reversurus migravit. Carolus igitur Papiam reversus, cum jam per sex mensium spatia ibidem moraretur, (*) relicta ibi exercitus multitudine, ipse magnum habens desiderium orationis, voto Romam ad limina B. Petri Apostoli devotissimus venit. Reversusque Papiam, ipsamque obsidens, fortiterque debellans, eandem civitatem, simulque & Desiderium Langobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, suaeque potestati subjugavit, dominans Italiam, anno Domin. Incarnat. (21) DCCLXXIII. praefatum vero Desiderium,

(21) Annum postponit: cum revera Desiderius devictus fuerit, vinculisque traditus anno DCCLXXIV. ut alibi opportunius.

(*) Ann. 774.

derium, & ejus conjugem ad Franciam misit. Finitumque est Regnum Langobardorum, quod mansit per annos CCVI. postquam ipsi Italiam intraverunt.

DE ERCHEMPERTO

Et ejus Historia.

Sola ad humanae vitae incommoda natus est noster hic Erchempertus, quem vel viventem, vel demortuum nunquam non perpetua exagitarunt mala (l). *Is patre genitus Langobardo, sicut insitus illi amor gentis planius prae aliis indiculis declarat, proindeque viro Patricio, quod Leo Ostiensis lib.* 1. *cap.* 47. *confirmat, nomine adpellans Adelgarium, ceterum ignota est eductus patria. Nec suae primordia vitae clariora nobis remansere* (m), *quae nec sine aerumnis transegit; ipse enim hac in Historia num.* 44. *enarrat bonorum se amissionem anno* 881. *captivitatemque perpessum, quae, nisi idem me fallit, & fallitur Ostiensis, sibi adhuc puerulo infortunia contigerunt, ut mox planius constabit. Illud interim non est dissimulandum, videri cuivis posse Pilanum illud* (22) *Castrum (non admodum certae mihi positionis nomen)* (n) *ad quod captus*

(22) Pilanum Castrum Peregrinio ignotum Angelus a Nuce in Chron. Cass. notis, in agro Comitatus Theanensis fuisse probat; cujus rei argumenta idem Scriptor adfert in *lib. 1. cap.* 47. quorum potissimum est, Adelgarium patrem Erchemperti nobilem illius Comitatus virum fuisse, in cujus finibus Castrum illud situm erat, & a puero saepe ibi se incoluisse ipsemet Auctor narrat *num.* 44. Argumentis in praecitato loco a Nucaeo propositis addam verba cujusdam scripturae, ex quibus idipsum colligitur, & situs cujusdam loci dono datus anno 1093. Monialibus Monasterii S. Mariae Theani, a Pandulfo Comite, sub

(l) *Ejus pater, & genus Sed patria haud nota.*

(m) *Pueritia aerumnosa.*

(n) Non firme dixerim illud esse, de quo Ostiensis lib. 3. cap. 19.

captus est, natale eidem, vel pronioris incolatus extitisse solum, qui exinde dicat exulem se Capuam advectum, bonisque tunc omnibus a pueritia adquisitis exutum. Verum hoc utcunque se habeat, quinquennio post ista transacto: anno nempe 886. *in alterum ille, dum Capuam adiret, incidit damnum, quod legere est in hac pariter Historia num.* 61. *idemque apud Ostiensem loco jam producto. Sed cum hoc illi novum evenit malum coetui jam aggregatus erat* (o) *B. Benedicti, quod ex temporum collatione, quibus paulo post in alias idem ille impegit adversitates, sat constat, & ex ejusdem assertione elicitur, cum dicit, quod tunc una cum praeceptore suo Capuam repetebat digressus ab Angelario* (p) *Abb. Cassinensi, qui tunc temporis Monasterii a Saracenis anno* 884. *diruti (tempora nunc non examino) restitutioni incumbebat. Et sane de hoc nullus superesse videtur locus dubitandi, quandoquidem laudatus auctor Ostiensis diserte rem firmat, paraphrasi quadam Erchemperti enarrationem explanans, ac dicens praecedenti temporis momento, illum a patre Adelgario fuisse oblatum B. Benedicto, puerum adhuc, docilique ingenio praeditum; ut jam illud quoque, quod praedixeram, verum esse pernoscas, ex Ostiensis scilicet adsertione in Pilano Castro captum agentem tunc non firmam valde aetatem; cui subscribit, quod hoc de impubere Erchemperto Monachis tradito, Petrus Diac. Cass. libro non dum edito de Illustribus viris ejusdem Coenobii ibidem in Bibliotheca adservato, signatoque numero* 361. *Illi autem me-*

sub Oderisio Abbate Cassinensi *ejus Thio* describitur. *Item a parte ribi* (idest rivi) *mons, qui dicitur* Pileani, *qui descendit usque ad ribum, & vadit ad Castru Concha per castanetu Aliprand Judicis, & inde per serram dicti Castri ab Oriente &c.* In territorio igitur Theanensi, nec longe a Castro Conca dicto septentrionem versus, Pilanum situm fuit, ibique vulgo adhuc *a monte piano* adpellatur, sub quo veteris vestigia Arcis cernuntur.

(o) *Monachatus non felicior.*
(p) *Qui sub Angelario Abb. Cassinensi certe contigit.*

memoria utique lapso, ac dicenti Monachatum contigisse sub Abb. Ragemprando, qui post Angelarium sedit per tempora, ad quae Erchempertus nec vita, ut reor, nec certe Historia pervenit, deneganda ceteroqui est fides. Et plane Monachum se sub Angelario docet ille hac in Historia num. 69. *sed lapsus utique talis condonandus est Ostiensi. Eundem tamen nollem in alterum impegisse scopulum, naufragioque suo nobis sinceram actorum Erchemperti historiam deperiisse, sive in perpetua incertitudine fluctuabundam remansisse;* (q) *namque videri alicui posset, quod sub primo illo ad Pilanum infortunio, ne dum sub hoc posteriori, Erchempertus pueritiae annos jam transegerat, qui* omnibus bonis a pueritia adquisitis *se tunc exutum adfirmat. Nec plane pueri vocabulo Erchempertum aetate provectiorem demonstratum quis dixerit, acceptione alioqui non infrequenti, qua est quoque in vetusto lapide in meo suburbano Casapullae sic:* *HIC EST POSITVS SECVNDVS PVER Q. VIXIT ANNOS XXII.* (23) *res namque, de qua modo agitur, talem non vide-*

(23) Explicationem *Secundi Pueri* a Peregrinio heic allatam abs re esse profecto norunt omnes. Ac quidem Erchempertum, ipse adfirmat, puerum fuisse oblatum a patre in Coenobio Theanensi; sed voce *pueri* sane abutitur, cum in tenella aetate illum oblatum nequaquam velit. Licet enim negari nequeat vocabulum *puer* priscis auctoribus usurpatum persaepe fuisse pro adulta aetate, ut Cicero Octavianum *puerum* adpellat; atque Apulejus in Apol. *Pudentem privignum puerum* vocitavit, qui *jam curatorem haberet, non tutorem*, ut videre est apud *Voss. etym. verbo Puer.* quo loco etymon quoque hujus nominis ab eo explicatur; tamen heic non adolescentiam Erchemperti, ut tenet Peregrinius, sed teneram illius aetatem designat. Ceterum per additionem vocis *pueri* in praecit. inscriptione nedum *Secundi* aetas, sed ejus servilis conditio designari poterat. *Pueros* enim veteres scriptores adpellarunt servos, ut bene advertit Laurenbergius in Antiquar. Varro in Eum. *Vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum, & ancillarum*. Terentius in Andr. Plautus, & Cic. ad Q. Fratrem; & passim in Ep. fam. *Por* siquidem apud antiquos, ut notat Voss. loc. cit. pro *puer* usurpatum

(q) *At non adeo clarum, qua viri aetate.*

videtur admittere interpretationem; siquidem valde illi opponuntur ista: a patre nempe fuisse oblatum, quod de vere pueralis contigit tunc ex communi usu fieri; & traditionis tempore indolem praesagivisse commendandam, utpote qui aetate tener, ex saeculi pariter more, in Monasterii scholis primo erudiendus fuerit, & mox inter Monachos cooptandus: quae, ni fallor, apud antiquitatis peritos antiquorum contestatione non egent. (a) Verumtamen de anno Monachatus Erchemperti adhuc aliquis superesse poterit in assertione Ostiensis scrupulus, licet sub Abb. Angelario id actum ultro concederetur. Sed de hoc priusquam dicam, nonnihil de reliquis ejusdem, vel actis, vel passis praeloqui me oportet. (b) Capuam igitur ille postquam exul fuit ductus anno 881. *in eadem pariter urbe nonnullos transegit annos, quod tria nos docere possunt indicia. Primum, quia Capuam repetebat, quando quinquennio post in novum incidit malum. Secundum, quia ibidem, jam B. Benedicto militans, (c) Cellam ab Abb. Angelario sibi traditam, hoc est Ecclesiam, Monasteriumque, sive Casam juris Coenobii Cassinensis cum adtributis praediis regebat in anno* 887. *sicut ipse de se dicit num.* 69. *Tertium, quia Campanorum res adeo affatim, ac minutim describit, reliquorum nostratium Langobardorum quasi per transcursum tantummodo libatis, ut eas novisse, nisi praesentem credere nullo valeam modo. Quartum quoque adderem; quod nempe Campanis ex longo incolatu animo jam factus propensior, istorum damnis saepe saepius videatur tristari; & eorundem victoriis assurgere; sed jam initio subindicavi motum illum in hos animi affectus fuisse amore potius universae Langobardorum gentis, quam Campano-*

patum; unde *Quinctipor*, *Marcipor*, ac alia id genus, Quincti puer &c. sive servus intelligebatur; servis quidem interdum dominorum suorum nomina adjungebantur, ut passim apud Latinos.

(a) *De quo nil modo diffinitur.*
(b) *Is tamen Capuae tunc mansit.*
(c) *Cellam Monast. Cassinensis administrans.*

panorum; *quod in ipso suae Historiae vestibulo*, *& num.* 74. *manifesto demonstrat*. *Sed attende*, *quae tunc quoque virum novae exagitarunt aerumnae*. (a) *Missus a suo Abb. Angelario fuerat ad Romanum Pontificem Stephanum*, *a quo plena obtinuerat postulata*; *sed quia legatione illa animum offenderat Atenolfi Campani tunc Comitis*, *is commissam Erchemperto Cellam vi abstulit*, *sicut videre est in praeeicato num.* 69. *idque eodem signato anno* 887. *indubitata res est contigisse*. *Qualis vero vis illata illi fuerit*, *non ibi adscribitur*; *sed aerumnosis illis temporibus viri saeculo potentes indiscrete religiosos exagitare consuevisse viros*, *resque eorum*, *innumera docent nos exempla*, *satque sit tibi*, *quod idem Erchempertus suppeditat num.* 13. *scribens de Cassinense Abbate Deus dedit nomine*, *quem Princeps Beneventi Sicardus* a Pastorali Monasterio Monachorum, saeculari magis potentia, quam congrua ratione, deposuit, ac custodiae mancipavit. *Atenolfo autem non obstitit Angelarius*, *etsi favore fretus Summi Pontificis valuisset*; *sed majora*, *ut opinor*, *meditans*, *obsecundare maluit*, *vel imperanti*, *vel expetenti*; *sicque munere suo exutus est Erchempertus*. *At de illo quid postmodum actum sit*, *firmiter satis*, *nec rei gestae descriptio*, *nec suggerit conjectura*. *Hoc unum tamen opinari haud displicet*, *illum aequo animo tunc ista ferentem*, *vel Capuae remansisse*, *vel Teanum ad confratres ibidem degentes commigrasse*; *alterutroque in loco anno* 889. *occubuisse*, *qui exeuntem annum* 888. *viderat*, *descripseratque*, *nec ulterius Historiam produxerat suam*; *quam se producturum promiserat*, *sicuti altera jam vice ad num.* 79. *deposuerat*, *sed tribus postremis numeris resumpserat*. *Alii alio ista*, *fortasse*, *ducent*, *conjecturamque hanc meam aspernabuntur*; *& sane non latet me potuisse Erchempertum non hac producta causa a scribendo abstinere*; *sed promptior ista visa est occasio*, *quam*

(a) *Legatione ad Roman. Pontificem quoque functus*.

quam dedi, & ab omni divinatione remotior. Verum quod hunc distuli locum modo resumam: tempus scilicet (a) Monachatus Erchemperti aetate tenelli non videri contigisse sub Abb. Angelario, qui non ante annum 884. *Abbatiam fuit indeptus, sed ante sane quam multo. Nam esto primo illius praesulatus anno oblatus a patre fuisset, sat cito, ne dum sacrorum librorum lectione decursa, eorumdem phrasim, ac sententias, ut praesefert, percalluisset; verum ad apices munerum sui Ordinis convolasset, aetateque tenera iis impar; hoc est anno* 887. *curam Cellae administrans, ac Legatum ad Summum agens Pontificem, qui anno jam praecedenti fuerat sub Grammatices, Monasticaeque regulae praeceptore. Quocirca proclive magis esses credere Monachum induisse Erchempertum sub Abb. Berthario, qui ante* 28. *prope annos fuerat Abbas renunciatus, puerum tunc plane illum, ac ad Pilanum rebus a pueritia adquisitis nondum exutum; (b) Cum ceteroqui videri possit Ostiensem in hoc pariter memoria excidisse* (24), *quod*

(24) Carpit heic Ostiensem Peregrinius. Ab Angelo Nucaeo loc.cit. Peregrinius ipse notatur. At quam longe a veritate uterque abhorreat, mox profecto planum fiet. Erchempertus quidem (quicquid hi scriptores in subsidium suae sententiae in medium attulerint) nec puer erat anno 881. nec sub Abbate aut Ragemprando, quod ridiculum sane foret, aut Angelario oblatus fuit a patre, sed sub ejus antecessore Berthario anno circiter 860. (ne multae in unum congerantur inter se pugnantes, & a vero abhorrentes auctorum opiniones) illum *Adelgarius nobilis de Theano obtulit*, verba sunt Ostiensis, *B. Benedicto apud Theanum docilis ingenii* puerum. Nec *ad puerum* juxta allatum modo Peregrinii sensum fuisse dicendum est; sed vere puerum infra decennium aetatis suae. Uterque fortasse scriptor hoc accidisse putat sub Angelario Abbate, ea ducti ratione, quod tunc temporis Cassinensi Monasterio a Saracenis pene destructo, Theani Coenobium Cassinensi subjectum Abbas ipse Cassinensis, ceterique Monachi incolerent. At pace horum Cl. virorum, non abs re est opinari, illum a patre Adelgario fuisse oblatum Berthario Abbati, (aut Theanensi Praeposito) dum

(a) *Iterum de tempore Monachatus, deque aetate viri.*

(b) *Ostiensis infirmum testimonium.*

quod Monachatum, & damnum prope Capuam acceptum sub uno, eodemque Abbate contigisse affirmet, perindeque sub Angelario; quoniam semel de hoc damni illati tempore, deque Monachatu sub Ragemprando manifesti sit convictus erroris. Monachus igitur non inepte reputabitur factus sub Bertbario, & annis aliquot antequam 881. evolutus esset, omni de reliquo cessante repugnantia, maxima-

dum Theani moraretur in Monasterio illo sibi fortasse ad incolendum aptiore & commodiore, multo ante quam Cassinense Monasterium a Saracenis flammis absumeretur. Percelebre sane tunc erat Theani Monasterium (tametsi *Cellae* nomine vocitatum) multosque alebat Monachos, ita ut Guaiferius Salerni Princeps, suscepto illius Ordinis habitu, cum in Cassinense Monasterium se transferre vellet, & ob Saracenorum per Campanam provinciam incursiones impediretur, vita functus, ibi in Theanensi Monasterio tanquam satis nobili sepulcro tumulatus fuerit; ut narrat Ostiensis *lib.1.cap.42.* qui ejusdem Coenobii Praepositos pluries memorat, atque commendat, palamque fit ex Petri Diac. Reg. apud Gattulam Hist. Cass. Berthatius quidem anno circiter 878. Theani fortasse moratus est, cum Romam una cum Leone ejus urbis Episcopo profecturus, ut Romanum Pontificem pro Capuanae Ecclesiae schismate componendo simul adirent, cum eodem Episcopo, Capuanisque Proceribus diu fortasse de rebus tanti momenti communicare debuit, ut ex cit. Ostiensi *lib.1.cap.41.* Peregrinius igitur, qui aetatem Erchemperti multo serius, quam revera fuit, statuere conatus est, tametsi sub Berthario ejus Monachatus initia approbaverit, frustra tamen, ni fallor, in aliis subsequentibus laboravit. Nam si circa annum 860. ut innuit, vitae ejus initium ponit, ejusdemque mortem an. 889. integer ejus vitae cursus ad annos 30. foret deducendus, quod omnino incongruum videtur, atque inverisimile. Quomodo enim Erchempertus tam brevi temporis spatio scientias excolere potuit, quibus optime pro seculi barbarie imbutus fuerat, legationem gerere, historiam describere, suaeque Regulae ministeria sedulo obire, atque annos agens ferme 30. diem clausisse suum anno 889. Verisimilius est sub initio Praesulatus Berthari, videlicet, ante ann. 860. oblatum fuisse Theanensi in Monasterio, patri, ob vicinitatem Pilani Castri, opportuniori: neque errasse Ostiensem, ut Nucaeus advertit, sed amanuensium potius transpositione, quod pluribus in locis hujus scriptoris animadvertitur, ipso etiam Peregrinio, aliisque testibus, hoc contigisse fatendum est. Ita sane satis commode, quae posterius de Erchemperto narrantur, de ejus scilicet captura, legatione ad Stephanum Papam, praefectura, aliarumque ab eo gestarum rerum

ximaque accedente rerum, quae postea sunt secutae, concordia; in anno enim 887. processisse potuerat ad maturiorem aetatem, congeminatisque muneribus congruam sane, magisque consentaneam. Nec producta modo castigatio contrarietate impeditur ulla: quinimmo ipsiusmet Erchemperti testimonio videtur posse consolidari, qui num. 21. praesentem se conspexisse mala affirmat, quae Campani

rum monumenta vera esse poterunt, alias prorsus inextricabilia.

At nec Peregrinio, neque ejus antesignano Caracciolo, aliisque, qui illorum ex fontibus hauserunt, diem emortualem Erchemperti accidisse anno 889. lubenter adsentio. Hi enim Petri Diaconi auctoritatem nulla argumentorum vi dejicere conantur. Concedit utique Peregrinius, illum sub Imp. Ludovico vixisse, sed de Ludovico II. Petrum locutum adfirmat, cum Erchemperti obitam mortem anno 889. contigisse contendat: non alio sane ductus argumento, quod suam Erchempertus historiam ad annum 888. produxerit, quam ultra prosecuturum adpromiserat. At unde constat, illum adpromissam historiam non persecutum? Quid quod illam jam descriptam deperditam adfirmemus? At sane innumeri sunt Codices, quos fato ereptos in tenebris jacere cognoscimus; ac praesertim quod ad ipsius Erchemperti opera attinet, quae Petrus Diaconus enumerat, revera ab eo composita videntur, utpote digniora scitu memoriae posterorum tradenda, ante quam fusiorem Langobardorum historiam attexeret, quam postmodum absolvisse censendus est Erchempertus. Ceterum fabulam cecinisse Peregrinium nostrum puto, cum adfirmet, paucorum duntaxat mensium spatio historiam suam Erchempertum compilasse; quod argumento esse posse, ait, illum monumenta omnia facillime novisse, quod adhuc fortasse illorum testes locupletissimi extarent, degerentque. Neque absonum veritati videtur, Petrum Diaconum, qui in Casinensi Monasterio tunc temporis vitam agebat, ibique historiam suam bibliothecae illius codicibus satis instructus describebat, ea quae Erchempertus opera ediderat, ignorasse; cum alia quoque antiquiora, nunc vero aut mutila, aut deperdita, aut saltem interpolata, & instaurata, prae oculis habuerit, & in ordinem digesserit. Sed esto Erchempertus suam historiam non absolverit, quid ad rem? argumento ne id esse censendum erit, illum tunc temporis certo obiisse? Adpromiserat sane se historiam persecuturum; morbo fortasse deinceps, impeditus, aliave occupatione distentus illam imperfectam, & minime absolutam reliquit. Ad priora tandem redeat sermo. Sub Berthario oblatum fuisse Erchempertum anno circit. 860. ultro concedimus; illum vero puerum fuisse, cum Pilani Castri bona omnia hostes diripuerant, omni-

ni Episcopi, & Comitis Landulfi factiosis operibus provenere, illeque diem obierat suum mense Martio anni 879. Ita ut inde colligi clare possit, Erchempertum satis sibi constare; vereque biennio post, in anno videlicet 881. cum ad Pilanum est captus, pueritiae annos jam excessisse; eademque de causa Historiam suam a novae Capuae reparatione dedisse pinguiorem, hoc est ab anno 850. utpote vere sibi Historiam, *hoc est*, (a) Spectaculum *atque praesentem. Quibus omnibus mire, & clare favet Petrus Diac. in praecitato libro de Viris Illustribus, dicens Erchempertum vixisse sub Imp. Ludovico, hoc est, Lotharii filio, qui obiit anno 874. Verum enim vero, quod meus in illum de Capua optime meritum amor voluit, ut non perfunctorie acta, scriptaque ejus, qua elucidatum, quave expurgatum item, idem impellit ille, ut Leonis Ostiensis Cardina-*

omnino negandum. Illic enim jam Monachus immorari debuit, qui a puero intra Claustri septa degebat; bonaque omnia sui incolatus ibi, quae amiserat, adquisivisse dicendus erit, non vero patrimonialia; ea duntaxat scilicet, quae ipse sua opera scientiarum ope comparaverat. Nec ea quae ulterius de seipso narrat Chronologus noster, aetatem minus quam maturiorem designant, quandoquidem ejus ad PP. Stephanum legatio, praepositura, historiae exaratio hominem jam excultum, probatumque exposcebant, non adolescentem. Qua de re conjiciendum potius existimo, Erchempertum sub Ludovico II. ortum habuisse, obitum vero sub Ludovico III. Augustis, ut Petri Diaconi auctoritas a falsitatis, aut incuriae nota vindicetur, veritasque clarius pateat, illum non tam brevi vixisse, quam alii usquemodo crediderint. Aut si anno 890. circ. (ut Peregrinio manus demus) defunctus ille credendus sit, sub initio Imperii Ludovici II. lucem aspexisse omnino fatendum, anno nempe 850. circ. aut 849. ut quidam opinantur, qui annos Imperii vel a tempore, quo a patre ejus collega electus est, vel quo Romae coronam adeptus, non autem anno 855. quo Lothario ipse patri successit, ut aetas saltem annorum quadraginta Chronologo nostro adsignetur, quod mihi quidem parum probatur; sed potius ad annum usque quinquagesimum vitam deduxisse, & circa annum 900. sub III. Ludovico obiisse. Quae tamen argumenta si eruditus Lector adprobare noluerit, neutiquam pro meis hisce conjectionibus reclamabo.

(a) Suidas hoc verbo.

nalis amplissimi patrocinium suscipiam, licet ponderosius, quam vires ferant meae, dum utriusque merita in patrium imparia non sunt meam. (a) *Et plane illius assertio ab inflicta censura vindicari posse arbitror, si germana quadam explanatione excipiatur, qua Erchempertum puerum dictum fuisse opinemur, non quod quinquennis, sexennisque fuerit tunc puer, sed quod non se ipso, nec* per capillos capitis sui (*ut cum eodem loquar Ostiense lib.* 1. *cap.* 45.) *tradiderit se B. Benedicto, verum aetate aliquanto provectior fuerit traditus a patre Adelgario, ut ceteri tenelli tradi consueverunt. Qui ingenii, qua pollebat, acritate, exiguo temporis spatio, & prae rudi illo saeculo ad miraculum usque Grammaticam, Poeticam, Rhetoricamque utcumque assecutus, Cellam continuo administravit, legationisque munus exercuit, ut hoc quoque supra aetatem miraculum mundus ille admiratus fuerit; & eopse miraculo legatus electus, legatioque ejus carior, acceptiorque Romano fuerit Pontifici. Nec tamen ob id crediderim illum, ut summum attigisse tunc annum vicesimum quintum, quem nec excessisse oportet opinari, si vera sunt, quae de ejus dixi excessu mox a deposita Historia secuto in anno* 889. *quod verissimum esse confirmat eadem ignea illius mentis vis; quae nullatenus, si advixisset, silentio conclusa valuisset contineri. Vitam igitur Erchempertus (natura sic semper exuberando deficiente) praepropere maturavit, qui praecoci fuerat praeditus ingenio. At quod de ejusdem tempestiva sacrarum literarum scientia praeposueram mirum esse non debet, cui novum quoque non sit, olim in scholis sacros potissimum admissos fuisse libros, & apud plerosque alios nullos. Nec pariter demiremur, quod is dicat praesentia se vidisse mala, quae Landulfi Episcopi opera contigere; namque damna significare voluit ea, quorum ipse pars quoque fuit, & quae Episcopi mortem fuerunt subsecuta* (25), *ut, si locus extremi* num.

(25) Judicet Lector, an hic oscitaverit Peregrinius?

(a) *Consolidatur.*

num. 31. cum dicto num. 21. conferatur, palam faciet.
Testimonium vero Petri Diac. quanti in hoc sit faciendum, ex infra notandis manifestabitur; qui si Erchemperti Historiam libasset, non sub Ludovico, sed sub Carolo III. illum vixisse agnovisset: imperavit enim Carolus ab anno 881. ad annum 888. quo plane annorum decursu tota Erchemperti, quatenus innotuit, vita fuerat peracta. Sed de his hactenus.

Quae vero eidem post mortem, (a) ut praemonebam; alia nova accesserint infortunia, illaque, quod in defunctum illata, numero damnoque majora, ac tempore diuturniora, non erit qui nesciat, dummodo ejus Historiae facies, vel in scriptis Codicibus, qui in Chartis plures habentur, vel in Edito inspiciatur. Nec mihi majore improprietate Erchemperti Historia absolute dicitur Erchempertus, quam si cadaver illius eodem appellarem nomine. In illam, inquam, tot, tamque alta chartaceis in Codicibus a librariis fuere inflicta vulnera, ut Antonius Caracciolus Clericus Regularis, (b) clarissimi, eruditissimique viri nomen, integrae sanitati multa licet reddiderit, plurima tamen sua in editione incurata reliquit, prae taedio, ut puto, ad majora conversus studia, quae sectabatur magno literariae Reipublicae emolumento. Sed vulnera ista curatum modo, non deploratum imus; sique frustra ierimus, attentus, peritusque judicabit Lector: omnis alius praejudicabit. Tempus idcirco in his non absumam, & quae de Erchemperti modo Historia sunt congrue ad hunc locum adnotanda, paucis absolvam. (c) Aggressus illum est, ut opinor, noster post partam insignem ab Atenolfo Campano Comite de Neapolitanis victoriam, quae contigit aestate non dum transgressa anni 888. nec suo solius arbitrio, sed, ut ipse praefatur, hortatu Algelgisi nobilis, sapientisque viri, quem Campanum, vel Campanis

(a) *Erchemperti Historia male habita a librariis.*
(b) *Primum recensita ab Anton. Caracc. V. C.*
(c) *Cur, & quando illam aggressus noster.*

nis animo propensum ex petitione eadem sua, reque ab Erchemperto praestita agnosco, totus enim in Campanorum rebus laborat. Non ausim tamen satis firmiter affirmare, an iste ille idem fuerit Alcisus, de quo habetur num. 63. *quique eidem Atenolfo Capuam fratribus praeripienti non adstitit, sed contra Neapolitanum Episcopum, ac Ducem belligeranti adstitisse arduum non est divinare. Et sane quod Erchempertus se tunc dederit huic Historiae, inferri ex hoc posse persuadeor, quod in Praefatione consuetudinem illam ab Historiographis retineri imposuit*, ut ea tantummodo retexere soleant, quae ad laudem gentis pertinere noscuntur; *in quo Pauli Diaconi consilium laudat, & se dicit descripturum Langobardorum damna, & improperia. Cur igitur non abstinuit; immo prudens, idemque nobilis vir Algelgisus cupide id expetivit? Scies, si quae olim longo aevo inter Campanos, Neapolitanosque intercessere bella, ad mentem revoces, quibus utrorumque invicem odia sic efferbuere, ut videre mihi videar illos partam tunc victoriam tanti fecisse, quia Neapolitani moenibus conclusi suis palantes sinebant omnia pervadere hostes, ut unam illam omnibus praeteritis damnis vel illatis, vel passis maxime praeferrent. Quibus pariter Algelgisus rebus elatus prosperis Erchemperto institit, ut occasione continuandae Historiae Pauli Diaconi, quod nullus hactenus attigerat, suum institueret Auctarium, quod sine adeo memorando, ac Campanae genti decoro concluderet. Illeque haud plane invitus, immo privato etiam odio Neapolitanis infensus. ut ex num.* 44. *&* 61. *colligi potest, petenti ultro obsecundavit; proindeque ingenti de victoria illa tripudians exultatione conspicitur num.* 74. (26) *Hac ergo occa-*

(26) Peregrinii de Adelgisio conjectura acuta sane est, & veritati consona. Verum addendum puto, nomen Adelgisii, (al. *Agelgisii*, sive *Algisii*) ad nobilem olim Capuae familiam effluxisse. Siquidem in hujus urbis Thesauro charta quaedam concessionis adservatur anni 1123. ab Ecclesia S. Johannis de Turrepaldo, seu Nobilium Hominum, in qua *finis* cujusdam domus designatur prope *Arcum Algisii*, qui

occasione Erchempertum, credam, Historiam adgressum, quum absolvisse opus est paucis decursis mensibus; namque ut constat ex num. 79. & 82. finem eidem imposuit eodem anno 888. nondum exacto. (a) *Nec improbabile cuiquam sit tam cito Avorum memorias ex centum retroactis annis pervestigare potuisse; etenim illas non ex libris excerpere necesse habuit, quippe qui* visa se, & audita (b) *descriptturum praeloquatur, non autem scripta, quae iis de rebus adhuc nulla exarata fuisse ob id ipsum opinor, sed ex facili cum familiaribus collocutione hausit; cetteque Langobardi res, & genealogias suas, immo leges omnes prompta memoria retinere consueverunt; praeterquam quod Erchempertus summatim adnotavit; quae Principem Radelchim praecessere, hoc est annum 839. utpote aetate remotiora, & viventibus tunc senioribus minus nota, qui reliqua ab illius Principis aevo potuerunt omnia probe nosse.*

Ceterum haec Historia ab Ostiensis fere tempore, (c) *qui in primo sui Chronici libro ea fuerat usus, hoc est ab anno circiter* 1100. *diu neglecta, obscuraque manserat;* *ejus-*

qui adhuc extat, & nomen Arcus Algisii hactenus retinet; ac proxima Paroecia sub eodem Arcu extructa vetusto sane tempore ad Arcum Algisii nuncupatur. Ceterum de Adelgiso Capuae Judice meminit charta quaedam anni 1059. a Jordano Principe Monasterio S. Vincentii dono data; in qua Adelgisius Judex dicitur filius Adelgisi Judicis; eidemque chartae subscribit alius Adelgisus testis. Passim inde de Adelgisiis, sive Algisiis in veteribus Capuae chartis mentio; quo planu..i profecto fit, celebres ea in urbe fuisse Adelgisios, e quibus Algisiorum profecto familia facile manavit. Illustrior deinceps fieri coepit seculo Chr. XIV. novumque illi decus addidere Petrus, & Johannes, vel Jannoctus de Algisiis fratres militaribus ornamentis decorati; ut & cujusdam scripturae certo monumento ann. 1312. in Archivio S. Laurentii Aversanae urbis colligitur. Optime sane conjicit Peregrinius, Adelgisium illum, qui Erchemperto in describenda historia auctor fuit, Capuanum fuisse, cui lubenter adsentio.

(a) *Qua diligentia, ac sinceritate in ea usus.*

(b) Vide infra, ubi de Anonymo Salern. num. 6.

(c) *Eademque quando iterum innotuit, & quo auctore.*

ejusdemque exemplar nullum nobis nisi unum in membranis scriptum remanserat, quod apud Salernitanos delitescebat, operaque tandem Marini Frecciae J.C. innotuit, qui Stabiis autumnalibus feriis commorans, exemplum inde sua exripsit manu, operi insistens a die 29. *Augusti anni* 1560. *ad diem* 16. *Octobris ejusdem anni, ut ipse de se fatetur in libro de Subfeudis* 1. *Cap. de Provin. & Civit. Regni, nu.* 36. *& ad finem novi a se exarati Codicis, ex quo in dies plurimi, qui modo Papyracei habentur, effluxere, plerique recentiores literati viri utiliter in operibus sunt usi suis, licet corruptissimis. Exemplar autem illud in Vaticanam postmodum inductum fuit Bibliothecam, ut indicium, quo est praesignatum, commonstrat; siquidem habet ad oram nonnullas Glossas, sive Adnotamenta ex eadem Historia excerpta, eaque non admodum novitia manu conscripta, quae prorsus eadem ex Frecciano oborti Codd. retinent multi, ac vulgo ab eodem Freccia exarata creduntur; sed ipsamet illa, me judice, Salernitanum civem probant habuisse auctorem, Freccia sane integro ad minus saeculo antiquiorem,* (a) *ut opportuniori loco de hoc, & de ceteris, quae ad notitiam spectant horum Codicum, qui circumferuntur, fuse dicam, & alibi quoque in Notis, quo pariter loco reddetur mihi ratio Epigraphes, quam huic Historiae adfixi, ibidemque complurium Scriptorum testimonia de Erchemperto prolata seriatim dabo; namque satis longum, & alienum esse duxi diutius hic immorari.* (b) *Unum tamen non differam, mirari scilicet me, quod Petrus Diac. libr. de Vir. Illustr. alias laudato, duo alia, quae non extant, opera adnotarit a nostro Erchemperto fuisse scripta, sic dicens.* De Destructione, & Renovatione Cassinensis Coenobii: Nec non de Ismaelitarum incursione Historiam satis necessariam composuit. *Nec una in Historia significare ille voluerit utramque descriptam fuisse cladem, quam utique Historiam alteram ab hac credere nullus recusa-*

(a) Ubi de Anonymo Salernit. *scripta, illi asserenda.*
(b) *Nec alia, prosa oratione con-*

occasione Erchempertum, credam, Historiam adgressum, quum absolvisse opus est paucis decursis mensibus; namque ut constat ex num. 79. *&* 82. *finem eidem imposuit eodem anno* 888. *nondum exacto*. (a) *Nec improbabile cuiquam sit tam cito Avorum memorias ex centum retroactis annis pervestigare potuisse; etenim illas non ex libris excerpere necesse habuit, quippe qui* visa se, & audita (b) *descripturum praeloquatur, non autem scripta, quae iis de rebus adhuc nulla exarata fuisse ob id ipsum opinor, sed ex facili cum familiaribus collocutione hausit; cete teque Langobardi res, & genealogias suas, immo leges omnes prompta memoria retinere consueverunt; praeterquam quod Erchempertus summatim adnotavit; quae Principem Radelchim praecessere, hoc est annum* 839. *utpote aetate remotiora, & viventibus tunc senioribus minus nota, qui reliqua ab illius Principis aevo potuerunt omnia probe nosse.*

Ceterum haec Historia ab Ostiensis fere tempore, (c) *qui in primo sui Chronici libro ea fuerat usus, hoc est ab anno circiter* 1100. *diu neglecta, obscuraque manserat; ejus-*

qui adhuc extat, & nomen Arcus Algisii hactenus retinet; ac proxima Paroecia sub eodem Arcu extructa vetusto sane tempore ad Arcum Algisii nuncupatur. Ceterum de Adelgiso Capuae Judice meminit charta quaedam anni 1059. a Jordano Principe Monasterio S. Vincentii dono data; in qua Adelgisius Judex dicitur filius Adelgisi Judicis; eidemque chartae subscribit alius Adelgisus testis. Passim inde de Adelgisiis, sive Algisiis in veteribus Capuae chartis mentio; quo planum profecto fit, celebres ea in urbe fuisse Adelgisios, e quibus Algisiorum profecto familia facile manavit. Illustrior deinceps fieri coepit seculo Chr. XIV. novumque illi decus addidere Petrus, & Johannes, vel Jannoctus de Algisiis fratres militaribus ornamentis decorati; ut & cujusdam scripturae certo monumento ann. 1312. in Archivio S. Laurentii Aversanae urbis colligitur. Optime sane conjicit Peregrinius, Adelgisium illum, qui Erchemperto in describenda historia auctor fuit, Capuanum fuisse, cui lubenter adsentio.

(a) *Qua diligentia, ac sinceritate in ea usus.*

(b) Vide infra, ubi de Anonymo Salern. num. 6.

(c) *Eademque quando iterum innotuit, & quo auctore.*

ejusdemque exemplar nullum nobis nisi unum in membranis scriptum remanserat, quod apud Salernitanos delitescebat, operaque tandem Marini Frecciae J.C. innotuit, qui Stabiis autumnalibus feriis commorans, exemplum inde sua excripsit manu, operi insistens a die 29. Augusti anni 1560. *ad diem* 16. *Octobris ejusdem anni, ut ipse de se fatetur in libro de Subfeudis* 1. *Cap. de Provin. & Civit. Regni, nu.* 36. *& ad finem novi a se exarati Codicis, ex quo in dies plurimi, qui modo Papyracei habentur, effluxere, plerique recentiores literati viri utiliter in operibus sunt usi suis, licet corruptissimis. Exemplar autem illud in Vaticanam postmodum inductum fuit Bibliothecam, ut indicium, quo est praesignatum, commonstrat; siquidem habet ad oram nonnullas Glossas, sive Adnotamenta ex eadem Historia excerpta, eaque non admodum novitia manu conscripta, quae prorsus eadem ex Frecciano oborti Codd. retinent multi, ac vulgo ab eodem Freccia exarata creduntur; sed ipsamet illa, me judice, Salernitanum civem probant habuisse auctorem, Freccia sane integro ad minus saeculo antiquiorem,* (a) *ut opportuniori loco de hoc, & de ceteris, quae ad notitiam spectant horum Codicum, qui circumferuntur, fuse dicam, & alibi quoque in Notis, quo pariter loco reddetur mihi ratio Epigraphes, quam huic Historiae adfixi, ibidemque complurium Scriptorum testimonia de Erchemperto prolata seriatim dabo; namque satis longum, & alienum esse duxi diutius hic immorari.* (b) *Unum tamen non differam, mirari scilicet me, quod Petrus Diac. libr. de Vir. Illustr. alias laudato, duo alia, quae non extant, opera adnotarit a nostro Erchemperto fuisse scripta, sic dicens*. De Destructione, & Renovatione Cassinensis Coenobii: Nec non de Ismaelitarum incursione Historiam satis necessariam composuit. *Nec una in Historia significare ille voluerit utramque descriptam fuisse cladem, quam utique Historiam alteram ab hac credere nullus recusa-*

(a) Ubi de Anonymo Salernit.
(b) *Nec alia, prosa oratione conscripta, illi asserenda.*

H 2

cusabit; qui recusare quoque velit Petrum oscitanter ista adnotasse. Sed eum ab hac culpa defendat, qui volet: ego plane, eodem consentiente Erchemperto num. 31. *novi a se non modo praesentem exaratam Historiam, sed Carmina quoque de Landolfo Campano Episcopo, & Comite, deque aliis alia, quorum fragmenta reputo versus, qui habentur num.* 6. 9. & 21. *nec tamen illa Petrus adnumeravit; quod plane fecisset, si praesentem saltem percurrisset Historiam, sicut paulo ante monebam.* (a) *Ni, forte, praetereunda censuerit, quod tam his metris, quam prosa illa eadem fere haberentur descripta Langobardorum gesta; quam equidem de utrisque, nec sine divinatione, opinionem habeo, sed suffragantibus mihi indicatis fragmentis, & saeculi more non reclamante, cujus exemplum habeo in tumulo filiorum Principis Landulfi Capuae positi infra una cum aliis adscribendo.*

De mea vero recensione hoc addo, (b) *quod cum operi me primum dederam, purae innitens conjecturae, & collatione utens Auctorum, qui editi, ineditique eadem tradiderant, uno adjuvabar scripto chartaceo Codice, quam Hieronymus de Barone Patricius Campanus, & Dux Frisae exscribi curaverat e Frecciano exemplari manu librarii conductitii, ac plane inerudití, quibus adjutus adminiculis graviora plurima reformaveram errata, nunnullis exceptis diligentiorem curam exquirentibus: Postmodum illuxit mihi amor Lucae Holstenii V.C. qui & ipse amor literatorum, ac delicium: an dicam quoque norma? favorem conciliante Petro La Sena, eheu, viri nomen eruditissimi, sanctissimique, ac mei amantissimi, nec unquam sine luctu recordandum. Magnusque vir ille meis precibus, jam enim diem obierat La Sena, editum Codicem Erchemperti cum scripto membranaceo, qui in Vaticana Bibliotheca adservatur, numero signatus* 5001. *contulit, variantesque lectiones sua manu ad oram editi libri adnotavit, conjectura, ut monuit,* & *ipse*

(a) *Sed metro quidem, ejusdemque argumenti.*

(b) *Recensionis meae ratio.*

& ipse quandoque usus, mihique librum notulis, hoc est margaritis, exornatum transmisit perhumanissime. Quo adjumento omnis propemodum mea in Erchempertum castigatio consolidata remansit, desperataque illa fere omnia medicinam accepere, & sanitatem. Tandem nactus sum alterum Codicem, & ipsum papyraceum, qui est Andreae Marchesii Campani quoque Patricii, Principis Montis Marani, & in hoc Regno Regii Consiliarii, ejusque lectione imposita est mihi ultima labori manus. Nam iste in iis, in quibus primus ille Codex a Vaticano discrepat, ut plurimum eidem, multoties huic concordans, quandoque autem utroque melior, pejor quandoque, ut in Notis manifestabitur, omnem sedavit meam anxietatem alios perquirendi; quos plane multos chartaceos, tum Neapoli haberi, tum alibi certo scio. Remansit tamen, nec celaverim, locus unus, vel alter, aut mancus, aut suspectus, & ob id asterisco signatus; quibus nec mea conj ctura quidquam firmi auxilii suppeditavit, nec excerptae ex Vaticano lectiones ulli fuere subsidio: nihil enim inibi exhibebant; quandoquidem minutiora multa postea, ut reputo, daturus erat a majoribus tunc studiis, curisque revocatus Holstenius, & graviora nonnulla festinantem praeterierant. Quocirca nil mihi fidens, integrum Lectori servare volui judicium, cui integrum pariter ex me erit de ceteris omnibus judicare; modo & ipse papyraceos inspiciat, excutiatque Codices, & cum vocibus luctetur, qua multis, qua depravatis, qua scissis, qua denique omnigena foeditate refertissimis. Quarum nihilominus specimen ad libri oram multoties repraesentavi, ut qui Antigrapha talia adire abhorruerit, ex pauculis illis argumentari valeat, an admodum plana, expeditaque haec mihi cesserit recensio. (a) Et quidem non alio consilio eam suscepi, nisi ut Historia, qua postremorum Campanorum Comitum res ex proposito enarrantur, aliis haud haberetur, quam innatis impedita tricis; longeque a me abfuit mens

(a) Et consilium.

mens priorem infectandi editionem; quinimmo ne talis unquam exoriretur opinio, non semel ejus lectiones malui retinere, contentus variantes indicasse, hac licet ad Erchemperti stylum, (*) *& aetatem accederent magis. Veruntamen, Lector, si scriptos Codd. ipsemet experiri volueris (idque facias iterum rogo) comperies me in uno tantummodo falsum, quod non ex exemplarium fide, sed meo arbitratu continentem Historiae textum in sectiones diviserim, quibus numerales adscripserim Notas: id autem an tuae cesurum sit fraudi, ipse dijudices, qui scias pariter volo, idem me commisisse in his fere omnibus Opusculis.*

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

AD ERCHEMPERTI HISTORIAM

PRAELUDIUM.

PLuries lucem adspexerat Erchempertus, nec citra tantum, sed ultra montes; posteaquam Cl. V. Antonius Caracciolus ejus Historiam, tametsi aliquanto depravatam ediderit Neapoli anno 1626. quam denuo anno 1643. Camillus Peregrinius Campanus in meliorem formam redactam, suaeque verae lectioni, quoad potuit atque nitori restitutam ibidem protulit. Illam inde a Petro Burmanno editam habuit Hollandia, & a praeclarissimo Ludovico Antonio Muratorio iterum recusam vidit Italia. Cum vero nemo unquam fuerit, quoad sciam, qui animum induxerit ad excolendam hujus inculti sane, barbarique Scriptoris historiam, adnotationes aliquas illi subnectendo; in nova iccirco hujus Langobardicae historiae editione operae pretium duxi animadversiones aliquas adjungere, quae illi aliquantum lucis adferrent, & confusionem quandoque, aut nomi-

(*) *Vid. P. Caracc. in Propyl.*

nominum amphibologiam, aut dictionum obſcuritatem; vel quae contradictionis fortaſſe periculo ſubeſſe poſſent, facilius explanarent. Item quae ad Erchemperti vitam, cognitionemque ſpectabant, tam Petrus Diaconus, quam ejus adnotator Jo: Baptiſta Marus (qui a Caraccioli Propylaeis omnia excerpſerat) ac Peregrinius idem deſcripſerant, huic Chronologo praemittere in animo fuit, ut ejus acta, ſcripta, ſtilus, aliaque, quae ad ejus pleniorem notitiam conferrent, agnoſcerentur: omniumque etiam Langobardorum Regum ſeriem (non illam duntaxat paulo ante allatam *poſtremorum quinque*, quam Caracciolus immerito Erchemperti Hiſtoriae praefixit; Peregrinius vero ab eo ſeparatim in lucem dedit) e Pauli Diaconi Hiſtoria excerptam priori mea adnotatione breviſsime retexere volui; eo ductus conſilio, ut quae *excerptis* ejuſdem Scriptoris de noſtrarum Regionum Langobardis omiſeram, heic inſerta cernerentur, totiuſque pene Pauli hiſtoriae libri prae oculis haberentur ad accuratam Langobardorum Hiſtoriae cognitionem. Variantes aliquas lectiones, quae forte Peregrinio noſtro exciderant, vel conſulto praetermiſſa fuerant, ſuis quibuſque locis ſignis notatas reponere ſtudui lacunaſque etiam aliquas ſupplere ex aliis M.S. Codd.; quaeque de Erchemperti aetate Peregrinius ipſe dudum dixerat, plenius declarare, aut corrigere, ubi opus fuerat, meis pro viribus niſus ſum. Quod ſi forte haud nimis accurate fieri contigerit, Lectoris humaniſsimi cenſuram minime improbo; & quod imbecillitatis ingenii mei argumentum eſt, ſuae laudi vertat; nec irrideat, ſed excuſet potius, & ſanum ſaltem propoſiti mei conſilium commendet.

PE-

PETRI DIACONI

In Opuſculo de Viris Illuſtribus Caſſinenſium.

CAPUT XIV.

De Erchemperto.

ERchempertus Diaconus, parvulus & ipſe B. Benedicto oblatus, de deſtructione & renovatione Caſinenſis Coenobii, necnon de Iſmaelitarum incurſione Hiſtoriam neceſſariam ſatis compoſuit. Fuit vero tempore Ludovici Imperatoris.

EPI-

Johan. Baptiſtae Mari Adnotatio.

Erchempertus ab aliis Herempertus, ſeu Herembertus, e Langobardorum illuſtri ſtirpe, genus ſumens e Beneventanis Ducibus, pater ejus Radelgarius, abavus Radoalt, patruus Radolphus vocabatur. Vir fuit ſanguinis ſplendore, & doctrina non ignobilis, hiſtoriaeque ſcientiſſimus; ad humanae tamen vitae incommoda ſolum natus. Scripſit Chronicon, ſive Hiſtoriam Langobardorum, cujus prototypon putatur periiſſe. Tempore tamen Deſiderii Abbatis Caſin. qui poſtea fuit Victor Papa III. exſcriptum fuiſſe, ita ipſo mandante, teſtatur noſter Petrus in Auctar. Chron. Caſin. lib. III. cap. LXII. edit. Venet. Fuſioris enim hujus Hiſtoriae epitomen, ſeu potius auctarium Pauli Diaconi de Geſt. Langob. ann. DCCCLXXXVIII. ab ipſomet Erchemperto confectum, ut creditur, Vir Cl. Antonius Caracciolus ex Ord. Cler. Reg. primum ex MMSS. Codice Vaticano edidit, notiſque illuſtravit, & typis Neapoli anno 1626. in 4. publicavit una cum Chron. Lupi Protoſpatae, Falconis Beneventani, aliorumque. Verum poſtremo loco eruditiſſimus Camillus Peregrinius ſuae Langob. hiſt. praedictum Chron. ſeu Epitomen ſcholiis ornatum ſolita diligentia, ac eruditione attexuit: unde qui plura volet, apparatum, notaſque ejuſdem conſulere poterit. Vide etiam Philippum Labbeum in nova Bibl. MSS. librorum par. I. pag. 10. & 366. Scripſit inſuper Erchempertus Carmen de vita Landulphi Epiſcopi Capuani, de quo vide Sanctuar. Capuan. Michaelis Monachi, ac etiam praenotatum Peregrinium in praefat. ad dictam Hiſt. pag. 15. Ab

STEMMA POSTEMPERTO.

XVIII.
N.N. feminini sexus, quarum una uxor filii Gaideris Princ. Beneventi.

XIX.
N.N. filii cum patre Neapolim exules ducti.

XX. XIV.
N. N. filii ... DULFUS utriusque sexum patre ... patre exps Ben. ... cum fratre ... Gemma fil. Ep. Neap.

XXV.
ATENULFUS Comes Teani, & post patrem Princeps Ben. una cum fratre.

VI.
Landulfus, qui invasit Casamirtam.

VII.
PANDONULFUS Comes, & Gastaldus Capuæ bis: post patrem, & post patruum sexto loco. Cognatus Radelgis Princip. Beneventi.

VIII. XV.
LANDO ... NULFUS Episcopus ... ndulfus qui Schismate ... tris Landotus, & c... uam admi... octavo loco.

XVI.
ATENULFUS Comes Capuæ postremus, & Princeps Ben. ab Anno Domini DCCCC.

XVII.
N obses filii Princ. Siconulfi.

II.
PANDO Marepahis, & postmodum Comes & Gastaldus Capuæ quartus.

V.
LANDULFUS Episcopus Capuæ, qui urbem quoqoe tenuit, & admininistravit quinto loco.

Qui

Post fol. 64.

STEMMA PRINCIPUM ALIQUOT QUORUM MENTIO IN ERCHI

L E C T O R.

Vitio ne mihi vertas, quod in his Stemmatibus, atque etiam alibi vitorum nomina multoti- rim, qua indicati a me Auctorum loci illa exhibent; id namque natum est ex eorundem i tes literas exeuntia: ut Landulf, Radelgar, Adelchis, *&c. Latine cum efferent, non eodem,* Landulf, *& huic similia, dixere:* Landulfus, Landulfi, *nec secius unquam,* Radelgar *vero, a. immutantes enunciavere:* Radelgar, Radelgarus*; aliquando in recto addentes* I, *fecere;* Radelg *scilicet gentilium nominum, dixere etiam:* Radelgarius, Radelgarii, *&c.* Adelchis *autem, & t* chis, *&* Adelchisi, Adelchisis, *atque* Adelchisius, Adelchisii, *tum* Adelchisus, Adelchisi *rietate varia mihi aliquando ab indicatis auctoribus nominum inflexio, mihique met ipsi non dem valent in recto, & ad eandem normam in caeteris:* Adelchis, Adelchisi, Adelchisius, Adel *&c. de quibus planius aptiori loco; ibiq; pariter constabit, tum alios; tum Langobardos plerisq* D, *&* T.Ch, *vel simplex* C, *&* G, O, *&* V. P, *&* B.V. *&* G.B. *&* V *aliasque, in quibus nec m ptorum seductus inconstantia; quandoquidem nil interesse comperi inter.* Landulfus, & Landol Adenulfus. Lampert, *&* Lambert, *sive* Lambertus: Guido, *&* Vuido: Ubo, *&* Vuo. *&*

N. Vir filiae Pandonulfi Comitis Capuae *Erch. num. de quo in Stemm. num.* 7.

URSUS Pr. Benev. post Patrem: sub hc tum accepere post Langobai Dynastiam annorum CCCXX *n.* 1. 2. *Anon. Sal. P.* 4. *num.* 1. *O* Ajonis Princ. *Lup. Protosp. ad*

N. femina, *quam reputo uxorem Landonis Campani, de quo in Stem. n.* 14.

GAIDERIS Pr. Ben. post patruum Adelchim. ejectus e Principatu obtinet Oriam a Graeco Imp. *Erch. n.* 39. 41. 42. 47. 48. Frag. Anon. Ben. n. 4

AJO Subdiac. *Chron. Cavense*, Princ. Ben. post fratrem. *Erch. n* 48. 49. 59. 66. 71. 72. 76. 80. Fragm. *Anon. Ben. n.* 2. Gener Regis Franciae. *Cedren. num.* 332. ubi male Angaeus.

RAD *Erch. num.* 28. Vir sim *nu.* 7. *P.* 5. *nu.* 1. 2. PrincJ ejectus. *Erch. n.* 48. *seqq. num.* 2. iterum Princ. pc ejectis Graecis. *Id. n.* 1 *Ost. l.* 1. *c.* 48. iterum e , Camp. Comite, *de*

Ladelgisus datus obses Siconulfo Sal. Princ. *Capit. Princ. Radelch. n.* 28.

Ursus *Tum.* 2. *Erch. n.* 16.

RADELGARIUS Pr. Ben. post Patrem *Erch. num.* 19. 20. 39. *Tum.* 8.

AJO Episc. Benev. *Joan. PP. VIII. Ep.* 33. 157. *Tum.* 7.

AD Datus obses S *Capit. Radele* mus. Princ. *Erch. num.* 20. *Cass. num.* 2: Ludc

RADELCHIS

Vir blandis, & bonis moribus pollens: ex Thesaurario Princ. Sicardi. *Erch. num.* 14 quod idem valet. Post eundem Sicardum Princeps Benev. sub quo Principatus *ad num.* 19. *Ign. Cass. num.* 8. 12. *Anon. Sal. Part.* 3. *num.* 1. 2. *Ostiens. l.* 1. *C.* 23. Uxor ... pit 12. filios *Tum.* 6. & 7.

SICO

E Princ. Salern. post Patrem a Ludovico Imp. abductus ob teneram aetatem suffecto Ademario. *Erch. nu.* 19. 20. 29. *Ign. Cass. n.* 13. Adolescens obiit. Capuae veneno potatus ab eodem Princ. Ademario. *Anon. Salern.*

N. femina, *ex qua Pater, vel mater Gemmae Princ. Sal. de qua Ost. l.* 2. *c.* 6.

SICONULFUS.

ex vi facta a fratre Cler. & Diac. *Anon. Sal.* Primus Princ. Salerni *Erch. n.* 12. 14. *ad n.* 19. *Ign. Cass. n.* 8. Statura proecerus. Uxor Ytta. *Anon Sal. De hac in Stemm. Ducum Spoletii*. Avia Gemmae &c.

N. N. filiae aliae *quarum nomina Anon. Sal.* memoria se non retinere dicit.

Sicheltruda uxor filii Azonis viri nobiliss. *Anon. Sal. An iste est Majo, de quo Erch. n.* 12. & *Ostiens.* 1. *c.* 25?

N. uxor Ursi Comitis Compsiae *Erch. n.* 14. *An. Sa. P.* 3. *n.* 2. *Ost. l.* 1. *c.* 25 *Idem Anon alio loc* uxorem dicit fil. Ursi.

S I C O

Patria Spoletinus, genere Langob. Princeps Benev. post Grimoaldum Sto... *Chron. Episc. Neap. ineditum Anon. Sal. Par.* 2. *nu.* 1. 2. & 3. *Ostiens. l.* 1. *c*

EPITOME
HISTORIAE ERCHEMPERTI
Sive Fax ad illius partem quae ſpectat Comites Capuae.

NOn integram Erchemperti Hiſtoriam hac Epitome explanandam ſuſcipio, ſed eam dumtaxat partem, quae prae omni opere eſt maxime implexa, tum Auctoris culpa, tum adfinitate nominum virorum, qui in ea enarrantur. Utrique autem incommodo hoc Breviario, & adjecto ſtemmate Comitum Capuae occurro, dum id praeſtare haud morbus ſinit integro, & pleno Commentariolo. Tu confer invicem pares praenotatos numeros ad Epitomen, & ad Genealogiam, unaque ſubnotatas Notatiunculas; quod cedet

Ab eodem pariter Erchemperto literis conſignata putantur Acta Translationis S. Matthaei Apoſtoli, & ea fortaſſe cenſentur, quae edidit Columna Archiep. Salernitanus; verum praedicta Acta, quae MSS. penes nos ſunt, praeferunt nomen Paulini Legionenſis ſive Londinenſis Epiſcopi in Britannia: initium eſt: *Matthaeus Evangeli a, & Apoſtolus cum primum in Judaeam &c.* Obſervandum etiam eſt, non extare opuſcula, quibus noſter Petrus titulum fecit de deſtruct. & renovat. Caſin. Coenobii; necnon de Iſmaëlitarum incurſione: niſi velimus dicere, in praedicto Chronico ſive Hiſtoria utramque deſcriptam fuiſſe cladem. Adi V. Cl. Voſſium de Hiſt. Lat. lib. 5. Denique Leo Oſtienſ. in Chron. Caſſ. ſaepe meminit Erchemperti, e quo plurima deſumpſiſſe videtur, ut lib. 1. c. 9. & 19. 46. Et Card. Baronium ex Erchemperti Hiſtoria multa pariter hauſiſſe, atque in ſuos Annales inſeruiſſe, facile videre eſt. Lege ipſum ad ann. 871. 872. 874. & 912.

Quoto autem ſignate anno Erchempertus mortalis corporis depoſuerit pondus, ignoratur: licet quidem opinari anno 889. dum exeuntem annum 888. viderat, deſcripſeratque, nec ulterius Hiſtoriam produxerat ſuam, quam ſe producturum promiſerat; & ſic noſtrum Petrum non libaſſe Hiſtoriam Erchemperti ſuſpicatur praefatus Peregrinius, dum claruiſſe refert ſub Ludovico Imp. cum illum vix ſſ. ſub Carolo M. compertum habeamus: Carolus enim imperavit ab anno 881. ad ann. 898.

cedet, *ni fallor*, *hujus tricosae Historiae faciliori explanationi*.

I. Landulfus nobilissimi hujus generis (*a*) caput, & origo; N. 21. stirpe Langobardus, N. 53. vir ad bella promptissimus Neapolitanos vexat; (*b*) fuisque peremptis adfinibus rebellat a Principe Beneventi, & Capuam, *ejusque ditionem* (*c*) *solus* obtinet; seque Sicopoli (munitissima in urbe N. 24.) tuetur N. 15. Somnium (*d*) uxoris interpretans dira vaticinatur de filio Landulfo Episc. N. 21. liberos suos pessime monens obiit; N. 22.

II. Pando (*e*) Marepahis fil. Landulfi Suram, *hoc est Soram*, administrat; N. 21. qui, & ejus fratres Pandulfo consanguineo Suessulam callide adimunt; N. 23. In Ademarium Pr. Salerni indefinenter bella movet ad vindicandum cognatum filium Marini Amalfitani (*f*) *Comitis*, qui ab illo captus, & traditus fuerat Sergio Magistro Mil. *& Duci Neapolis*: idemque Marinus ab eodem Sergio in vinculis detinebatur; N. 26. Sed parta a nepote Landone clara de Neapolitanis victoria, captivos Amalfitanos libertati restituit, N. 27. & Ademarium Pr. (*g*) carceri curat mancipandum, Guaiferiumque (*h*) *virum Landelaichae neptis suae ex fratre Landone*, sponte, *& proprio arbitrio* Salerni Principem constituit: his in omnibus germano Landulfo Capuae Episcopo sibi consentiente, & opitulante, quo pariter sociatus a Guaiferio non multo post rebellat; N. 26. unaque ambo Capua exturbant nepotes, Landonem, & fratres ejus, filios praemortui senioris Landonis, sola (*i*) Gastaldatus cupiditate accensi, *hoc est administrationis Campanae Dynastiae*. Pando autem invasas a nepotibus Casamirtam, & Cajatiam recipit, atque

(a) *Ign. Cass. N. 16.*

(b) *Ign. Cass. N. 8.*

(c) *Id Athanasius indicabat Atenulfo. N. 5?.*

(d) Filiae Rofrit *Anon. Sal. par. 3. num. 1. quem vide* P. 2. *n.* 2.

(e) *Ign. Cass. N. 16.*

(f) *Praesides Amalfitanos sic primo adpellatos Anon. Sal. ineditus auctor est.*

(g) *Qui & oculis tunc orbatus. Ign. Cass. N. 23. & Anon. Sal. ineditus.*

(h) *Anon. Sal. ineditus.*

(i) *Chr. Com. Cap. N. 3. & 4.*

que hanc vaſtat; Num. 30. eoſdemque una cum fratre Epiſcopo, ac trium ſuorum filiorum praeſidio bello inſequitur; N. 28. In praelio tandem confoſſus (*a*) occubuit; N. 28. & 30. Ejus filios habes N. 28. 30. 36. & 40.

III. Lando filius (*b*) Landulfi; N. 21. munere, & aetate Senior. N. 28. vir ſingularis, & praeſtantiſſimus; N. 53. Capuam poſt patris obitum (*c*) obtinet, & adminiſtrat: *hoc eſt, loca ad Dynaſtiam Campanam ſpectantia*: (*d*) *urbs namque in cinerem a Saracenis verſa fuerat, & Campani Sicopolim confugerant, quam incolebant*. Idem curat ordinandum Epiſcopum Landulfum fratrem; N. 22. Ludovicum Lotharii fil. advocat in Saracenos; N. 19. Novam urbem a fratribus aedificari coeptam inridet; N. 24. Sed mox mire (*e*) perficit. (*f*) *Quam legibus inſtruit*, atque tum primum habitatam tuetur (*g*) adverſus Guidonem *Ducem Spoletii*, cui nolebat ſubjici, N. 25. Paralyſi laborat anno integro, quo temporis decurſu Lando filius ejus in Neapolitanos inſigni victoria potitur; N. 27. Fratres quoque, ſe inſcio, conjurant in Ademarium Pr. Salerni; N. 26. quibus, fato decedens, filium commendat, N. 28. ejus filios (*h*) habes N. 28. 30. 40. 41. 42. 44. 45. 47. 49. 53. & 64.

IV. Landonulfus filius Landulfi; N. 21. ob aetatem dictus ſenior; N. 40. Teanum (*i*) adminiſtrat; N. 21. perpetuo (*k*) refragatur Siconulfo Pr. Salerni, & ejus filio, cui invitus dat filiam obſidem; N. 22. Capuam ad Pontem Caſulini una cum fratre Landulfo Epiſcopo (*l*) coepit aedificare; N. 24. quam recuſat ſubjici (*m*) Guidoni *Duci*

(a) *Ign. Caſs. N. 31.*

(b) *Ign. Caſs. N. 16.*

(c) *Chr. Com. Cap. N. 2.*

(d) *Oſtien. l. 1. c. 24. & 30.*

(e) *Ign. Caſs. N. 16. Oſt. l. 1. c. 30.*

(f) *Diſco ex menſura paſsus ab eo definita, qua Campanos uſos in agrorum modiis metiendis antiquae Char. docent.*

(g) *Anon. Sal. inedit. dicit* adverſus Pr. Sal. *utrumq. verum Ign. Caſs. N. 23.*

(h) *Uxorem apud Ign. Caſs. N. 21.*

(i) Gaſtald *dicit Ign. Caſs. N. 16.*

(k) *Sed vide, an de illo Oſt. l. 1. c. 25.*

(l) *Oſt. l. 1. c. 30. tacet de Landonulfo.*

(m) *Ign. Caſs. N. 23.*

Duci Spoletii, ideoque Suram, & confinia oppida (*quae a fratre Pandone quo pacto ad se transierint ignotum*) amittit, atque ex animi moerore obiit; N. 25. ejus filios (*a*) habes N. 40. 41. 47. 49. & 53.

V. Landulfus postremus (*b*) filius Landulfi, cujus futura dira opera praemonstrantur symbolica matris ejus visione. patre orbatus, atque aetate tener domi manet nullo insignitus munere; N. 21. Landonis fratris favore ordinatur Episcopus Capuae post decessum Paulini sanctitate clari; N. 22. sistit se vice fratrum coram Ludovico Lotharii fil. N. 20. urbem construit ad Pontem Casulini cum fratre Landonulfo; N. 24. quam renuit subjici Guidoni *Duci Spoletii*; N. 25. ex ea nepotem Landonem, Landonis fratris filium, quem ab illo commendatum susceperat, post ejus obitum ejicit, consentiente sibi germano Pandone, belloque insequitur; N. 28. Pandone fratre in dimicatione perempto, ejusque filiis Capua secedentibus, urbem, (*c*) *ut subindicatur*, administrat: homo versutus, elatus, petulans, & inreligiosus; N. 30. & 31. ejus calliditatem frustratur Ludovicus Imp. qui Capuam obsidet, & obtinet, suisque Judicibus, *seu Primatibus* singulis fere mensibus regendam, atque in praedam (*d*) tradit; N. 32. *Sed is nil animo destitutus*, in amicitiam Imperatoris se insinuat, a quo auxilia in Saracenos petit, & obtinet, eosque bello delet: (*e*) bonum hoc unum in vita operatus; N. 35. constituitur in ejus Regno tertius, ac temporis opportunitate usus, se Primatem fieri, & Campanam Ecclesiam super omnes CisTyberinas exaltari, Guaiferium Pr. Saler. dejici studet: nil adsequitur. mortuo Imperatore, & a suis nepotibus bello fatigatus, rerum vicissitudini deservit, ejusdemque Principis in eos advocat auxilia, qui-

(a) *Uxorem. An. Sal. P. 5. n. 3. cum vide P. 2. n. 2.*

(b) *Ign. Cass. N. 16.*

(c) *Equidem Erchempertus non propalat; adfirmant tamen Ign. Cass. N. 32. & Chr. Com. Cap. N. 5.*

(d) *Vide Chronol. Com. Cap. N. 5. par. 3. & 16.*

(e) *Alias quoque vir frugi est Joanni VIII. Ep. 9. 25. 29. 36. 50. & 69.*

quibus mox concordat; N. 36. Obiit tandem pene impoenitens; N. 40. injusta, sive imprudenti divisione oppida Campanae ditionis nepotibus dispertitus; N. 31.

VI. Landulfus filius Pandonis, mortuo patre, secedit Capua una cum fratribus, & Casamirtam, *Campanae Dynastiae oppidum*, se recipit. &c. N. 30. *Hujus proles ignota*.

VII. Pandonulfus fil. Pandonis, mortuo patre, suffectus est Comes Capuae a patruo Landulfo Episcopo, a quo mox discrepat, ac volens urbe abit: *(a)* Suessulam intrat, adjacentia Capuae loca cum fratribus vastat; patruelibus, filiis Landonis, & Landonulfo patruo concordat, ab utrisque dissidit, deque hoc apud Imperatorem conquestus, Capuam redire recusat; N. 30. Patruo Landulfo vita functo, & Campana ditione concordi omnium patruelium voluntate trifariam dispertita (*ad instar scilicet trium filiorum senioris Landulfi, ex quibus filii remanserant*) ipsi, & fratribus obtigit urbs Teanensis, & Casamirta; N. 40. (*b*) *Capua communi omnium juri, & domicilio adjudicata, cujus Gastaldatum, sive administrationem unus obtinet, isque idem Pandonulfus, sicut ex (c) subsequentibus constat*. Ille vero ejusque fratres cupiditate accensi, & Calvi oppidi constructione offensi, duos filios senioris Landonulfi captivos faciunt, quibus Cajatiam quoque adimunt; N. 40. & 45. ablata pariter Suessa filiis Landonis senioris; N. 45. eodemque tempore patruelem Landulfum electum Capuae Episcopum Pandonulfus e Claustro, *hoc est ex aedibus, & domicilio Episcopo, & Canonicis communi*, ejicit, & Landonulfum fratrem loco ejus instituit. &c. N. 46. quem consecrari obtinet (*d*) a Joanne Papa VIII. (*e*) quia Capuam eidem subjecerat; N. 47. saeva inde civi-

(a) *An* Suessam, *sicut apud Ign. Cass. N. 31. quo iterum se recepit? N. 60.*

(b) *Hoc, ut puto, improbabat Erchempertus N. 31. fine.*

(c) *Et ex Chr. Com. Cap. N. 6. & ex Ost. l. 1. c. 42.*

(d) *Ejus vide Epist. 168. 169. & 215.*

(e) *Ost. l. 1. c. 42.*

civilia exorta bella; N. 41. 42. 43. 46. & 47. quae Pandonulfus Athanasio Episcopo Neapolis, & Magistro Militum sociatus dire in utrosque patrueles exercet; N. 44. & 45. Nobilissimam veteris Capuae Ecclesiam *a* (*a*) *Constantino Magno Apostolis extructam* exuri per Saracenos mandat; N. 47. Ei sociatur Gaideris Pr. Beneventi; N. 48. quem Athanasius deserit, ac intra Capuae moenia obsidet. Advocat ille cognatum Radelgisum noviter institutum Principem Beneventi; N. 49. sed tandem concordat patruelibus, quos (*b*) intra urbem recipit (de hoc enim diffidebant, N. 42. & 43.) sed fraude ab illis captus Neapolim cum filiis relegatur; N. 50. Ab Athanasio dein solutus Suessam se transfert, & Capuae agros populatur; N. 60. *Nec de illo, deque ejus filiis alia tradita habentur.*

IIX. Landonulfus fil. Pandonis, mortuo patre, secedit Capua una cum fratribus, atque Cajatiam *Campanae Dynastiae oppidum* se recipit, &c. N. 30. (*c*) Licet conjugatus, & recenter clericali ordine initiatus Pandonulfi fratris factione ordinatur Episcopus Capuae, cujus Episcopatum dimidium obtinet, sic schismate componente (*d*) Joanne Papa VIII. N. 46. & 47. Fraude captus a patruelibus, Neapolim relegatur; N. 50. *Hujus proles ignota; nescioque an idem sit ille, de quo Formosus Papa in Epist. ad Stilianum, obtinueritque iterum Episcopatum, sive nudum nomen servaverit.*

IX. N.N. feminini sexus filiae Landonis senioris, quarum (*e*) una conjux Guaiferii; qui factione patruorum uxoris factus est Princeps Sal. N. 26. & adstitit cognatis contra Landonulfum Episc. N. 28. & contra Pandonulfum Comitem Capuae; N. 41. 42. & 43. Ex his duos dat ille pro se obsides Imperatori; N. 36.

X. Lan-

(a) *Vide Anno. Sal. Par. 1. N. ult. & ibi Notas.*

(b) *Chr. Com. Cap. N. 6.*

(c) *Chr. Com. Cap. N. 6. Ost. l. 1. c. 40.*

(d) *Illum vide Ep. 248. 270. Chr. Com. Cap. N. 6. & Ost. l. 1. c. 40.*

(e) *Dicitur* Landelaicha *Anonymo Sal. ined. quam* oculo glaucosam *describit, sed ob praestantes mores a Guaiferio expetitam, & sorori praelatam.*

X. Landulfus fil. Landonis fenioris gener Sergii Magiftri Mil. cujus ope Sueffulam *e fratrum*, *& patruelium indivifa ditione, atque e Campani Comitatus Dynaftia divulfam*, fibi foli *praeter morem* vindicat, quam nunquam dimifit; N. 23. eidem Sergio adftat contra patrem, & fratrem Landones; N. 26. Fratres a patruis Capua expulfos commiferatus Sueffulae recipit; N. 28. *Verum hic Landulfus fit ne idem ille, qui Cafamirtam cepit*; N. 28. *& a Guaiferio Pr. datus fit obfes Imperat.*; N. 36. *an frater alter cognominis: five fecundus hic Landulfus fit* (a) *Landonulfus, ita ut textus* (b) *vel uterque, vel alter cenfendus fit depravatus, non dijudico. Ab eodem tamen Principe, ut reor, obtinuit prior ille Landulfus Caftrum Abellanum*, in quo obfeffus ab Athanafio Epifc. & Mag. Mil. (c) etfi nepote uxoris fuae, proditus ab oppidanis capitur; N. 67. ejus filii. Ibid.

XI. Lando (d) fil. Landonis fenioris ob aetatem dictus junior; N. 27. qua procedente adpellatus fenior; N. 56. Ingentem victoriam obtinet de Neapolitanis; N. 27. *Sed ibi Pando dicitur ejus* Avunculus *minus proprie, qui dicendus erat* Patruus, *ni de altero ignoto Pandone eft fermo*. A patre vita decedente commendatur patruis, a quibus (e) Gaftaldatu exutus, Capua extruditur una cum fratribus. Cajatiam occupat: mox amittit, & ad fratrem Landulfum Sueffulanum fe recipit; cui Guaiferius Pr. (ejus cognatus, N. 36.) armis favet: N. 28. illumque & fratrem dat pro fe obfides *Angelbergae* Auguftae *uxori Imp. Ludovici*. Illi vero paulo poft dimiffi conjurant cum patruelibus, fil. Pandonis, in damna patrui Landulfi Epifc. Sed tandem omnes eidem Landulfo concordant opera Guaiferii, N. 36. Epifcopo defuncto & Campana Dynaftia in tres partes diffecta, Landoni huic, & fratribus ceffit (f) Bere-

(a) *De quo hic inf. N. 12.*
(b) *Et apud Anon. Sal. Par. 5. N. 2.*
(c) *Vide Stemma Ducum Neap.*
(d) *Joannes VIII. Epift. 205.*
(e) *Chr. Com. Cap. N. 2.*

(f) *Nomine hujus loci certe nobilioris loca veniunt veteris Capuae tunc non prorfus deferta, in quae urbs abierat jam olim a Vandalis incenfa.*

Berelais, atque Sueffa, N. 40. quibus Pandonulfus Sueffam adimit, N. 45. illique fociantur patruelibus aliis, fil. Landonulfi fenioris, & in illum advocant Guaiferium Pr. unde damna utrinque inlata, & excepta: N. 41. 42. & 43. conveniunt pro componendo Campano fchifmate, N. 47. Commorantes, *ut tuentes fe in Coloffo, tanquam in munitiffima Arce, hoc eft in lapideo Amphitheatro antiquae urbis* a Pandonulfo obfidentur, & devicti pacem obtinent, N. 44. ab eodem Capuae fuo damno recepti: N. 50. At Lando *annis gravis, & altero advivente Landone aetate* fenior fero nubit (*a*) nepti Athanafii Epifc. Neap. N. 53. Apoplexiae morbo *a patre fibi haereditario* obiit N. 56. *Hujus proles ignota*.

XII. Landonulfus fil. Landonis fenioris, Capua digreffis patruelibus, folus ibi relinquitur; N. 63. quo tempore Atenulfus patruelis Gaftaldatum invadit, eumque & fratrem. & (*b*) Guaiferium nepotem ejus inde expellit, qui Teanum ad patruelem Landonem fe recipiunt; N. 64. *Hic an fit Landulfus, qui Cafamirtam cepit, N. 28. & obfes datus eft Imperatrici; N. 36. indefinitum manfit fup. N. 10. Si vero idem eft ille, certe (c) exul obiit Salerni, ubi genus manfiffe oportet fuum*.

XIII. Pando fil. Landonis fenioris cum fratre Landonulfo, & nepote Guaiferio Teanum Capua expulfus fecedit; N. 64. (*d*) *cum fratre exul manet Salerni*. &c.

XIV. Lando fil. Landonulfi fenioris una cum fratribus obtinet Calinium, & Cajatiam. Natura fegnis, (*e*) filium electum Epifc. Capuae haud urget mox confecrari, captis fratribus Atenulfo, & Landonulfo, itemque Caftro Cajatiae a patruele Pandonulfo; N. 40. fociatur patruelibus, filiis Landonis fenioris, & Guaiferium Pr. advocat; N. 41.

Calvum

(a) *Quam dicit* Lactentem *ob annorum imparitatem*.

(b) *Sic dictum e nomine Guaiferii Pr. qui* cognatus *erat Landonulfi: fed obfcurum cujus ille filius*.

(c) *Anon. Sal. P. 5. n. 2.*

(d) *Anon. Sal. Par. 5. n. 2.*

(e) *Joannes VIII. epift. 289. Chr. Com. Cap. N. 7.*

Calvum oppidum a fratre Atenulfo conftrui coeptum *intra fines ditionis Calinii incurrentes in fines Capuae*, N. o. perficit N.45. Recufat Pandonulfum fubdi Gaideri Pr.Ben. fuo cognato *conditionibus pacis* offenfus; N.42. a quo Principe defertus, illum in ordinem redigi curat; N.48. Calvum contra Pandonulfum tuetur, & incenfum reparat; N.45. copulatur Athanafio Epifc. Neap. cum fratribus, & patruelibus, filiis Landonis fenioris; N. 49. Pandonulfo patrueli concordat, eodem Athanafio auctore, eumque Capua ejicit, N. 50. conftituitur (*a*) Gaftald. a fratribus; N. 62. Saracenos conterit; N. 55. Spoletium adit; indeque regreffus Neapolitanis occurrit &c. N. 60. contradicit fratri Atenulfo; N. 62. infirmus Teanum fecedit, & confpirationem ejufdem Atenulfi parvipendet; N. 63. Teani manens, creditur a patruelibus, fil. Landonis fenioris, adftare Capuae in difcidio excitato ab Atenulfo. quos amicabiliter excipit; N. 64. Capuam conatur, fed fruftra, recuperare, & ad (*b*) propria redit; N. 68. *ejus proles obfcura*.

XV. Landonulfus, (*c*) five Landulfus fil. Landonulfi fenioris carceri mancipatur una cum fratre Atenulfo a patruele Pandonulfo, N. 40. unitus fratribus, & patruelibus, filiis Landonis fenioris, auxilia petit Guaiferii Pr. Saler. N. 41. liber redditur &c. N. 42. Iifdem fociatus foederatur cum Athanafio Epifc. Neap. & Pandonulfum Capuae obfidet, fecumque habet Amalfitanos; N. 49. Landone fratre aegrotante, & Teanum recedente, Capuae manet, (*d*) *ejufque vice Gaftaldatum adminiftrat*. Atenulfum una cum fratribus adloquitur. Teanum pergit ad invifendum fratrem Landonem; (*e*) N. 63. *ejus proles ignota*.

XVI.

(a) *Chr. Com. Cap. N. 7.*

(b) *An* Teanum? *non negaverim: licet urbs illa, & Cafamirta ceffiffent Pandonulfo, qui ab Athan. dimiffus, neutrobi fe recepit: amiferat n. illas. Sed Teanum & hic Lando poftea amifit, ut alibi dicam.*

(c) *Vide me in Chronol. Com. Cap. N. 8.*

(d) *Chr. Com. Cap. N. 8. vide me ibi.*

(e) *Varians lectio hunc appellat* Landulfum. *Sicut Auctarium ad Ign. Caff. N. 32. Sed & Joannes VIII. epift. 205. meminit* Landulfi filii Landonulfi.

XVI. (a) Atenulfus fil. Landonulfi senioris coepit aedificare Castrum in Calvo *intra fines Calinii*, quod oppidum sibi, & fratribus in partem obvenerat, *sed in confinio Capuae*. De quo ostensi patrueles. filii Pandonis, illum, & fratrem ejus carceri tradunt; N. 40. & 45. liber redditur; N. 42. cum fratribus, & patruelibus sociatur Athanasio contra patruelem Pandonulfum; N. 49. cui concordat, sed fraude; N. 50. Ab eodem Athanasio ad conloquium invitatur; N. 53. adit Guidonem Ducem Spoletii, eumque Capuam venientem comitatur; N. 59. & 79. vult Gastaldatum Capuae sibi adherere, sed repellitur; Athanasii opem implorat; N. 62. redarguitur a fratribus; N. 63. occupat tandem; N. 64. (b) *Cetera de hoc Atenulfo clara sunt, ipseque clarissimus. Cujus posteri Beneventi Principat.* (c) *tenuere perpetuis annis* 177.

XVII. N. feminini sexus fil. Landonulfi senioris, a patre obses data filio Siconulfi Pr. Sal. N. 22.

XIIX.) Filii, & filiae, Pandonulfi Com. & Lando-
XIX) nulfi Episc. exules cum patribus Neapolim
XX.) missi; N. 50. Ex filiis Pandonulfi una uxor
) filii Gaideris Princ. Ben. N. 48.

XXI. Lando fil. Landulfi Suessulani; N. 67.

XXII. N. fil. junior Landulfi Suessulani; N. 67.

XXIII. Landulfus (d) fil. Landonis fegnis, aetate adolescens, electus Episc. Capuae; N. 40. A Pandonulfo patruele sibi timens, urbe secedit &c. N. 46. concordat cum Landonulfo Episc. contra se instituto; N 47. obtinet (e) integrum Episcopatum; N. 50. pergit Spoletium; N. 60. carceri traditur ab Atenulfo patruo; N. 68. & 78.

XXIV. Landulfus) fil. Atenulfi. De his iterum alibi.
XXV. Atenulfus)

ER.

(a) *De hoc Joannes VIII. Epist.* 289.
(b) *Mater in Anon. Sal. Par.* 5. *n.* 3.
(c) *Ost. l.* 1. *c.* 50. *primat Edit. &* *ipsum Auth. Cass.*
(d) *Joann. VII. epist.* 205. 206. 207. 208. 214. 248. 270. & 289. *Chr. Com. Cap. N.* 6. & 7.
(e) *Chr. Com. Cap. N.* 6. *Ost. l.* 1. *c.* 40.
(f) *Chr. Com. Cap. N.* 6.

ERCHEMPERTI
HISTORIA
LANGOBARDORUM BENEVENTI
POST PAULUM DIACONUM

Hoc est

DOMNI ERCHEMPERTI

Monachi Caffinenfis

AUCTARIUM

Ad Hiftoriam Pauli Diaconi de geftis Langobardorum ufque ad Annum DCCCLXXXVIII.

Cum Notis Francifci Mariae Pratilli.

I. LAngobardorum feriem, egreffum, fitumque Regni, hoc eft originem eorum, vel quomodo de Scandivia (*) Infula egreffi ad Pannoniam, & iterum a Pannonia ad Italiam tranfmigraverunt, Regnumque fufceperunt, Paulus vir valde peritus, compendiofa licet brevitate, fed prudenti compofuit ratione, extendens nihilominus a Gammara, & duobus liberis ejus Hiftoriam Ratchis (**) pene ufque (1) Regnum. (*a*) In his autem non

(1) Quae innuit heic Erchempertus nofter a Paulo Warnefrido, five Diacono plenius dicta de Longobardorum origine, ac progreffu; deque militaribus illorum expeditionibus, ac victoriis, quibus quam cit:f-

(*) Scandinavia.
(**) Adelchis.

(a) Al. add. *five Arichis* copulative pro. &.

non frustra exclusit aetas loquendi, quoniam in eis Langobardorum defecit Regnum: mos etenim Historiographi Do-

citissime Italia potiti sunt; non inutile profecto, aut injucundum legentibus fore puto heic breviter attingere. Quo tempore sub Totila Gothorum Rege gravi servitutis jugo tenebatur Italia, & Constantinopolitani Impp. ad recuperandam hanc opimam sane, nobilissimamq; Provinciam totis viribus summopere eniterentur; Narses Justiniani Augusti supremus in Italia Dux, Langobardis jam antea foederatus eosdem sibi auxiliares adscivit, quos tum prae ceteris nationibus opibus valere constabat. Nec sua quidem Narsetem fefellit opinio; junctis enim copiis, quas ab Alboino Langobardorum Rege in Italiam missas acceperat, commisso praelio, Totilas devictus fuit, Gothique omnino profligati. Spoliorum opima praeda onusti socii Langobardi ad suas, quas tum incolebant sedes, laeti remearunt (a). Annus Ærae Chr. DLII. tunc erat, sed jamdiu Langobardi (Winili primum vocitati (b), a longa, quae in iis prominebat barba, *lang baert* patrio idiomate, ut creditur, adpellata, nomen ducentes, e Germanorum populis oriundi, e Balthici maris insula, quae *Scandinavia* dicitur, proficiscentes, novarum sedium quaerendarum gratia (jam enim in numerum ita excreverant, ut suis in locis haud commode consisterent) pro libertatis gloria acerrime decertantes de Vandalis primum victoriam referunt. Rege deinde Algimundo Ajonis Ducis filio creato (c), Bulgares noctu improviso Langobardos adorti multos caedunt, novoq; eorum Rege interfecto, ejus unicam filiam captivam abripiunt. Lamissionem Regem defuncto Algimundo sufficiunt, & Bulgarum injurias ulturi (d), comparato exercitu, copias educunt, & certamen cum illis committunt. Principio pugnae exterriti Langobardi hosti terga vertunt, verum praesentis Regis acri cohortatione inflammati rursus praelium ineuntes magna clade hostes afficiunt, victoresq; ex illo certamine abeunt.

Tot, tantisq; victoriis aucti majora aggredi coepere Langobardi. Suis opibus freti Herulorum posthac Regnum cum invasissent, (e) primis praeliis totam Provinciam subegerunt. Inde in Pannoniam profecti parvo labore illa potiti anno ferme DXXVI. Paulo ipso teste *lib. I. cap* 22. *& lib. II. cap.* 7. cui adstipulantur Sigebertus in Chron. & Procopius *lib. III. cap.* 33. Regnum deinde (f) Gepidarum anno DLI. ex cit. Procop. *lib. III. cap.* 34. *& lib. IV. cap.* 18. sub Alboino Alduini filio X. Langobardorum Rege, ab iisdem occupatum fuit, ac omnino deletum, Re-

(a) *Paul. Diac. lib. II. cap.* 1.
(b) *Id. lib. I. cap.* 9.
(c) *Lib.* 1. *cap.* 14.
(d) *Lib. I. cap.* 17.
(e) *Lib. I. cap.* 20.
(f) *Lib. II. cap.* 3.

Doctoris est, maxime de sua stirpe disputantis, ea tantummodo retexere, quae ad laudis cumulum pertinere noscun-

Rege Cunimundo interfecto, cujus filiam Rosimundam captivam victor Rex duxit uxorem (g), sed quod postea in malum Regni sui omen cessit. Alboinus interim tot victoriis elatus cum Narsete foedus iniit (h), junctisque opibus Gothos, Hunnosque profligavit, usque ad Italiae regiones eos persecutus. Id causae fuit, ut Narses Eunuchus opimis hostium spoliis locupletatus Romanorum (i) invidiam subierit, Justino, & Sophia Augg. imperantibus. Quare Caesar ipse, Narsete revocato, Longinum Praefectum Italiae suffecit; & Sophia Eunuchum deridens, inquit, *ut lanam per pensionem in gyneceo divideret* (utar verbis Andreae Presbyteri in Chron.ap.Murator. to.1. diss.) Sicq; praeclarissimum Ducem eo compulerunt, ut acceptam ulturus injuriam, Langobardis, qui jam Italiae opulentiam, ubertatem, commoda, deliciasque praegustaverant, ejusdem potiundae spem certissimam dederit.

Alacres igitur Langobardi cum uxoribus, & familiis e Pannonia (k) egressi mense Aprili, Indict. I. die altero post Pasch. ann. Aer. Chr. DLXVII. & sub Alboino Rege, ac Duce per Forum-julii Italiam ingressi, brevi illam pene totam occuparunt, variis in urbibus Ducibus ad eas regendas constitutis, & ut fines tutarentur; quibus deinde Ducibus creandorum Regum potestas facta. Alboinus interea, Venetiarum urbibus (l) cunctis suo imperio subactis, Mediolano, totaque ferme Liguria, Ticinoque longa obsidione ad deditionem coactis, aliisque minoris famae urbibus Thusciam usque captis ac subjugatis, Rosimundae uxoris insidiis, vix Regni sui triennio, & sex mensibus expletis, interficitur (m). Huic Clepho successit, postque (n) annum, & sex circiter menses jugulatus fuit. Decennio inde ferme integro decurso, Regem non habuere (o) Langobardi, qui tunc Ducibus tanquam senioribus, aut Consulibus instar Reip. paruere. At cum hac ratione regiminis in militari gloria nihil se proficere cognoscerent, utilius fore rati, si rursus Reges crearentur, Autharim Regem consalutarunt (p), qui Teudelindam Garibaldi Bajoariorum Regis filiam lectissimam aeque, ac sanctissimam feminam duxit. Haec suorum populorum animos tanto amore sibi devinxerat, ut, viro vita functo, illi quem conjugem acciperet, in Regem deligendum optionem dederint. Agilulfo ipsa nu-

(g) *Lib.I. cap.23. & ult.*
(h) *Lib.II. cap.1.*
(i) *Lib.II. cap.5.*
(k) *Lib.II. cap.7. & 8.*
(l) *Lib.II. cap.9. & 10.*
(m) *Lib.II. cap.28.*
(n) *Lib.II. cap.31.*
(o) *Cap. ult.*
(p) *Lib.III. cap.16. 27. 29.*

noſcuntur. Ultimo autem compulſus a compluribus ego Erchem-

nupſit (q) Taurinenſium Duci, cui filius Adolovaldus ſucceſſit (r), qui matris pietatem, virtutemque haudquaquam imitatus, decennio poſt e Regno exactus fuit, in ejuſque locum Arioaldus ſuffectus (s), huic deinde Rotharis, qui Leges Langobardis ſcripſit, Regnumque plurimum propagavit, moriensque Radoaldo filio reliquit (t); qui cum patris mores, atq; exempla flagitiorum omnium colluvie foedaſſet, interemtus eſt. Ejus ſedem cum Aripertus (u) occupaſſet, filiis ſuis Bertarido, & Gudiperto inter ſe minime (x) conſentientibus, diſcordiae fomitem potius, quam Regni poſſeſſionem heredibus reliquit.

Cum id aegre ferrent Langobardi (y); Grimoaldum Beneventi V. Ducem Ticinum advocarunt, qui ut primum in Langobardiam perveniſſet, Gudipertum interfecit, fratremque Bertaridum fugavit. Hic, mortuo poſt novem annos Grimoaldo, Regni clavum rurſus adripuit (z). Cunibertus Bertaridi filius Regni ſolio adſumtus, quamplurimas de tyrannis, aliiſque hoſtibus victorias pietate magis, quam armis reportavit, Luitpertumque filium (a) ſucceſſorem habuit; cui Aripertus (b), inde brevi temporis ſpatio Anſprandus (c), ac Liutprandus, hujus filius ſucceſſere (d). Liutprandus tum ſapientia, clementia; tum ardenti in Deum pietate, & in ſubditos caritate praeſtitit: bonorum in pauperes, aeque ac juſtitiae integerrimus diſtributor fuit: Langobardicarum Legum vindicator acerrimus, atque propagator, quas ſuo tam celebri Edicti corpore explanavit. Liutprando vita functo, Ratchis electus eſt; poſt cujus ob tum germanus Aiſtulphus, uterque non tam generis nobilitate, ac juſtitiae decore, quam armis, & bellica virtute ornatiſſimus. Deſiderio Regnum reliquit Aiſtulphus, & ipſe filium Adelchim, ſive Adelgiſium conſenſu Langobardorum poſt ſe Regem conſtituit, quorum aetate pax aliquantum effulſit; Ejus filia Luiperga, & Deſiderata (uti aliqui volunt, alii verius Theodoram adpellant inde ut adulteram repudiatam Epiſcoporum ſuffragio) in matrimonium Taxiloni Bajoariorum Regi, & Caroli Pipini Francorum Regis filio datae ſunt: hoc matrimonium, quo revera rota Langobardica aliquantum extolli poſſe videbatur, evertit potius, ac peſſum omnino dedit. Carolus, Leone III. Pont. Max. animum Regis rite impellente, contra Langobardorum invaſiones, violentias, duriſſimaſque oppreſſionum

(q) *Lib. III. cap. ult.*
(r) *Lib. IV. cap. 28. 31. 43.*
(s) *Lib. IV. cap. 44.*
(t) *Lib. IV. cap. 49.*
(u) *Lib. IV. cap. 50.*
(x) *Cap. ult.*
(y) *Lib. V. cap. 1. 2.*
(z) *Lib. VI. cap. 33. 35. & ſeqq.*
(a) *Lib. VI. cap. 17.*
(b) *Cap. 19.*
(c) *Cap. 22. 21. 25.*
(d) *Cap. 36. 39.*

Erchempertus (*a*) quasi ab ortu, praecipueque ab (2) Aldelgiso (*) insigni, sagacique viro Historiolam condere Langobardorum Beneventi degentium, de quibus a (*b*) nostris diebus nihil dignum, ac laudabile reperitur, quod veraci valeat stilo exarari, idcirco non Regnum eorum, sed excidium; non felicitatem, sed miseriam; non triumphum, sed perniciem; non quemadmodum (*c*) profecerunt, sed qualiter defecerunt; non quomodo alios superaverint, sed quomodo superati ab aliis, ac devicti fuerint, ex intimo corde ducens suspiria ad posteritatis exemplum, succincto licet, & inerti prosequar calamo. Hac quoque flagitatione devictus, non tantum ea, quae oculis, sed magis, quae auribus hausi, narrare me fateor, imitatus ex parte dumtaxat Marci, Lucaeque Evangelistarum praeconia, qui auditu potius, quam visu Evangelia descripserunt.

II. Igi-

num angustias arma vertens, Italiam ingressus est, anno Christi DLXXIII. divinoque potius judicio, quam sua virtute hoc opus confecit anno Regni Desiderii Regis XVIII. & Adelchis sive Adelgisii XV. Desiderius Ticino urbe munitissima inclusus, sequenti anno, urbe capta, in Gallias abductus est. Adelgisius filius Constantinopolim fugiens, a Constantino Copronymo Patriciatus honore decoratus, non multo post obiit, sicuti & ejus pater in Galliis. Ita post annorum CCVI. spatium (eodem Paulo teste *lib. VI. c. ult.*) Langobardorum Regnum in Italia extinctum est sub Caroli Magni imperio, qui sibi Regnum adrogavit, idque filio ejus Pipino regendum tradidit, ac patri moriens superstiti invitus restituit, ejusdemque Regni Bernardum Pipini filium Regem designavit, cui Hermengarda deinde Ludovici Pii Imperatoris conjux e manibus sceptrum, e fronte oculos evellit.

Langobardorum igitur initia, progressusque, ad eorum usque interitum breviter curavimus attingenda, ut tanquam nova Erchemperti nostri facula legentibus lux afferatur, uti idem Scriptor innuerat.

(2) Adelgisii hujus, quo auctore & impulsore suam Erchempertus scripsit historiam, satis supra meminit Peregrinius, ibique alia etiam a me notatu digniora sunt descripta.

(a) *Herempertus*. * Heribertus.
(*) Adelgisio Alegilio.
(b) *A nis diebus*.
(c) *praefecerunt*.

II. Igitur capta, ac *(a)* subjugata *(b)* Carolus Italia (3) Pipinum filium suum illic Regem *(c)* constituit. (4) Tunc ille stipatus innumerabili exercituum agmine, crebrius Beneventum adiit capessendum. Quo tempore *(d)* Arichis gener *jam fati Desiderii*, (4) vir Christianissimus, & valde *(e)* illustrissimus, atque in rebus bellicis strenuissimus Beneventi Ducatum regebat, qui audiens eos super se advertare, Neapolitibus, qui a Langobardis diutina oppressione fatigati erant, pacem cessit, eisque diaria in *(f)* Liburia, (6) & Cemiterio per incolas sancita dispensione (*) misericordiae vice distribuit; titubans, ut conjici valet, ne

(3) Carolus M. anno Dom. DCCLXXIII. in Italiam descendit Desiderium Regem debellaturus, qui Stephano PP. Romanae Sedis urbes eidem a Pipino Rege donatas abstulerat; ad Caroli preces restituere minime curaverat. Hinc pro Ecclesiae juribus vindicandis exercitum in eum admovit, Ticinoque potitus, Regem, uxoremque in Franciam captivos abduxit anno DCCLXXIV. ut sup. dictum est. Carolus inde Romam digressus, in qua veluti triumphator atque Patricius acceptus fuit. Is postquam Romanae Ecclesiae genitoris sui Pipini donationem confirmasset *pro luminariorum continuationibus, atque alimoniis pauperum*, eidem Ducatum Spoletinum, atque Beneventanum, necnon Exarchatum Ravennae Patriciatus titulo adjunxit, aliaque, ut apud Anast. Bibl. legi possunt in Hadriano I. ex quo tempore, excusso a Romanis Graecorum Impp. jugo, Pontifici Maximo tanquam Principi parere caeperunt.

(4) Anno DCCLXXXI. Carolus iterum Italiam adveniens cum uxore, filiisque Ludovico, ac Carlomanno, qui baptismo Romae initiatus ab Hadriano PP. Pipini nomen adeptus est, ei Regnum Italiae commisit: Regnum Aquitaniae Ludovico: Sedique Apostolicae territorium Sabinense dono dedit. Baron. Pagius, aliique.

(5) Non quod de Rege Desiderio verba superius in historia sua fecerit, sed quod in exordio, ex Pontificali Damasi hujus aeque, ac postremorum Regum Langobardorum pauca delibaverit, ut ibi notatum.

(6) Dietas pro Diaria legit Bolvitus. Multipliciter verba haec accipi

(a) Ann. 774.
(b) *A Carolo*.
(c) Ann. 781.
(d) *Arrichis*, alii aliter.
(e) *Illustris*.
(f) *Liguria*, nec unquam aliter in Papp. Cod.
(*) Dispensatione.

ne ab eorum versutiis Franci aditum introeundi Beneventum reperirent. Super Beneventum autem Gallico exercitu perveniente, praedictus Arichis viribus, quibus valuit,

pi possunt. Diaria quidem diurna cibaria, seu victus dicebantur, & Isidorus ea *quotidiana salaria* appellari, ait. Quamobrem conjici potest, heic ab Exchemperto designari hisce verbis: *Diaria in Liburia* (de qua infra dissertationem dabo) *&* *Coemeterio* (quo nomine Nolanus certe ager describitur) *per incolas sancita dispensatione* (sicuti omnino legi debet) *misericordiae vice distribuit*, quod a Beneventi Principe Arechi pars quaedam Liburiae adsignata, immo restituta fortasse fuerit pro colonorum diario victu, antecedenti aliquo Capitulari (quod deperditum desideramus, aliudque ab eo quod Peregrinius edidit in Append. *lib.* I. *to.* II. adducendum) inter eos sancito, ne Neapolites, ejusque Ducatus incolae diutina deinceps oppressione fatigarentur, ut hic Chronologus adnotavit. Aut ex hisce verbis intelligi datur, Neapolitani Ducatus colonis, qui promiscue quandoque pacis tempore cum Capuanis Liburiae campos excolebant, Diaria Arechim concessisse, scilicet panem, aquam, vinum, aliaque obsonia ad victum necessaria suppeditasse, ut suis subditis auxilio essent in agrorum cultura, quibuscum frumenta, sataque alia dividere inde deberent: qui mos etiamnunc in Liburia extat, diciturque vulgo: *dare alla parte*. Et quoniam pauperes coloni quotidiani victus necessario indigebant, diaria a suis praestabantur, quae tamen messis tempore in satorum divisione fiebant satis, & ex verbis illis erui posse censeo: *sancita dispensatione misericordiae vice distribuit*. Confer Capitulare Principis Sicardi, pactaque Arichis Principis, & Gregorii Ducis to. II. Si vero lectionem aliam sequi velimus, videlicet, *dietas*, videtur dicendum, Beneventanum Principem Ducatus Neap. incolis domunculas quasdam, seu coenacula sibi in Liburiae tractu extruenda fortasse concessisse ad agros custodiendos. Dieta enim (quae posterioribus seculis absque diphtongo scribebatur) apud Latinos scriptores coenaculum erat, ut ostendit Laurenbergius in suo Antiquar. Vossius in Etym. & Ducangius, qui Plinium, Plutarchum, Suetonium, & Lamprid. testes advocant, a quibus varia ab antiquis nomina hisce *dietis* imposita fuisse ostenditur. Inde aliquando illam quoque *setam* appellare consuevere, unde *setula* apud Chronologos Langobardos paruum erat coenaculum, ut alibi videndum. Neque hoc sensu diversas a diariis fuisse dietas, quas medii aevi scriptores intellexerunt, putarem: *dietas* quippe *terrae* eas fuisse, quantum terrae quis per diem peragrare posset, *dietam* vero *diei* quantum terrae per diem uno coli aratro posset, dixere. Quare Arichis, Liburiae parte concessa, ac distributa pro victu comparando

L

pellatur; (9) ut esset scilicet futurum praesidium Principibus, superveniente exercitu Beneventum, quam civitatem (a) sic idem Princeps fortificavit. (b) *Hic Arichis primus Beneventi Principem se appellari jussit, cum usque ad istum, qui Benevento praefuerant, Duces appellarentur; nam & ab Episcopis ungi se fecit, & coronam sibi imposuit; atque in suis chartis scriptum in Sacratissimo nostro Palatio in finem scribi praecepit.* (10) Infra Beneventi autem moenia Templum Domino opulentissimum, ac decentissimum condidit, quod Graeco vocabulo (c) Ἁγίαν Σοφίαν, idest, Sanctam Sapientiam, nominavit; (d) ditatumque amplissimis praediis, & variis opibus, Sanctimoniale (11) Coenobium statuit, idque sub (e) jure D. Benedicti in perpetuum tradidit permanendum. Pari etiam modo in territorio praedicto Alfano, Dei amabili viro, in honorem Domini Salvatoris (f) construxit Ecclesiam, & Monasterium puellarum instituit, atque ditioni Sanctissimi Vincentii Martyris subdidit (*).

IV.

(9) Etymologicam hanc Salerni fabellam in Erchempertum invexit Anonymus Salernitanus, qui Chronologum hunc saepius interpolare ausus est.

(10) De Principis Beneventani titulo, quove tempore, causaque ab Arechi assumtus fuerit, Dissertationem habebis to. III.

(11) S. Sophiae Monasterium construi coeptum Beneventi a Gisulfo II. Arichis Principis patre affirmat Ostiensis lib. I. c. 6. & 9. & Chron. praefati coenobii, quodque anno DCCLVIII. fortasse, quo Gisulfus obiit, inchoari coeperat, Arichis inde perficere studuit paucos post annos. Amplissimas huic Monasterio adtributas donationes ab eodem Principe, aliisque Benev. Principibus, privilegiaque a Rom. Pontificibus, atque Augustis eidem concessa congerit Ughellius Ital. Sacr. to. VIII. in Archiep. Benev. & to. x. in Chron. Sansophiano, quod nos alibi plenius, emendatius, notisque auctum dabimus. Ut vero aptius Prae-

(a) *hic*.
(b) Deest in omnibus scriptis Codd. ex Ostiensis vero L. I. c. 9. visum est huic reddere loco.
(c) *Agian Sophian* literis Latinis.
(d) *Dotatumque*.
(e) *Nomine*.
(f) *Constituit*.
(*) Vid. Chr. Vulturn. lib. I.

IV. (a) Defuncto dehinc (b) Arichi, consilio habito Beneventanorum Magnates Legatos ad Karolum destinarunt multos eum flagitantes precibus, ut jam fatum Grimoald, quem a genitore obsidem jam priore susceperat, sibi praeesse concedere dignaretur. Quorum petitionibus Rex annuens, illic continuo praedictum contulit virum, simulque jus regendi Principatum largitus est; sed prius (c) pactis hujusmodi (d) vinxit. *Ut Langobardorum mentum tonderi faceret. (e) Chartasque vero, nummosque sui nominis characteribus superscribi semper juberet.* (12)(f) *Ac muros Salerni, Acherentiae, & Consiae funditus everteret.* Accepta denique licentia repedandi, a Beneventi civibus magno cum gaudio acceptus est. In suis aureis ejus nomen aliquandiu figurari placuit; schedas similiter aliquanto jussit tempore exarari; reliqua autem pro nihilo duxit observanda; mox rebellionis jurgium initiavit (13).

V. Hac

Praepositus a Cassinensi Abbate ibi delegatus Sanctimoniales regere potis esset, idem Princeps Ecclesiam S. Benedicti Parthenoni proximam ipsi *attribuit cum omnibus sibi pertinentibus, ut Praepositus ibi sedeat, ibique sit postea ad hospites suscipiendos*. At de hoc sequenti tomo opportunius.

(12) Nummi Langobardorum Ducum, aut Principum Beneventi, ac Salerni adhuc in Musaeis supersunt. De iis aptiori loco differemus.

(13) Mortuo Arechi Principe anno DCCLXXXVII. Carolus M. qui adhuc apud se obsidem Grimoaldum ejus filium detinebat, Beneventanum Ducem illum constituit anno DCCLXXXVIII. cujus virtute, auxilioque Graecos in Calabria, qui ad recipiendas orientalis Imperii urbes venerant, viriliter decertans prostravit. Quam nactus occasionem Grimoaldus promissorum oblitus, atque a Carolo increpatus, rebellare conatus est, ut Erchemp. notat. Annales Francor. ut supra ad ann. DCCCXIV. addunt, Grimoaldum novum Beneventi Ducem

(d) Ann. 787.

(c) *Arrichiso*.

(b) *Cum salibus*. for. *cum Sacramentalibus*.

(d) *Junxit*.

(e) *Schedas quoque*.

(f) Ista non sunt in scriptis Codd. sed addidi ex Anom. Saler. eaq. subsequens contextus expetebat.

V. Hac etiam tempeſtate idem Grimoalt neptem Auguſti Argivorum in conjugem ſumpſit, nomine (a) Vuantiam; ſed neſcitur quam ob rem ad fructum minime pervenit. In tantum enim odium primus eorum avidus prorupit amor, ut ſumpta occaſione (b) Francorum circumquaque ſe (c) impugnantium, more Hebraico, ſponte eam a ſe (d) ſequeſtrarit, & dato ei libello repudii, ad proprios lares eam vi transjecit. (*) Hoc quidem licet callide egerit, feritatem tamen ſupradictarum (e) Barbararum gentium minime (f) quietavit; nam tellures Theatenſium, & urbes a dominio Beneventanorum (14) (g) tunc ſubtractae ſunt uſque in praeſens; nec non Luceriae urbs tunc (h) capta eſt, ſed celeriter a praefato Grimoalt acquiſita, apprehenſo in ea Guinichiſo Duce Spolitenſium cum omnibus bellatoribus inibi repertis.

VI. Frequenter autem Karlus cum cunctis liberis, quos jam Reges conſtituerat, & cum immenſo bellatorum agmine Beneventum praeliaturus aggreditur. Sed Deo decertante pro nobis, ſub cujus adhuc regimine fovebamur, innumerabilibus de ſuis peſte perditis, cum paucis nonnunquam inglorius revertebatur; unde factum eſt, ut Pipino regnante in Ticino, & Grimoalt in Benevento praeſidente, frequentiſſimum bellum vexarit Beneventanos, ita ut nec ad momentum pax interfuerit, illis viven-

cem ſe Carolo M. obſtrinxiſſe ſeptem millia ſolidorum quotannis ſoluturum: quae forſitan dilata, aut denegata ſolutio cauſa fomeſque rebellandi fuit.

(14) Pipinus Italiae Rex ſimul cum Spoletano Duce Aprutinam Regionem, cujus caput Theate erat, invadit Anno DCCXCII. ut Grimoaldum promiſſis ſtandum cogeret: quippe qui pacta cum Carolo ejus parente jam fregerat. Urbes tunc a Beneventani Principatus dominatu in Aprutio abſtractae Spoletano Ducatui adjunctae fuerunt.

(a) *Irriantiam* * *Hireniam* fort. melius ex Cod. Bolv.
(b) Ann. 793.
(c) *Repugnantium*.
(d) *Sequeſtravit*.
(e) Deeſt. *Barbararum*.
(f) *Quievit*.
(g) Ann. 800. & 801.
(h) Ann. 8[illegible]2.
(*) Transjecerit.

viventibus. Erant enim utrique juvenili aetate (a) nitentes, & ad conjunctiones, & bella declivi. Pipinus autem fultorum praesidio bellatorum jugi, continuoque praelio exagitabat eum: Grimoalt vero, & civitatibus munitis, & primoribus quamplurimis constipatus, parvipendens, ac (b) despectius ducens illius persecutionem, in nullo cedebat ei. Agebat itaque per Legatos (c) suos Pipinus. *Volo quidem, & ita potenter disponere conor, ut (d) sicuti Arichis genitor illius subjectus fuit quondam Desiderio Regi Italiae, ita sit mihi & Grimoalt.* Quibus e contrario Grimoalt asserebat.

Liber, & ingenuus sum natus utroque parente,
Semper ero liber, credo, tuente Deo.

VII. Et hoc quidem de hac luce (e) subtracto, Grimoalt alter suscepit Beneventi jura tuenda, Thesaurarius videlicet divae memoriae Grimoalt prioris: vir satis mitis, & adeo suavis; ut non solum (f) cum Gallis, verum etiam cum universis circumquaque gentibus constitutis inierit foedus; & Neapolitibus supramemoratis gratiam, pacemque donarit. Sed quia antiquus hostis semper invidet pacatis, & piis viris, atque bella, & discordiae semina in eis serere molitur, Dauferium quendam virum spectabilem suae artis (g) malitia (h) irretivit, & cum nonnullis filiis Belial horrendum fecit inire consilium adversus Principem fatum hoc modo. Depositis (15) quippe in itinere insidiis, ut dum per (16) pontem profici-

(15) Non *depositis*, ut legit Peregrinius; sed omnino *dispositis* ex Cod. Bolviti legendum est.

(16) Pontem hunc adhuc inter oppidum Veteri, vulgo *Vietri* dictum, & urbem Salerni extare certissimum est, qui proxime mari immi-

(a) Deest. *nitentes*.
(b) *Despectum*.
(c) Deest, *suos*.
(d) *Sanniti*.
(e) Ann. 806.
(f) Ann. 812. & 814.
(g) Deest, *malitia*.
(h) *Inivit*.

ficifceretur veterrimae urbis ad praedictam urbem (*a*) Salernum properans, impulfus a membris fathanae in profundum fluctibus marinis immergeretur, & effet belluis in paftu. Sed revelante fibi (*b*) occultorum cognitore Deo, fuis ad fe accerfitis, jam dictum incolumis pertranfiit pontem. Eos autem, qui fuae falutis hoftes fuerant, cepit, & vinculis injecit; Dauferius vero, quia tunc non aderat illic, hoc cognito fugam arripuit, & a (*c*) Neapolitis fufceptus eft.

IIX. Quo comperto Grimoalt, non fegniter egit, fed confeftim iter Neapolim aggreditur, exercitumque poft fe accelerare jubet. At ubi juxta memoratam applicuit urbem, continuo multae juventutis populus ejufdem civitatis, armis evectus, obvius illi audaciter exivit in praelium. Quod ille ut intellexit, protinus itinera eorum revertendi prius (*d*) irretire molitus eft, & ita demum in eos infurgere voluit; tantamque denique ftragem hoftium, coepto bello, mari, terraque fecit, ut fretum adjacens vix per feptem, & eo amplius dies cruore occiforum purgaretur: in terra vero tumuli (17) nunc ufque interfectorum confpiciuntur cadaverum; &, ut ab eifdem incolis referentibus compertus fum, (*e*) quinque millia fere hominum

minet, loco quidem ficuti ad infidias aptiffimo, ita periculis evadendis difficillimo extructus. Hinc vereor, ne Hiftorici noftri verba: *ut dum per pontem proficifceretur veterrimae urbis ad praedictam urbem Salernum properans*, ab amanuenfibus interpolata, legi potius debeant: *per pontem proficifceretur veteri oppidi &c.* quibus verbis pontem illum ut fupra notatum defignaffet, e quo facillime, qui inde cadunt, *marinis fluctibus immerguntur*. Aliis conjecturam hanc meam, ut Erchemperti fententia facilius explicetur, adprobandam relinquo.

(17) Prope Neapolitanae urbis litus, ac moenia ortum verfus defignat, numerumque occiforum praegrandem exaggerat, tumulorum congeriem exprimens ufque ad fua tempora extantem.

(a) *Salerni*.
(b) *Incognitorum occultore* for. *oculatore*: verbo a fe confícto.
(c) *Neapolitanis*.
(d) *Irretiri*.
(e) $\frac{M}{\overline{V}}$ & fic femper.

minum eadem tunc in acie occubuere. Idem enim Dauferius una cum Magiſtro (18) militum, qui tunc inibi regnabat, ſoli elapſi fugibundi moenia illius urbis tandem ingreſſi, nec ibi ſiquidem requiem capiunt; nam egreſſae conjuges virorum peremptorum gladiis inſequebantur illos, dicentes. *Reddite nobis, o caduci viri (a) proditores, quos nequiter interfeciſtis. Quare*, inquit, *adverſus eos praelium inſurgere conati eſtis, quam profecto injuſtum ſatis?* Grimoalt vero acrius eos (b) inſecutus eſt uſque ad Portam, quae dicitur Capuana, (19) ita ut proprio conto (20) eam percuteret, nec erat quiſquam, qui reſiſteret. Clauſis autem, obſeratiſque foribus, qui remanſe- rant

(18) Magiſtri militum, ſive militiae Neapoli iidem qui & Duces, & Conſules, de quibus alibi peculiari Diſſertatione diſceptabo.

(19) Etiam eo tempore, initio nempe ſeculi Chriſti IX. erat Neapoli Porta, quae *Capuana* dicebatur. Quam longe aberrarunt qui de rebus hujus urbis commentantes, appellationem poſterioribus ſeculis, ideſt Regum Neapolitanorum temporibus, portae huic tribuunt; non in uno hoc duntaxat, ſed in quamplurimis profecto ſomniarunt. Exploratum ſiquidem omnino eſt, huic portae id nomen adtributum ex quo Capuani, urbe ſua incenſa a Gothis, Vandaliſve, Neapolim demigrarunt, pone quam domicilia fixerunt ſua, quae utique Regio, portaque ab ea uſque aetate Capuana vocitabatur. Unde Capuanum poſtea Caſtrum, Sedile, Paroecia, totaque Regio nomen ſumſit: non autem quod Capuae iter praeſignaret.

(20) Superius in not. ad Paul. Diac. obſervavi, *Contum* varie a Scriptoribus accipi. Nam Otto Murena apud Ducangium, Conti nomine militarem aliquam machinam ſignificari innuit. Alii vero ex Paul. Diac. ſup. allatis verbis, militare ſignum, ſeu haſtam denotari autumant. Sceptrum denique, ſive baculum in caput ferreum adſurgentem aliqui credunt. Sed veroſimilius omnino eſt, *Conti* nomine, ut & apud Murenam, & Diaconum, haſtam deſignari praelongam cuſpidatam, qua equites concurrerent. Perdurat adhuc *Conti* nomen in baculo illo, ſive pertica, cui naves in litore alligantur: ſicuti & remulo, ſeu paxillo, quo lintres item in fluminum curſu impelluntur, Italice *Aſiuzza*, ſive parva haſta.

(a) *Propitori*. Corrupte. (b) *Inſectus*.

rant (*a*) infra muros ſe tutaverunt. Reverſo igitur Grimoalt ad Caſtra cum ſuo exercitu incolumi, altero die pro fatigio (21) ſumpto, & pro interemptis affinibus dictus perſuga Dux dedit in exenium (22) octomillia aureos ſupradicto Principi, & memoratum Dauferium ad priſtinam reduxit gratiam. Statim denique ob ſolitam miſericordiam praedicto viro donationem de rebus ſuis praecepto firmavit; gratiam vero, familiaritatemque primam non denegavit. Interea Radechis Comes Conſinus, & Sico (*b*) Agerentinus Gaſtaldeus, quem (*c*) Grimoalt dudum (23) proſelytum receperat, honoribus plurimis deferens, ſub dolo inſurgentes in eum, cum jam extremum ſpiritum traheret, (*d*) gladio eum peremerunt (24).

IX. Interfecto eo innocenter, praedictus Radechis Siconem loco illius in Principem ſubrogavit. Ipſe vero non multum poſt tempus cuncta viriliter mundana, metu gehennae abdicans, ad Beati ſe contulit Benedicti ſuffragia, catenaque cervice tenus vinctus, ejus Coenobium, Chriſto militaturus, (25) adiit, ſe (*e*) reum quoque clamitans, &

(21) *Pro fatigio ſumto*, ſive, ut al. *futigiis*. Fatigia, ſive fatigiae moleſtiae erant, labores, anhelitus ex timore profecti. Dux Neapolitanus perſuga, & a pugna cum evaſiſſet timore perculſus fatigium ſumſerat, ſive animi angore, corporiſque moleſtia oppreſſerat.

(22) *Exenium*, mulcta: xenio ductum vocabulum. Sunt vero xenia dona, quae hoſpitibus dantur. Igitur hoſpiti, itemque hoſti Grimoaldo VIII. aureorum millia multae nomine perſoluta ſunt.

(23) Proſelytum, ideſt advenam, ſeu hoſpitem.

(24) Occiſus eſt Grimoaldus hic IV. Theſaurarius appellatus anno Dom. DCCCXVII. poſtquam regnaſſet ann. X. & dies XLV. De eo rurſus in Canone Chronico Ducum Beneventi.

(25) Poſt annos circiter duos Radechis Monaſticum habitum (ſchematis enim adpellatione habitum, ſive veſtem ſignificari ſupra innuimus) in Caſſinenſi Coenobio aſſumſit, ubi pie admodum, ac ſancte vixit.

(a) *Intra*.
(b) *Agentinus*.
(c) Vide tumulum Pr. Siconis infra.
(d) Ann. 817.
(e) *Parricidam*.

M

& impium, maleque se gessisse, atque crudeliter vociferans; sicque Monachicum schema sumens, in tanta se districtione corporis, animique coram oculis interni arbitris eodem Monasterio coercuit, ut nulli scrupulum adsit omnium facinorum suorum veniam adipisci meruisse. Circuibat illo saepe Diabolus girans septa (a) sacri Monasterii, & voce perspicua, multis audientibus, clamitabat, inquiens:

Heu Benedicte mi, cur undique rodis? inique,
Me prius hinc pulso, nunc mea membra (b) lucras.

X. Suscepto itaque (c) Sico Principatu, foedus cum Francis (d) innovavit, Beneventanos bestiali efferitate persequitur, atque se superstite filium suum Sicardum, virum satis lubricum, inquietum, & petulantem, animique elatione tumidum (e) heredem (26) Principatus efficit. Per idem tempus Neapolitis, quorum superius mentionem fecimus, bellum a Sicone creberrimum motum est, & civitate valide obsessa tellure, pontoque, & fortiter scorpionibus, & jaculis oppugnata, pene capta esset, (f) si defuisset ingenium; nam juxta ora maris, muro arietibus, & machinis funditus eliso, jam cum catervatim Siconis populus urbem ingredi niteretur, Dux (27) jam dictae civitatis, data mox obside genitrice sua, ac duobus propriis liberis, magnopere (g) eum callida efflagitans, per nuncios misit ita. *Tua est urbs cum universis, quae infra se retinet; placeat ergo pietati tuae jubere, ne inter praedam detur, crastina (h) enim die cum trophaeo victo-*

(26) Ex hoc Erchemperti loco ostendi posset, Ducatum Beneventanum ad heredes transiisse, cum Sico Princeps filium suum heredem instituerit. Sed heic non heredem proprie, sed collegam in Principatu instituisse docet. Hujus successionis quaestio inferius erit discutienda.

(27) Quem superius n.18. magistrum militum appellavit.

(a) Deest, *sacri*.
(b) *Luxas*.
(c) *A Sicone*.
(d) Ann. 818.
(e) Deest. *Hered. Princ. eff.*
(f) *Si non*.
(g) Deest. *eum*.
(h) Deest. *enim*.

ctoriae gloriosissime ingredere, possessurus nos, omniaque nostra. His ergo suggestionibus fidem accommodans, diem sustinuit (*a*) venturum; subsequenti vero nocte interrupta urbs muro solidissime firmata est, & crepusculo, quo se, suamque tradere pollicitus est civitatem, arma bellica suscipiens, contra eum se erexit ingenti certamine. Oppressi igitur durius a genitore, & filio per (*b*) sexdecim continuos annos cives praefatae urbis, cum jam ad extremitatem maximam pervenissent, ad Francorum se (*c*) contulere praesidium. His denique diebus praeerat (*d*) iis Caesar Lodoguicus (28) cognomento Almus, filius Caroli superioris Augusti; qui dum Lutharium natum suum consortem Regni (*e*) adsciret, ab eo una cum socia (29) sua (*f*) captus, & custodiae mancipatus est; sed ab optimatibus suis (*g*) ereptus, ad pristinam sublimatus est gloriam; quibus annitentibus obsidio Neapolis ab illis aliquandiu sublevata est.

XI. Circa haec tempora (30) gens Agarenorum a Babylo-

(28) Ludovicus Pius Caroli M. filius creatur Augustus, & consors Imperii A. Dom. DCCCXIII. anno proximo, quo pater septuagenario major occubuit. Lotharius Ludovici filius Augustus & collega Imperii renuntiatus est A. DCCCXVII. Ipse A. DCCCXX. Regnum Italiae adeptus est, postque triennium a Paschali Pontifice coronatus, Augustique titulo insignitus. Mabillon. in Diplom. L.II. c.26. & Eginhard. Annal. Pagius, aliique. Ad Imperium evectus, patre demortuo, anno DCCCXL.

(29) De his Judithae Imperatricis, & Ludovici Pii Caesaris calamitatibus plenissime Pagius, Natal Alex. & Guaguinus L.IV. c.2.

(30) Euphemius, sive Euphymius quidam Tyrannus Saracenos in Siciliam ex Africa impulit A. DCCCXXVII. cum rapta quadam Sanctimoniali, apud ipsos confugit, praemium ab iis se accepturum confidens, Augusti nomen, & Imperium. At Deo ejus nequitiam ulciscente,

(a) *Subventuram*.
(b) Usq. ad ann. 836. Vide Capitul. Sicardi inf.
(c) Ann. 826. & 836.
(d) *Illis*.
(e) Ann. 817.
(f) Ann. 833.
(g) Ann. 834.

bylonia, & Africa, ad instar (a) examinis apum, manu cum valida egrediens, (b) Siciliam properavit, omnia circumquaque devastans; tandem civitatem insignem, Panormum nomine, captam nunc usque (*) commoratur, (31) plurimasque in eadem insula urbes, & oppida diruens, jam (32) pene tota illarum gentium ditioni (c) substrata congemiscit. Inter haec (d) moritur Lodoguicus, qui secundus in Gallia Augustali praeerat Imperio, Luthariusque supradictus illius Regni heres effectus est, atque (e) ob hoc (f) Francorum divisum est Regnum; quoniam Lutharius Aquensem, & Italiam, Lodoguicus autem Bajoariam, Carolus vero ex alia ortus genitrice Aquitanum regebat Imperium. Sed retrovertam sermonem.

XII. Mortuo (g) Sicone, Sicardus Monarchiam (33) solus obtinuit, qui jam cum patre saepius memorato per aliquot feliciter imperaverat annos, coepitque populum sibi commissum ex levitate animi belluina voracitate insequi,

te, dum Syracusas obsideret, occisus est. Haec tantummodo urbs, ac Taurominum longa post tempora a Graecis steterunt, reliqua Sicilia a Barbaris debellata eisdem parebat. eaque loci opportuna vicinitate pluries Saraceni Calabriam, Lucaniam, Apuliam, Campaniam, atque adeo Romam etiam invaserunt, ut suo loco videndum erit.

(31) Non anno DCCCXXV. uti credidit in margine Peregrinius, sed potius anno DCCCXL. diem clausit extremum Ludovicus Pius, ut certo apud omnes scriptores omnino constat. Quod si de ejus ab Imperii dignitate dejectione illum locutum velimus; ne hoc quidem anno, sed DCCCXXXIII. accidit, ut ex cit. Guaguino L.IV. c.2.

(32) Nunc usque, aetate scilicet, qua vivebat ipse Erchempertus, anno circiter DCCCC. Nec nisi seculo Chr. XI. idest anno MLXXI. Panormum undecim post annorum obsidionem a Nortmannis recuperata est, ut ex Chron. Siciliae in Collect. Murator. to.X.p.813.

(33) Principibus Beneventanis Regnum independens adfectat, nulla habita ad Occidentale Imperium reverentia, cum Sicardo Principi *Monarchiam* datam fuisse affirmat.

(a) *Examen*.
(b) Ann. 820.
(*) Al. *inhabitat*.
(c) *Subacta*.
(d) Ann. 825.
(e) *Ab hoc*.
(f) Deest, *Francorum*.
(g) Ann. 833.

ſequi, ac crudeliter laniare. Inter haec, *(a)* ut Aſſuerus Aman, ita iſte praetulit ceteris Roffridum quendam, filium Dauſerii cognomento Prophetae (34); cujus conſilii ſubverſione multa ſacrilegia, ac *(b)* blaſphema patrabat. Fuit autem idem vir in mundanis rebus prudens, & nimium *(c)* verſutus, & ultra quam credi poteſt, callidus; adeo enim circumvenit praeſtigiis ſuis fallacibus ſupradictum virum, ut illo *(d)* abſente, & diſſentiente nil unquam exercere, vel ad momentum *(e)* efferre auderet. Sicque ab eo deceptus, & illaqueatus eſt, ut germanum ſuum, Siconolſum nomine, gratis perpetuo damnarit exilio (35), cunctoſque Beneventanae gentis Proceres aut cuſtodiis, aut morti indiderit: ad hoc nimirum tendens, ut dum relictus, & deſtitutus eſſet ſolatio Optimatum, citra *(f)* ſui, ſuorumque ſanguinis effuſionem facillime interimeretur. Quamobrem & Majonem cognatum ſuum tonderi juſſit, & in Monaſterium *(g)* retrudi. Alfanum denique, quo nemo fidelior eo tempore fuit, virum illuſtrem, ac fortiſsimum, robore laqueo ſuſpendi fecit. Tunc factum eſt ingens perjurium in Benevento, ex quo conjicitur, iram Dei fuiſſe provocatam ad perdendam terram.

XIII. Talia eo tractante, Divina actum eſt *(h)* diſpenſatione; ut dum alium innocentem conaretur extinguere, praeveniente interim languore, ipſe coelitus ſpiritu pariter, & carne percuſſus *(i)* interierit. Prius enim quam obi-

(34) Aſtrologia fortaſſe judiciaria prae ſeculi barbarie inſtructus, ex quo *Prophetae* cognomen ſibi fuit impoſitum: niſi potius magiae deditus, quod ſacrilega, ac blaſphema patrabat &c. quod quidem verius fortaſſe.

(35) Tarentum exulavit Sichenolſus, qua ex urbe tandem fuga elapſus Salernum appulit, ut infra.

(a) Eſther.cap.3. (b) *Braſmia.*
(c) *Verſatus.*
(d) *Abnit* for. *abnuente.*
(e) *Auferre.*
(f) *Suam.*
(g) *Detrudi.*
(h) *Diſponens actione.*
(i) *Interiit.*

obiret, ut cumulus ſuae perditionis juſtius augeretur, pro amore pecuniae ſpectabilem, & Deo dignum virum ſanctitate conſpicuum, Deusdedit (36) nomine, Beatiſsimi Benedicti Vicarium a Paſtorali Monaſterio Monachorum, ſeculari magis potentia, quam congrua ratione, depoſuit, ac cuſtodiae mancipavit. Cujus nunc quoque cineres, qua recubat humatus, nonnullos febre (*a*) detentos, variiſque languoribus oppreſſos ex fide poſcentes (*b*) creberrime curare noſcuntur. Quid autem dicam de hujus viri nequitiis, quandoquidem diſtractis Eccleſiarum, Coenobiorumque praediis (*c*) nobilium, ac mediocrum rebus violenter ablatis, ſecundum ſupputationem dierum (*d*) anni (37) emboliſmi cunctis opulentiſsimas aggregavit. Hoc quoque miſero ita obeunte, (*e*) paulo poſt a filiis, vel (*f*) a Dauferio nomine Sicardus ſupradictus Princeps gladio perimitur, Deo juſto retribuente, qui plerunque reddit iniquitatem patris in filios, carnemque ſolummodo ſe-

(36) Deusdedit Abbas Caſinenſis XV. pecuniae cauſa, inſtigante Roffrido, a Principe Sicardo exeunte Anno DCCCXXXIII. vel initio ſequentis in cuſtodiam detruſus fuit, quod etiam narrat Oſtienſ. L.I. c.21.

(37) *Dierum Emboliſmi*. Annus Emboliſmalis, ſive Emboliſticus eſt annus *ſuperexcreſcens*, ut ait Gervaſ. Tilber. Otior. Lib. I. cap.21. qui tredecim habet lunationes, ac dies tres tribus quibuſque annis ob exceſſum menſium Lunarium ſupra ſolares, qui quolibet anno eſt dierum XI. Quare quod ſupereſt ex anno Solari, qui eſt dierum CCCLXV. (in Biſſextili vero CCCLXVI.) ſuper Lunarem, qui eſt dierum CCCLIV. Emboliſmus dicitur, ſive, ut ait Iſidor. origg. L.VI. cap.17. *ſuperaugmentum* adpellatur, eo quod excedat numerum menſium Solarium; de quo Durand. L.VIII. c.10. ap. Ducang. Heic tamen Erchempertus metaphorice locutus eſt, famelicam iſtius Principis opum ingluviem exaggerans verbo *emboliſmi* ex Graeco λιμὸς, quo ingens fames deſignatur, & habetur in Agell. L.XVI. c.3 & Thom. Cantipr. L.II. de Apib. c.15. & ex divitiarum aliis ſubreptarum copia, qua nunquam explebatur, embolismalis anni redundantiam, ſeu dierum ſuperfluitatem imitabatur.

(a) *Retentos*.
(b) *Seperrime*.
(c) *Nobilibus*.
(d) *An membolis mi clins*.
(e) Ann. 839.
(f) *Adelferio*.

feriens, ulciſcitur; ut quia Sico genitor ſuus Grimoalt Seniorem ſuum indebite occiderat, ulciſcente Deo, filius illius a ſubditis interficeretur. Et iſto hoc mundo decedente, percuſſor non diu laetatus eſt; nam parvo poſt tempore a Sicone notho, cognomento Albo, praedictus homicida extinctus eſt: ſcilicet, ut juxta verbum *(a)* Domini, qui corpus proximi gladio *(b)* tranſverberavit, juſto valde judicio talionem, hoc eſt, ſimilem ultionem in ſe ipſo expertulit.

XIV. Decedente *(c)* itaque Sicardo ab hac luce corporea, *(d)* Radelgiſus Principatus regimen ſuſcepit, Theſaurarius praedicti viri, in cujus electione (38) *(e)* omnis, ut ita dicam, Beneventi Provincia conſenſit; quod vir eſſet blandis, ac bonis moribus pollens, ac ubi quidem primatum promeruit, Siconoltus, quem ſuperius exulem praemiſi, a *(f)* cuſtodia carceris elapſus, *(g)* fugere latibulum coepit, & ab Urſo comite Conſino, cognatoque ſuo aliquandiu latuit occultatus. Quo etiam tempore liberi Dauferii Balbi, videlicet Romoalt, *(h)* Arichis, & Grimoalt, nec non & Guaiferius Beneventi moenia relinquentes, Salernum invaſere, & Siconolſum, quo latebram fovebat, repertum, Seniorem ſibi unanimiter *(i)* conſtituerunt; factaque tunc talis diſſenſio eſt, qualis nunquam fuit in Beneventum, ex quo Langobardi in eam ingreſsi ſunt. Ante adventum itaque Siconolfi in Salernum miſſus eſt Adelmarius a ſupradicto *(k)* Radelgiſo Principe, ut filios Dau-

(38) Radelchis, ſeu Radelgiſus Theſaurarius, qui idem ac Secretarius, quem primum nunc Miniſtrum Principis appellamus, occiſo Sicardo, Princeps electus eſt; ejuſque electioni omnes unanimiter conſenſere. Unde non ſucceſſionis tunc ordinem ſecuti ſunt, ſed votorum fortaſſe ſuffragiis electio, ſive adclamatio peracta.

(a) Matth. cap. 26. & alibi.
(b) *Traſverberat.*
(c) Ann. 839.
(d) *Radelchiſius.*
(e) Deeſt. *Omnis.*
(f) *A cuſtodiae carceribus.*
(g) *Fugae.*
(h) *Arrichis.*
(i) Ann. 840.
(k) *Radelchiſo.*

Dauferii ad suam fidelitatem converteret, qui illuc adiens (*a*) astu doloso Principem deseruit, & se illis sociavit, eosque ignivit (39) deterius.

XV. Eodem quoque tempore Landulphus sane Capuae praeerat Gastaldeus, vir (*) quippe ad bella promptisimus. Hic autem vetustam exercens inimicitiam cum quibusdam de genere (*b*) Saductorum (40), animo gente (*c*) par crudelibus viperis, interfici fecit (*d*) ex primis eorum septem viros, unius eorum manibus abscisis, reliqui praesidium (*e*) fugae sumentes, (*f*) Benevento adeunt Radelgisum affinem suum. Landulphus autem (41) Sicopolim (*g*) in-

(39) Ignivit, scilicet accendit, magisque inflammavit.

(40) Qui heic de genere Saductorum vocantur, nobilitate praesignes quidem, ac dignitate fulsisse arbitror, cum Beneventano Principi Radelchi affines fuerint. Illos Landulfus persecutus est, ne ejus tyrannidi (Capuae enim Comitatum occupare tentaverat) obsistere niterentur Beneventani Principis auxilio fulti. De iisdem Saductis idem inferius, Ostiens. aliique.

(41) Sicopolim fortissimum Castrum Landulfus ingressus est A. Chr. DCCCXL. recte advertit Peregrinius noster in Ser. Com. Cap. At Sicopolis jam prius extructa erat sub initio Principatus Siconis ann. circiter DCCCXIX. aut DCCCXX. quo tempore ille Beneventanos persequens, ut sup. num. 10. innuit, hanc fortasse ob causam metuens ne Capuani Beneventanis rebellionis fomitem ministrarent, Castrum Sicopolis prope Capuam aedificavit, ut eos aliquo pacto refraenaret. Illuc igitur Landulfus ingressus est, postque biennium amplificanda Sicopolis fuit, cum veteri Capua a Saracenis incensa, ejus quoque urbis incolarum reliquiae illuc in partem transmigrarunt. Haec autem male a Geographis sita est cis Vulturnum, & supra quendam Tifatae montis collem, qui Triliscus dicitur: quam sententiam secutus quoque est Auctor Tabulae Chorogr. Med. Aevi ap. Murator. to. X. n. 126. Nam neque cis Vulturnum amnem, nec supra aliquem Tifatae collem, qui Triliscus dicitur, Sicopolis erat sita, ruderaque adhuc extant, cum trans Vulturnum, & Triflisci rivum supra collem, qui Trifliscus etiam diceba-

(a) *Actu*.
(*) Al. *quidem*.
(b) *Seductorum*.
(c) Deest. *Par*.
(d) *Ex permis. ex pmis.*
(e) *Fugam*.
(f) *Beneventum*.
(g) Ann. 840.

ingressus a Radelgisi dominatione se subducens, Siconolso sociatus est, ac primum cum Neapolitis *(a)* pacis conjunxit foedera. Fretus itaque Siconolsus hujus, ac liberorum ejus auxilio, totam (42) Calabriam suo subdidit famulatui, maximamque partem Apuliae; deinde adversus Beneventum praeliis insurgere nititur, plurimasque urbes, & nonnulla oppida ab ejus dominio auferens, suo juri subjecit. Et quia erat vir bellicosissimus *(b)* prae metu illius pene cunctus populus eum ambiens sequebatur. Prius enim quam Siconolsus Salernum obtineret a praedicto Adelmario Radelgisus invitatus, & a suis Stratoribus (43) fraude suasus, Salernum, quasi capturus, adventavit; quo cum pervenisset, castrametari grandi cum audacia placuit, sed subito, velut turbo, e civitate vir idem cum *(c)* fatis Dauferii filiis egressus, eos inaudita caede mactaverunt, bonaque eorum cuncta diripientes, ditati sunt; & Radelgisus vix cum paucis inglorius fugiens evasit, nec ultra ausus est Salerni metas gressibus attingere. XVI.

cebatur, nunc vulgo *Palombara*, extructa erat, ut in nova Tabula accuratius quam Peregrinius ipse fecerat, delineavi. Itaque inter Trifisci collem, & Tifatam Vulturnus praeterlabitur. Fusius alibi.

(42) Calabriam hoc loco citeriorem undique occupatam recte Erchempertus adnotat, non autem ulteriorem, cujus fortasse partem tantummodo mediterraneam occupavit, in qua Graeci adhuc dominabantur Jonium mare versus. *Maximamque partem Apuliae* intelligit pro Orientali illa trans Apenninos Apulia, quae licet veteri in Calabria includeretur, Apuliae tamen nomine Langobardorum aetate vocitabatur; atque a Graecis Langobardia minor; de quo alibi redibit sermo.

(43) Stratores varie explicat Ducangius. Vel enim iidem erant ac Marepahis, qui equorum Imperatoris, aut Principis curam habebant, sellamque ac stragulum super eos insternerent, & equum ascensuros manu levarent. Vel ii erant, qui in exercitibus castra praeibant, ut loca militibus commodiora praepararent. Habebantur denique veluti Marescalchi, qui exercitus metatoribus praeessent. Heic vero Stratores videntur dici posse *Praefecti militares* & duces, quasi itineris *Strategi*.

(a) Deest. *Pacis*.
(b) *Partim*.
(c) *Fratris Gauferii*.

XVI. His quoque diebus Pando quidam Barim regebat, qui juſſis obtemperans Radelgiſi, Saracenorum phalangas in adjutorium accitas juxta murum urbis, & ora maris locavit commorandas. Hi autem, ut ſunt natura callidi, & prudentiores aliis in malum, ſubtilius (44) contemplantes munitionem loci, intempeſta noctis, Chriſticolis quieſcentibus, per abdita loca (a) urbis penetrant, populumque inſontem partim gladiis trucidarunt, partim captivos fecerunt. Supradictum vero (b) conditorem (45) gentis, & patriae variis, multiſque ſuppliciis debacchantes, poſtremo, ut vere dignum fuit, marinis ſugillarunt gurgitibus. Quo comperto Radelgis, quia eos urbe nullatenus evellere quibat, coepit tamen quaſi familiares amicos excolere, & ad ſuum adjutorium ſenſim provocare; ac primum Caſtrum (c) Cananenſe (46) una cum Urſo filio ſuo illis deſtinavit oppugnandum. Confeſtim igitur intimatur hoc Siconolfo; qui ſtatim, mora ſepoſita, eos debel-

(44) Clandeſtino, videlicet, ac ſecreto obſervantes.

(45) *Conditorem gentis, & patriae* appellat Erchempertus Pandonem Barii everſorem, ea prorſus loquendi formula, qua ejuſdem aevi Ignotus alius Caſinenſis num.33. Seodanum Saracenorum Califum teterrimum hoſtem, benemeritum vocat.

(46) Legendum fortaſſe *Cavenſe*, ut in var. lect. Graves enim inimicitiae Radelgiſo erant cum Siconolfo Salerni Principe, ſub cujus ditione erat Caſtrum illud Cavenſe, nunc urbs. At neutiquam ita legendum autumo, ſed potius *Cannenſe* ſeu *Cannſenſe* (promiſcue porro utramque urbem ſcriptores uſurpabant) cum jam Chronologus, Siconolfum varias Apuliae urbes occupaſſe, ſuperius meminerit. Nec Saracenorum Rex, ſeu Califus, tam longum iter conficere fugiens poterat e Cavenſi Caſtro prope Salernum Barium uſque, praeſertim cum, equo amiſſo, ei pedibus incedendum foret: quod utique facillime conſequi poterat e Cannenſi, ſive Canuſino Caſtro profectus, quod Bario 40. circ. milliaribus diſtabat. Immo ea etiam ratione quoties Canuſiam Salernitanus Princeps jam prius occupaſſet, illa recuperata, liberum iter Bario Beneventum fuiſſet apertum; ſicque vicinitate unius urbis alteri profecto ſubſidium praeſto fuiſſet.

(a) *Urbem*.
(b) Ironice. al. *proditorem*.
(c) *Carianenſe*. *Canenſe*. *Cavenſe*.

debellaturus properavit, atque fuper eos audacter irruens, cunctos, qui fugere nequiverant, armis ftravit; tantoque victoriae potitus eft trophaeo, ut ex innumerabili acie Paganorum pauci elapfi effent, qui in urbem (47) refiduis cafum pereuntium explicarent. Rex vero eorum (a) Calfo nomine folus cum dedecore fugiens, equo in itinere jam feffo amiffo, tandem valde laffus plantis propriis urbem introgreffus eft.

XVII. Interea Siconolfus Beneventum crebris praeliis graviter affligebat, atque, ut dici folet, malo arboris nodo malus infigendus eft cuneus, contra Agarenos Radelgifi Lybicos, Ifmaëlitas (48) Hifpanos (b) accivit iifque invicem (c) inteftino, & extero alternantibus (d) bello, ultramarina loca captivis noftrae gentis diverfi fexus, & aetatis fulciebantur. Quadam vero die convenere utraeque acies in Forculas (49) Gaudinas, (e) ibique commiffum eft belli certamen; ac primo impetu Radelgifi pars victrix exiftens, Siconolfi exercitum totum in fugam vertit. Siconolfus autem in loco tutiffimo tunc conftitutus, cum paucis fuorum mox fuper Beneventanos triumphantes, ac fuos infequentes irruens, virili (f) eos attrivit animo, & non minima caede proftravit; patrataque victoria, plurimos eorum gladiis extinxit, nonnullos cepit, reliquos vero in fugam compulit. Fretus itaque fre-

(47) Ideft *Barium*: deeft, *redeuntes*.

(48) Varias Saracenorum nationes defignat, eas fcilicet quae ex Africa, five Lybia, & Ægypto, & ex Hifpania in Italiam appulerunt.

(49) Caudinae furculae fpatium illud occupabant inter Caftrum Argentii, & Caftrum Montis Herculis, montibus undique circumfeptum, in quo Samnites olim Romanos fub jugum miferant, ut ap. Liv. hift. lib. IX. cap. 5. dec. 1. Videfis quae commentati fumus in Appiae Viae defcript. Lib. III. Pugnam hanc accidiffe ait Ignot. Caff. n. XI. *in Cancellis* (al. in finibus Cancelli) qui a Caftro Argentii parum quidem abeft.

(a) *Calpho*.
(b) Ann. 843.
(c) *Inteftina & extera*.
(d) *Bella*.
(e) Deeft. *Ibique*.
(f) Deeft. *Eos*.

frequentiſsimis victoriis, omnes urbes a Radelgiſi abſtrahens jure, excepto *(a)* Siponto Beneventum circumdedit expugnandum. Cumque telis, & lue famis non mediocriter *(b)* coarctaretur, mandatum illico eſt Guidoni, ut properaret urbem: erat autem idem Guido Dux Spolitenſium, Siconolfi cognatus. Pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime (50) Francorum ſubjicitur genus, poſtpoſito vinculo parentali, in adjutorium venit Radelgiſi, atque per nuncios ſuggeſsit Siconolſo obſidenti urbem, ut obſeſsione relicta, ad propria remearet: adjiciens inter cetera. *Permitte me loqui (c) cum Radelgiſo, quia tuae magis parti faveb*o. Receſsit igitur Siconolfus a loco illo: Guido interim applicuit, & accepta a Radelgiſo una ſella (51) pro ſeptuaginta millibus nummis aureis, dirupit quodcumque pollicitus fuerat ſuo cognato, & alienatus ab eo, via qua venerat, rediit.

XIIX. Poſt haec praedictus Guido ſuaſit Siconolſo, ut datis quinquaginta millia nummis aureis pro adunatione Provinciae Beneventanae *& obtinere te*, inquit, *(d) faciam eam hinc, & inde (e) ut quaſi palmo eam (f) menſurabis*. Cujus tunc conſilio conſentiens *(g)*, Romam adiit, aureos tribuit, ſacramentum dedit, jusjurandum ſuſcepit, nihil proficiens, inanis abſceſsit. Erat autem adhuc inter Siconolſum, & Radelgiſum frequentiſsima pugnae concertatio, & quotidiana litium ſeditio; unde ex diverſa parte *(h)* ii, quibus via juſtitiae diſplicebat, alternatim ab uno in alterum confugiebant, fiebantque crebrae rapinae,

(50) Hujus criminis Itali eos vulgo expoſtulant.
(51) Sellam fortaſſe auro, gemmiſque ornatam, quae ſeptuaginta millibus aureis aeſtimabatur.

(a) *Sipontum*.
(b) *Arctaretur*.
(c) Deeſt. *Cum*.
(d) *Inquam*.
(e) Deeſt. *Ut*.
(f) *Menabis*.
(g) Ann. 844. Vide Anaſt. Bibl. in Sergio. 2.
(h) Deeſt *ii*.

nae, (*a*) incestaeque fornicationes: erant universi (52) erronei, & ad malum prompti, quasi bestiae sine pastore aberrantes in saltu. Sed cum jugiter civili bello invicem lacerarentur, (*b*) essetque omnium pernicies, & ut ita dicam, animae, & cordis extrema perditio; maxime quia Saraceni Beneventi degentes, quorum Rex erat (*c*) Massari, (53) infra, extraque omnia funditus (*d*) (54) denectarent, ita ut etiam optimates illius pro nihilo ducerent, atque, ut ineptos servulos, (55) taureis duriter flagellarent.

XIX. His quoque diebus, (*e*) mortuo jam dicto Luthario (56), Regnum Gallicum pentifarie divisum est; quoniam Lodoguicus, & Carolus germani ejus Bajoariam, & Aquitaniam regebant; primogenitus (*f*) ejus filius, Lodoguicus nomine, Italiam; secundus Lutharius Aquis, tertius Carlictus (57) Provinciam tuebatur. Huic ergo Lodoguico Augusto (*g*) suppliciter (*h*) relatum est (*i*) per (*k*) Landonem Comitem (*l*) Capuanum filium Landulfi supra-

(52) *Eronei*, errantes, perfugae, qui modo uni, modo alteri Principum parti inhaerebant.

(53) Lege *intra*, ut in Cod. Bolvit.

(54) *Denectarent* pro *depraedarent*: quod vulgo nunc etiam a nostris vernacule dicitur *Casa annettata* pro *despoliata*, & *direpta*.

(55) Loris scilicet ex bubulis tergoribus, seu taurorum nervis.

(56) In fine ann. DCCCLV. Lotharius Imperator proximum praesentiens obitum, monasticum habitum induit in Monasterio Prumiensi, quod a Trevirensi urbe quatuor distabat milliaribus; nec multo post, Regno prius inter filios diviso, occubuit, cui successit Ludovicus II.

(57) Carlictus diminutum nomen Caroli.

(a) *Et incestae*.
(b) *Esset*.
(c) *Massan*. *Massar intra*.
(d) *Devastarent*.
(e) Ann. 855.
(f) Deest. *Ejus filius*.
(g) Deest *Suppliciter*.
(h) Ann. circ. 850.
(i) Deest. *Per*.
(k) *Pandonem*. In omn. scr. Cod. vide Ch. Com. Camp.
(l) *Capuanorum filii*.

praedicti viri, & per Adimarium (a) (58) jam fatum (*) virum (b) *nec non per Venerabilem Abbatem Bassacium, ut ad has partes venire, eosque a nefandorum Saracenorum devastatione eripere, tantisque calamitatibus finem dignaretur imponere*. Qui licet (c) erant admodum parvuli, pro Dei tamen zelo eorum humilibus precibus aures accommodans, etiam consensum praebuit, & celeriter veniens, universos profanae gentis hostes ab urbe (59) vi distrahi, ac framea necari fecit; ac praesentibus omnibus Langobardis, inter duos praedictos viros (60) totam Provinciam Beneventanam aequitatis discrimine sub jure jurando (d) dispartivit. Hoc autem facto non diu supervixit Siconolfus, sed debitum (e) mortis munus (f) exolvens, filium suum adhuc lactentem ministerii sui reliquit heredem; cui superstes parumque (g) extitit Radelgis; quo (h) migrato, Radelgarius filius ejus in principatum loco ejus electus est: vir plane fortis viribus, & animo pius, & corpore cunctis gratus.

XX. Per idem tempus Agareni Barim (i) insidentes, coeperunt devastantes stirpitus depraedare totam Apuliam, Calabriam, & pedetentim quoque Salernum, ac Beneventum, & Neapolim depopulari initiarunt. Tunc iterum

(58) Ademarius hic, quem Ignot. Cassin. num. 10. Gastaldeum dixit, Benevento Salernum missus fuerat a Radelchi, ut supra nu. 14. & 15. qui cum Siconolfo foedus iniit.

(59) Urbe Benevento Saracenos vi expulit Ludovicus, ac framea, sive telis, ac lanceis necari jussit.

(60) Idest Radelchisum, & Siconulfum: priorem illum Beneventi, Salerni alterum Principes constituens anno Chr. DCCCLI. Vide Leon. Ost. Anon. Salern. Chron. Romualdi, aliosque passim.

(a) Deest. *jam*.
(*) *Sigon. L. 5.*
(b) *Nec non per venerabilem.* &c. sup. ex Ostien. l. 1. c. 28. in scriptis tamen Codd. nulla est lacuna.
(c) *Esset admodum puerulus*.
(d) Ann. 850. sive 851.
(e) Ann. 851.
(f) *Exolvit*.
(g) *Extitit. Radelgis migratus*, *Radelgarius*.
(h) Ann. 851. exeunte, vel 852. ineunte.
(i) *Incolentes. Militantes*.

rum ſuggeſtum eſt lamentabili ſupplicatione jam (*a*) ſaepe dicto piiſsimo Auguſto per venerabilem virum Baſſacium B. Benedicti Vicarium (*61*), & per Jacobum S. Vincentii Abbatem, ut properare quantocius dignaretur, (*62*) & ſuo adventu eriperet quos ante jam miſericorditer redemerat. *Et ſimus*, inquiunt, *fideliſſimi famuli illius, conſtituatque nos ſubeſſe cuilibet ultimo ſuorum*. Qui ſine mora veniens (*b*) cum incredibili multitudine, Barim perrexit. Sed obliti Capuani ſuam ultroneam ſponſionem (*c*) urbibus ſe recondentes, Landulfum (*d*) tantum Antiſtitem vice ſua illuc deſtinarunt. (*) Videns autem ſupradictus Caeſar & illorum fallaciam, & ſe nihil proficere ſine emolumento, recedens abiit, conceſſo Principatu Salernitano Ademario fortiſſimo, & illuſtri viro: & Siconolfi filium exulem fecit (*63*). Interea (*e*) obiit Radelgarius

(61) Abbas nempe Caſſinenſis erat S. Benedicti Vicarius.

(62) Haec Baſſacii Caſinenſis cum Jacobo Abbate Vulturnenſi legatio non eſt cum priori confundenda. Cum illa profectus eſt in Franciam Baſſacius anno DCCCIL. cum Adimario, ut ſup. num 19. Unde Ludovicus poſtquam Romae a Leone PP. IV. coronam acceperat, Conſuliſque titulum menſe Decembri, anno DCCCL. Beneventum ſtatim perrexit, Saracenoſque brevi profligavit, ut ex Adone Vien. & Oſtienſi L.I. c. 31. tuncque ad diſſidia componenda Principatum diviſit, & patriam remeavit. Barenſibus deinde Saracenis graſſantibus, ac nova incendia parantibus Baſſacius, & Jacobus ad Ludovicum iterum mittuntur anno DCCCLII. vel initio DCCCLIII. ut eriperet quos ante miſericorditer redemerat, ſcilicet ut e Barbarico utrumque Principatum jugo liberaret: quod Auguſtus exſequi ſtuduit. Sed fraude Capuanorum comperta, regreſſus eſt. Hoc ſane modo conciliari poſſe mihi videntur ea, quae de duabus diverſis Baſſacii legationibus heic, & numero praeced. diſputat Erchempertus: *iterum*, inquit, *ſuggeſtum eſt* &c. Neque unam tantummodo fuiſſe credendum eſt, cum utraque diverſas habuerit circumſtantias, ut legentibus patet. De tertia Ludovici contra Saracenos expeditione anno DCCCLXV. dicemus infra.

(63) Landulfo fortaſſe Capuae Epiſcopo ſuggerente, cui carior Ade-

(a) *Saepe fato.* (b) Ann. 852.
(c) *Urbi.*
(d) *Tum.*

(*) *Vid. Oſt. l. 1. c. 28. & ſeqq. & Ign. Caſſin. n. 13. infra.*
(e) Ann. 854. 855.

rius Benevento; cui successit germanus ejus nomine Adelchis, vir quippe mitissimus, & amabilis cunctis, tantaeque mansuetudinis, ut etiam ab exteris diligeretur. Sed, quod pejus est, Provincia (*a*) in multis divisa ad exitium magis, quam ad salutem de die in diem a dominatoribus ducebatur.

XXI. Subtracto vero ex hac luce (*b*) Landulfo Capuano Comite, ut post tergum redeam, quatuor reliquit liberos; Landonem videlicet jam fatum virum, Pandonem, Landonulfum; & Landulfum futurum Pontificem: viros singularis prudentiae. Ex quibus Lando Capuam, Pando Marepahis (64) Suram, Landonulfus Teanum regebat; Landulfus vero adhuc (*c*) tenerae indolis Palatinis excubabat obsequiis. Hic autem novissimus, & postremus in patulo claruit. Cum adhuc visceribus gestaretur genitricis, eadem mater cum se quadam die sopori juxta viri dorsum dedisset, facem igneam peperisse (*d*) videbatur sibi; quae fax cum in humi solum cecidisset, in maximum ignis globum aucta est; visaque est totius Beneventi confinium concremare, sicque cum somno pariter (*e*) & visio elapsa est. Quae nimium perterrita, mox proprio conjugi moesta curavit (*f*) indicare; cujus visionis finem genitor ut audivit, infatis syllabarum dictio-

Ademarius, qui Comitatus Capuani hereditariam suis nepotibus ditionem confirmarat, quod Sico utique renuebat, vel renuere pertimescebat callidissimus Praesul.

(64) En totius tunc Comitatus Capuani extensio; nempe a Clanio, sive Literno amne trans usque Lyrim ad Boream, ubi Sora extat, hisque includebat Dynastias, videlicet Suessulam, Galaciam, Casamirtam, Calaciam trans Vulturnum, Theanum, Calinium, Venafrum, Aquinum, ac Soram. Neque tunc ultra se extendisse puto, cum neque Aesernia, neque Aliphia, neque trans Vulturni ripas aquilonem versus post Calaciam Comites Capuani Landulfi Senioris filii dominationem dilatarint suam. At iterum not. 163. de hac re redibit sermo.

(a) *A multis*.
(b) Ann. 842.
(c) Deest. *Tenerae*.
(d) *Visa experta est*. *Quae*.
(e) Deest, *& visio*.
(f) *Indagare*.

ctionibus, futura ejus dira opera complexus est, dicens.

Heu me, dulcis amans, quae nos tunc (a) facta (b) sequentur.
Augurium saevum monstrat tua visio dira.
Hac tuus hic (c) ortus, tegitur qui clausus in alvo,
Diliget haud (*) ullum, spernet qui sanguine claros,
(d) Postremo cives viperino devoret ore,
Ac, velut ignis edax, cunctorum pectora buret. (65)

(e) Quod ille in extasi mentis licet praedixerit, nos quoque (66) propriis intuiti sumus obtutibus; qui innumerabiles insontes homines illius (f) facto conspicimus per ignem gladiis corruisse. Ignis itaque ille ipsum humani generis sanguinem, qui postea, eo operante, fundendus erat, sub quadam imaginis specie (g) portendebat; quod ne cui incredibile hoc, aut imaginarie forte confictum videatur, tot mihi testes sunt, quot pene homines versantur (67) in

(65) Idest, *comburet*, ad metri harmoniam.

(66) Ejus aetatem Chronologus noster exponit, cum inquit, se sub Landulfo vixisse, suisque oculis mala, quae fecerit, adspexisse. Haec siquidem post annum DCCCLIX. incoepere. Cur igitur dubitandum, quin Chronologus noster jam anno DCCCLX. plenam rerum cognitionem suae Provinciae habuerit, quas oculis vidisse testatus est, atque minutim exscripsit? Firmum igitur, exploratumque est, quod superius contra Peregrinium probavi, non potuisse Erchemperti ortum designari post ann. DCCCL. ejusque in pueritia oblatio post ann. DCCCLIX. quo Landulfi Praesulis nequitia, regnandi cupido, malignitas, tot bellorum in Campania semina palam prodierunt. Plenissime igitur cuncta ipse suae provinciae facta cognovit, cum suis oculis ea vidisse adfirmet.

(67) In *urbe* Capua, in qua mala omnia evenere ob Landulfi nequitiam.

(a) *Fata*.
(b) *Sequuntur*.
(c) *Ovus*.
(*) *Aut illum*.
(d) *Postremos*.
(e) *Haec ille*.
(f) *Fato conspeximus*, sed in Pap. Codd. semper *factum* pro *Fatum*, hoc est, *Praefatum*.
(g) *Praetendebat*.

in Urbe: hujus (a) etiam actio, finisque exitus in subsequenti propalabitur.

XXII. Horum denique genitor cum jam diei ultimae appropinquaret, ut a referentibus (68) audivi, vocatis liberis suis hoc in Edictum illis tradidit. Ne unquam, quantum ad se pertineret, sinerent Beneventum cum Salerno pacisci. *Quia non erit*, inquit, *vobis profuturum*. Cujus monitum filii audientes, opere pariter patrarunt, atque suis heredibus in jus perpetuum, sicut a patre acceperant, reliquerunt. Magnum sane hereditatis scelus (b) suae reliquit soboli adversus divinum praeceptum gerentes. quia ait Jesus discipulis suis. (c) *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Accepto itaque jure regnandi, nullo modo (69) Siconolfo obsequuntur: parvipendunt imperium ejus; sed prae omnibus Landonulfus contrarius illi semper, & ingratus extitit, adeo ut etiam filio illius natam suam necessitate ductus arrharet. Hoc autem tempore Paulinus (70) Deo dignus, & carus vir Capuae Praesul ab hac carnea subtractus est faece, atque Landone

(68) Loquitur heic iterum Erchemp. de Landulfo eorum patre, qui mortuus est anno DCCCXLII. mense Augusto: quo tempore nondum natus ipse erat, & testis ex auditu fatetur se retulisse tyrannica illa, quae alii audierant suis filiis tradita, scilicet celebratissimum Principum axioma ab Ethnicis tandiu usitatum (utinam & etiam nunc maximo Religionis detrimento non serperet!) *Divide, & impera*. Ex divisione enim, & bellis inter Radelchim Beneventi, & Siconolfum Salerni Principes Capuanorum Comitum potentia altius se extollere potis erant, unius aut alterius scilicet depressione; sicque armis decertantibus, illis vicissim ita certum sui Comitatus incrementum sibimet ipsis pollicerentur inposterum.

(69) Siconolfus primus Salerni Princeps, cui etiam Capuae Comitatus adtributus, ut infra in divisionis Principatus Beneventi pacto observabimus.

(70) S. Paulinus Capuae veteris ultimus Antistes optime probatur a Michaële Monacho in suo Sanctuar. Capuan. quem consule.

(a) *Videlicet*.
(b) *Reliquit ejus*.
(c) Joan. c. 14.

ne supradicto viro viriliter decertante, Landulfum fratrem (71) suum Episcopum ordinavit; sed incongruam vicissitudinem filiis ejus post patris intulit obitum, quos velut durissimos hostes vario, ac perpetuo mulctavit exilio.

XXIII. Mortuoque itaque Siconolfo, ut unusquisque quod sibi habile videretur, ageret, filium ejus adhuc anno (a) carente (72), loco ejus subrogarunt. Tunc coeperunt praedicti fratres concives suos partim ambitu, partim metu agitati, ferina persequi ingluvie, & custodiis mancipare; quamobrem & a Pandonulfo (73) consanguineo suo Suessulam ingenio auferentes, suae ambitioni nexuerunt; ipsum, & liberos ejus extorres fecerunt; de quibus dehinc unum gladio, alium igne perdiderunt; duosque superstites jugi, continuoque damnarunt exilio: Suessulam autem postea a Landonulfo Landonis filio captam, annectente sibi (74) Sergio Magistro Militum, quod socer erat

(71) Urgente Landone Comite Capuano Landulfi senioris filio primogenito, electus fuit frater ejus Landulfus Episcopus: qui tamen licet sanguinis, aut justitiae, & grati animi vinculis obstrictus, ipsum, ejusque filios aeque ac fratres alios persecutus est, Comitatusque regimen nihilominus, quam Cathedram tyrannide occupavit.

(72) Idest, anno nondum completo Salernitani Proceres successorem patri decreverunt Siconem filium.

(73) Pandonulfus hic, qui dicitur filiorum Laudulfi senioris Comitis consanguineus, Suessula potiebatur, quam occupare cogitaverunt iniqui ejus consanguinei, non alio pacto, quam ut Capuano Comitatui urbem illam adderent; quare fratrem, fratrisque filios aut morti dederunt, aut exilio multarunt. Heic advertendum existimo, Suessulam non ultra Clanium, seu Liternum amnem sitam esse, nec inter Acerras, & Aversam, ut Auctor Tab. Chorogr. med. Aevi ap. Murator. Coll. Ital. to. X. ait num. 126. sed potius inter Capuam, Nolamque medio fere itinere, ut alibi dixi.

(74) Landulfus Junior filius Landonis Comitis, qui fuit filius primogenitus Landulfi senioris, ut supra, uxorem duxerat filiam Sergii Ducis, seu Magistri militum Neapolis, cujus auxilio fretus Suessulam vi cepit, eamque multo post pacifice retinuit.

(a) *Tarenti.*

erat illius, nunc usque retinet eam.

XXIV. Hac (a) tempestate casu, an judicio superno actum sit, tota urbs Sicopolis (75) igne cremata est, ita ut ne una domus remaneret inusta, praeter (*) Episcopalis Aula. Qua reperta occasione Landulfus Praesul, & Landonulfus germanus eius consilio inierunt, ut deserta angusti montis cohabitatione, ad plana, & praeclara campestria descenderent ad commanendum. *Non sumus*, inquiunt, *Caprearum ovile, ut in saxorum cavernis tutamur: ad humilia denique descendamus; ut altos nos, & inhumiles circumspicientibus praebeamus*. Quibus tunc assensum Lando minime praebuit, quia delirum, (b) ac frivolum erat inter tot (76) procellas urbem munitissimam deserentes, ut suillo in coeno locarent (77).

XXV. His invicem ita altercantibus, duo praedicti viri coeperunt (78) aedificare murum juxta Pontem, qui vulgo Caselinum dicitur. Quorum opera ut perspexit Lando, illico abiit, ac mirifice perfecit (c) aedificandam ur-

(75) Sicopolis Urbs & Castrum fortissimum, ut supra meminimus; cujus rudera dicuntur adhuc *il Castello vecchio di Palombara*, idem sortita est infortunium quam Capua, utraque scilicet incendio sepulta suo, illa Saracenorum, haec *casu, an superno judicio*, ut inquit Erchempertus.

(76) Procellas videlicet bellorum a Principibus Beneventi, ac Salerni, necnon a Neapolitanis, & Thuscis impendentium.

(77) Locum novae Capuae exprimit, qui quidem palustris, aquisque stagnantibus redundans, nec cum Sicopoli ob loci munitionem, atque aëris salubritatem, ac amoenitatem eo temporis comparandus.

(78) Idest Landulfus Capuae Praesul, ejusque germanus frater Landonulfus prope Pontem Casilini, ubi Appia olim via, atque Latina coibant, Capuamque pertingebant, novae urbis murum ducere coeperunt, qua parte meridiem Neapolim versus prospectabat, situmque novae Capuae a Vulturno fluvio superne inferneque incipientem designarunt: qui quidem fluvius a septemtrione, occidenteque suis gurgitibus illam circumdaret, muniretque contra hostium quorumcumque incursiones.

(a) Ann. 856.
(*) *Empolis*.
(b) *Aut*.
(c) *Aedificare*.

urbem (79). Ut autem munita est, & habitari coepta; supervenit Guido jam dictus cum universis Tuscis, & obsedit eam hinc, & inde, graviterque angustiavit; quia nolebant (80) subjici jam fato viro (a) ob improbitatem Landulfi Praesulis, & Landonulfi; quoniam illum prae ceteris affectu favebat fraterno, aliis, (b) quasi exteris, spretis. Dum enim valide intus affligerentur quotidiana pugna, & foris sata delerentur, tandem robore, & violentia devicti sua colla subdiderunt ejus famulatui, excepto Landonulfo; quamobrem Sura, cunctaque oppida confinia a Landonulfo domino subtracta, & Guidoni sunt tradita, sicut promissum fuerat; quo in tantam animi tristitiam corruit praedictus vir, ut in proximo spiritum (c) exhalaverit.

XXVI. Per idem tempus veterem inimicitiam vindicare volens (81) Ademarius, filium Marini Malfitani, cogna-

(79) Non ultra biennii fortasse spatium subditorum omnium ope atque industria urbs fere exaedificata est, ut ex hoc Erchemp. loco conjici potest.

(80) Guido in auxilium Salernitani Principis, cui Capua in divisione obtigerat, eam obsedit, ejusque dominationem iterum supradicto Principi restitui curavit.

(81) Ut veteres has inimicitias inter Ademarium Salerni Principem electum post mortem Siconis pueri, Siconulfi Princ. filii, & Marinum Amalphitanum Ducem cognatum Pandonis Capuae Comitis, Landulfi Senioris filium, Sergiumque Neapolis Magistrum militum legentibus patefaciam, repetenda puto, quae de Dauferio Beneventi Procere (qui Balbus ob linguae defectum cognominabatur, ut supra) Erchempertus num. 14. tradidit. Hic occiso Sicardo Ben. Principe, cujus socer erat, in exilium pulsus est a Radelchi ejus successore; Nuceriamque urbem, tunc ad Neapolitanum Ducatum pertinentem, perrexit, proximosque Salernitanos ad defectionem sollicitavit, adnitente etiam Landulfo Capuae Comite, ut sup. num. 15. qua de causa Siconolfum Sicardi Principis fratrem Salerni Principem consalutarunt, qua in sede a Ludovico II. Imperatore confirmatus fuit, data ei medietate totius Beneventani Prin-

(a) Deest. *Viro*.
(b) *Quia*.
(c) Ann. 859.

gnatum videlicet Pandonis, dolo cepit, & Sergium Magistrum Militum, quo cum foedus inierat, (a) exulem tradidit; pro qua causa ab eodem Sergio (b) etiam Marinus fraude captus est. Hinc etenim aeternum jurgium inter Ademarium, & Pandonem ortum est; unde factum est, ut inscio Landone, Landulfus Episcopus, & Pando suaserint Guaiferio, filio Dauferii Balbi, & (c) fecerint apprehendere Ademarium Principem, Guaiferiumque sponte sibi (d) Seniorem (82) (e) elegerint, jurantes ei gravi sacramento. Sed ocius ad consueta vitia defluentes, & huic statim sunt post (f) excessum Landonis soceri illius mentiti.

XXVII. Mortuo denique (g) Landonulfo, non multum post

Principatus, ut num. 19. Paulo post Siconulfus obiit, Sicone ejus filio relicto sub tutela Petri, ut Anon. Salern. c. 84. & seqq. Sico, quinquennio vix post patris mortem expleto, moritur, Principatumque Salerni Ademarius Petri filius, qui tutor fuerat pueri Principis, occupavit, ex Ign. Caff. num. 13. Erchemp. num. 20. & Anon. Salern. loc. cit. anno DCCCLVI. Interim Ademarius, ut Dauferii filiorum, eorumque foederatorum Campanorum Comitum, ac Neapolitani Ducis arma declinaret, quae in se vertenda praesentiebat ob Principatus invasionem, & quia integram a Capuanis Comitibus dynastiam vindicare tentabat, variis conflictionibus ansam praebuit; sicque dira inter se exarserunt odia, inimicitiaeque. Nec incendium extinctum nisi ann. DCCCLXI. quo Ademarius a Guaiferio Dauferii Balbi praedicti filio vinculis captus est, Pandonis Comitis, & Landulfi Capuae Episcopi auxilio, & suasione, ut hic ait Erchemp. & Sal. Anon. Tandem oculis orbatus anno DCCCLXVI. Ludovico Aug. iterum huc adventante, solio deturbatus, Deo vindice, extinctus est. Consule quae sup. Peregrin. in Face ad Erch. n. 11. de Pandone habet.

(82) Guaiferius, exturbato Ademario, in Salerni Principem evectus est anno, ut dixi, DCCCLXI. Ipse uxorem duxerat, dum Neapoli exulabat, Landelaicam Landonis Senioris Cap. Comitis filiam: cujus, patrisque Landonis precibus ab exilio virum Guaiferium Salernum revocavit ex Anon. Salern. ut infra.

(a) *Eundem*.
(b) *Et*.
(c) *Fecerant*.
(d) Ann. 861.
(e) *Elegerunt*.
(f) *Accessum*. *Arcessum*.
(g) Ann. 859.

post (*a*) Lando (*) dira paralysi percutitur, lectum per annum integrum fessus detinebatur (83). Hoc agnito Sergius Magister Militum, praesidiis illectus Ademarii, ut priora replicem, dirupit juramentum, quod cum Landone (*b*) pactum fuerat, & adversus filium illius bellum excitavit (84). Nam (*c*) octavo Idus Majas, quo B. Michaëlis Archangeli solemnia nos solemniter celebramus, qua etiam die priscis temporibus a Beneventanorum populis Neapolites fortiter caesos legimus (85), hac ergo die nullum honorem dans Deo, misit (86) duos liberos suos, Gregorium Magistrum Militum, & Caesareum, nec non & Landulfum generum suum (*d*) Suessolanum, cum quibus Neapolitum, & Malfitanorum exercitum, (*.) tam pedestrem, quam & equitum pene ad septem millia viros misit, dans (*e*) eis in praeceptum, ut Capuam (*f*) obsiderent. Quibus audacter occurrit, ceu leo, (*g*) fervidus Lando junior, reperitque eos transvadatos pontem (87) Theo-

(83) Loquitur heic Erchempertus de Landonulfo filio Landulfi senioris, & Landone Seniore Comite ejus germano, qui diem obierunt suum, ille anno DCCCLIX. hic ineunte anno DCCCLXI.

(84) Filium ejus (Landonis nempe Senioris) Landonem Capuae Comitem Juniorem intelligit, qui nepti Athanasii Episcopi Neap. nupsit.

(85) De hac pugna in Ignoti Casin. notis plenius differemus.

(86) Landulfus nempe Landonis senioris filius.

(87) Ad hunc Theodemundi pontem pes figitur. Divinandum namque est, an de Capua, vel Sicopoli Chronologus verba fecerit: & an de ponte aliquo vel super Vulturnum fluvium, aut Liternum seu Clanium posito locutus sit. Tunc enim (scilicet Majo mense a. DCCCLX.) extabat adhuc pars urbis Sicopolis, veteris scilicet Capuae, nova jam quatuor circ. annis ante ad Casilini pontem constructa. Nec ulli dubium, quin utraque incoleretur, suosque adhuc muros servaret. Erchempertus ipse in judicium vocetur, ejusque verba expendantur: *Sergius*, ait, *filios*

(a) *Landonem* omnes scripti Codd.
(*) *Vid. Ser. Abb. Cass. in Berthar.*
(b) *Peractum*.
(c) Ann. 860.
(d) *Suessulanum*.
(*.) *Ign. Cass. num.* 25.
(e) *Ei praeceptum*, *ei in praeceptum*.
(f) *Obsideret*.
(g) *Praedictus*.

Theodemundi ſuos acriter expugnantes, qui totis viribus ſuper eos irruit, atque cuneum (88) eorum ſcindens, gladiis ventilavit, captumque Caeſareum, & ferme octingentos alios, reliquos in fugam vertit; ſicque triumphans reverſus eſt. Pando autem illius avunculus (89) Adema-

rii

lios ſuos miſit inſimul cum Landulfo Sueſſuiano Comite, ut Capuam obſiderent. Igitur non de Sicopoli locutus videtur (jam enim ex ea germani Comites diſceſſerant novam incolentes) ſecus nominatim illam Sicopolim adpellaſſet, ut alibi ſeqq. numeris nominare ſolet. Verum novae ambages extricandae ſe offerunt. Veteriſne, an novae Capuae obſidio a Sergio praeſcripta? Equidem antiqua illa urbs ex quo in cinerem abiit, Saracenorum incendio, cives diſperſim varias in urbes, pagos, vicoſque tranſmigrarunt, ut alibi dictum eſt; nec niſi parva rusticorum pars ibi vel perſtitit, vel eo quidem rediit, ut agris colendis incumberet. Neque illam moenibus circumdatam ad cuſtodiam tum fuiſſe credibile videtur, cum novae Capuae proximitas, quae fortiſſima quidem erat, Turreſque ſuas, Caſtrumque habebat, veteris reliquias circumtegere ſatis poterat. Quare non abs re conjiciendum, de nova potius obſidenda Capua Erchempertum locutum, quae utique offendiculo erat Neapolitanis Ducibus, cum vicinam Liburiam opportunius non tam cuſtodire, quam amplificare potis erant. Quae ſi vera ſint (ni mea me fallit opinio) hic Traſemundi pons non alibi conſtructus cenſendus videtur, quam ſuper Clanium Capuam, Neapolimque intermedium: ſecus ad Vulturnum, qui Capuam ultra praeterlabitur; quod etiam planius fiet inferius num. 58. Hinc alterutrum ex iis, qui ibi adhuc viſuntur, fuiſſe puto, vel illum ſcilicet, qui recta via Atella Clanium ducebat, nunc *Ponterotto*, ſeu *di Caſapuzzana* Italice appellatum, vel alterum paulo ſuperius ortum verſus ſitum, via qua Acerras itur, vulgo *Carbonarium* vel quatuor abhinc ſeculis vocitatum, ut ex veteribus chartis eruitur. Hac enim cum foederatis Neapolitum copiis ad Comitatum Capuanum progrediendum erat Landulfo Comiti Sueſſulano (Sueſſula namque parum a Carbonario ponte diſtabat) Sergii Magiſtri militum genero, ut ex eo vectigalia fortaſſe, atque auxilia facile tranſveherentur, ac praeſto eſſent, & in proximo Sueſſulano Caſtro opportunum perfugium haberetur, ſi ſiniſtri aliquid accidiſſet.

(88) *Cuneum eorum ſcindens*; hoc eſt aciem infringens. Paſſim hoc verbum habes apud illius aevi chronologos. Hinc *cuneus validus, fortis* &c. & *cuneatim gradiebant*, & *advenientes cuneatim* nihil aliud ſibi volunt, quam *marciare in ordine di battaglia*.

(89) Patruum potius, non avunculum, ut etiam adverterat Peregrinius.

rii metuens adventum, ad monumentum, (90) (*b*) quondam (*a*) Trasaraci interius obſervabat excubias. Poſt haec Pando, erepto Marino a vinculis, Caeſareum cum univerſis libertati reſtituit.

XXIIX. His quoque diebus Lando ſenior; creſcente interim languore, ad extrema perductus eſt; vocatiſque duobus fratribus ſuis, (*c*) Pando ſcilicet, & Landulfo Antiſtite, Landonem filium ſuum eis ſupplici prece commendare ſtuduit, atque in manibus eorum tradidit, dicens. *Deo teſte, ſanctaque ejus Eccleſia, vobis eum commendo, ut eodem Judicio futuro judicemini, quo eo in praeſenti abuſi fueritis*. Sicque (*d*) humanum (91) faciens, obiit. Quo migrato, non diu ad juramentum praeſtitere fraternum; nam ſubdole, pro cupiditate Gaſtaldatus, & Landonem, & ceteros fratres urbe repulerunt, & a Guaiferio (92) alienati ſunt, cui ſacramenta recentia dederant, prae-

(90) Ad *Monumentum* iſtud *Traſaraci* haeret aqua. Non enim illius ne leve quidem in chartis, aut Chronologis verbum. Si tamen in rebus dubiis divinare aliquando fas eſt, monumentum hoc ad parvae arcis, ſeu turris formam in ea parte erat, qua e Carbonario Ponte Magdalonum oppidum verſus iter dextrorſum habetur euntibus contra Caſtrum Cancelli, qua via olim antiqua Rhegium verſus, Brutioſque ducebat, cujus ego in Appiae viae Deſcr. curſum praeſignavi L. III. Secus eandem viam rudera adhuc cujuſdam veteris monumenti cernuntur rotundo ac teſſellato opere extructi, nunc etiam *al monumento* appellati. Prope hoc fortaſſe Pando ſuas celavit copias, ut inde, cum neceſſitas cogeret, nepotis auxilio praeſto eſſet, vel Ademario hoſti, ſi alio illuc itinere adventaſſet, obviam iturus, eumque adgreſſurus inopinato hoc ſubſidio. At haec mera quidem conjectura eſt.

(91) *Humanum facient*, hominis ſcilicet proprium eſſe, & mortalem.

(92) Guaiferius Princeps Salerni, de quo ſupra, cui fidelitatem pro Cap. Comitatu juraverant filii Landulfii I. Comitis, & praecipue Landulfus Cap. Epiſc. malae frugi homo, peſſimiſque imbutus moribus ambitione, faſtu, ſeculique potius, quam Eccleſiaſtica caritate ac prudentia praeditus, ut infra planius patebit.

(a) *Quoddam*. (b) *Traſaracius*. (c) *Pandone*. (d) Ann. 861.

praecipueque Landulfus per Evangelia, Missarumque solemnia, nec non per manus sacratas (93) suas ille non semel juravit. Hoc facto, (a) Cajaziae (94) ingressus est, capto in ea Ajoaldo, qui a praedictis viris ad custodiendam eam fuerat directus. Eodem igitur tempore Landulfus frater Landonis (95) Casamirtam cepit; sed superveniens Pando, cepit (b) eum cum quadraginta Primoribus, (96) quibus redditis, Castrum Cajaziae recepit, & receptis filiis Landonis a Guaiferio, & Landulfo eorum fratre in Suessulam (97). Quibus exterminatis, minime quievit eorum rabies; sed coeperunt eos persequi jugiter, etiam terminos (c) Suessulae expugnantes: Hos siquidem Guaiferius (98) Princeps non segniter adjuvabat, & multotiens locum cedebat eis, nolens frustra Christicolum fundere cruorem. Sed Landulfus Praesul non hoc religio-nis

(93) *Sacratas* Landulfi Praesulis manus merito dixit.

(94) De Cajacia transvulturnensine, an Galacia, quae cisfluvium hunc sita est, loquitur Erchempertus? Judicium suspendo: cum ex contextu potius de Galatia, quam Cajacia locutus fuisse videatur. Galatia quidem tunc parvum oppidum, Comitatuique Suessulano inclusum erat: non ita Cajacia transfluviana, quae suum habebat Gastaldum, arcemque, cui fortasse praefuerat Ajoaldus.

(95) Landulfus hic non germanus, sed consanguineus Landonis junioris, qui Casamirtam (nunc *Caserta*) vi cepit.

(96) Tam heic, quam alibi *Primorum* nomine intelliguntur viri Patricii, nobilioresque e Langobardorum sanguine, ejusdemque Comitibus, & Gastaldis Capuanae Dynastiae vel adfines, vel consanguinei, de quo hocce in opere loquitur Peregrinius, pluriesque redibit sermo.

(97) Suessula urbs priscis temporibus non ignobilis, inde Castrum munitissimum, nunc omnino destructum, vulgo *il Castello di Sessola*, de quo supra.

(98) Guaiferius Salerni Princeps Landonis senioris filios adjuvabat, utpote sibi fideles: non ita se habebat Landulfus Episcopus, & Pando frater, qui sacramentum illi datum negligentes, cuncta invadere satagebant, & ditioni hujus Principis subjici nolebant.

(a) *Cajaciae.*
(b) Deest. *Cum.*
(c) *Suessulam.*

nis gratia ; ſed imbecillitati (*a*) deputans , (*b*) vi ſuum germanum contra Chriſtum Domini pugnare cogebat . Fretus ergo filiorum trium Majonis, & Manienolfi , nec non & Radelgiſi, filii (*c*) Adelgiſi Beneventani Principis, eum adverſus (*d*) jam dictum Principem ſuum miſit. Sed juſto Dei judicio, a quo omnis poteſtas, & ordinatio (*e*) conſiſtit, ipſe protinus (*f*) occubuit, nonnullis ex eis captis, reliqui autem fugati ſunt (99).

XXIX. Inter haec (*g*) Saodan nequiſſimus , ac ſceleratiſſimus (*h*) Rex Iſmaelitarum (100) totam terram Beneventanam igne, gladiis, & captivitate crudeliter devaſtabat ita, ut non remaneret in ea aliquis ; quamobrem & Gallorum exercitus crebrius adveniens ad eorum efferitatem opprimendam, ſed nihil proficiens, via, qua venerat, repedabat. Unde factum eſt, ut (*i*) Adelgiſus Beneventi Princeps, (101) coarctata penſione, & obſidibus, pacem (*k*) cum eo firmaret. Quo tempore (*l*) Majelpotus

(99) Landulfus Epiſcopus ut Salernitano Principi obſiſtere poſſet, Beneventi Dynaſtae Radeſchis auxilium expetivit : ille junctis Capuani Comitatus copiis, quibus praeerat Pando Praeſulis germanus, Guaimarium aggreſſus eſt. Juſto Dei judicio, ut ait Chronologus noſter, in praelio cum Salernitanis, ſuisque nepotibus Pando occiſus eſt.

(100) Seodan, ſive Soldanus, ut alii volunt, Saracenorum Califus. De hac Saracenorum irruptione fuſius alibi : ibique de destructione Vulturnenſis Monaſterii, aliiſque diſſeretur. Heic obiter tantummodo adnotandum, pluries Saracenos haec loca invaſiſſe, ac devaſtaſſe. At hanc, quam Erchemp. deſcribit, anno DCCCLX. vel DCCCLXI. contigiſſe fatendum eſt. Poſt illam namque Pando defunctus eſt, ſcilicet ann. DCCCLXII. ut infra patebit.

(101) *Coarctata penſione, & obſidibus*, hoc eſt ad ſolutionem tributi ſe adſtringens, & pro Saracenorum ſecuritate datis a Benev. Principe obſidibus, pax firmata eſt.

(a) *Deputatus.*
(b) *In.*
(c) *Aldegiſi.*
(d) Deeſt. *Jam.*
(e) *Conſtitit.*
(f) Ann. 862.
(g) *Saugolan Seodam Saugdan.*
(h) Deeſt. *Rex.*
(i) *Adelgiſum.*
(k) *Confirmaret.*
(l) *Marelpotus. Marepotus.* * *al. Magelpertus.*

tus Telefinus, & (a) Guandelpertus Bovianenfis Gaftaldei multa cum prece conduxerunt Landbertum Ducem Spolitenfium, & Garardum Comitem, & obviantes eidem Saugdan, cum de Capuae depopulatione reverteretur in Barium tellure, irruerunt fuper eum. Sed exurgens jam dictus vir, & fuper Beneventanos, & Francos fortiter fe injecit, & (b) diruptis cuneis, plurimos eorum interemit, nonnullos cepit, & crudeliter (c) extinxit. Garardus vero Comes, Majelpotus, & Guandelpertus fupradicti viri eadem in acie tunc occubuere. Qua de re audaciam ex illo die potiorem fumens, Beneventum, ejufque confinia funditus delevit; ita ut nullus locus, praeter urbes praecipuas, illius efferitatem evaderet. Quibus diebus Thelefiam, Alifas, Sepinum, Bovianum, & Hiferniam, Caftrum quoque Venafranum cepit, & Coenobium S. Vincentii Martyris depraedavit; & pro aedificiis non combuftis tria millia aureos accepit (d) Hoc facto, & a Vicario B. Benedicti totidem nummos accepit.

XXX. Mortuo (e) denique Pandone, (102) Landulfus Epifcopus folus fuperftes remanfit; qui Pandonulfum nepotem fuum, vice patris fui Pandonis, Comitem in Capuam conftituit; qui vulneratus ex praelio, quo genitor occubuerat, femivivus evaferat. Hic autem in familiaritate fua habebat Dauferium cognatum Majonis. Cujus verfutias metuens Landulfus Praeful, monuit Pandonulfum,

(102) Pandone Seniore Landulfi I. Comitis filio, & Landulfi Antiftitis germano, qui unus fuis fratribus in Comitatus folio fupererat. Ex Langobardorum quippe jure, ut fup. in not. Pauli Diac. vidimus, frater fratri fuccedebat, exclufis germani filiis. Landulfus igitur, qui folus e Landulfi I. filiis remanferat, Comes quoque fuit, qui Pandonulfum nepotem Capuae Comitem conftituit.

(a) *Vualderpertus.*
(b) *Diructis. Diverfis.*
(c) *Extruxit.*
(d) Deeft integra haec claufula.
(e) Ann. 862.

ſum, ut dato ei adjutorio, (103) alibi eum ad (*a*) commanendum (*b*) deſtinaret, qui nolens ejus conſilio acquieſcere, clam egreſſi tres germani ex urbe (*c*) (104) Polenſiam cum eodem Dauſerio (*d*) Caſtellum invaſere. Nam Pandonulfus Sueſſulam, Landulfus autem Caſamirtam, Landonulfus Cajaziae (105) ab illius genitore Caſtrum jamdudum quaſſatum, intraverunt, & coeperunt depraedare omnia in circuitu. Quos Landulfus ingenio decepit, ſimulque Guaiferium, & Adelgiſum Principes deluſit, nec non & Landonis filios, nepotes ſuos, quos jam pridem extorres fecerat a ſolo proprio, dolo evocavit, fratrumque ſuorum confinia depraedari, fecitque ſuccendi. Dumque quotidie Capuae ruina excreſceret, hortatus eſt idem vir filios Pandonis ut cum (*e*) filiis Landonis, nexo foedere, utrique urbem (*f*) introirent ad commanendum. At illi ex adverſo in unum coëuntes, ſacramento juncti ſunt, adieruntque urbem, (*g*) quos ſtatim praedictus vir arte ſua fefellit, & perjurare fecit: illiſque diviſis mentitus eſt. Pro qua cauſa etiam Pandonulfus ad (106) Imperialem celſitudinem miſit: Epiſtolis, ac juſſionibus ablatis, in urbe memorata non eſt ingreſſus, quouſque veniret Lo-

(103) *Dato adjutorio*, ſcilicet pro itinere, ac victu, quod vulgo dicimus *ajuto di coſta*, ut ab eorum Comitatu diſcederet.

(104) De Caſtro Polenſiae, ſive Pilani (ni fallor), ſatis ſupra diximus.

(105) Dubitandum heic etiam, an de Calacia tranſvulturnenſi, vel Galatia inter Caſamirtam, & Sueſſulam ſita ſermo habeatur; cum contextus de ſecunda potius, quam prima loqui videatur. De transfluviana quidem diſſerit infr. num.40.

(106) Pandenulfus, ac fratres Ludovici Pii Imp. auxilium implorant contra Landulfum Praeſulem ſuum patruum, uti Comitatus uſurpatorem ann. DCCLXV. de cujus adventu in Campaniam tertio paulo inferius dicendum erit.

(a) *Commorandum.*
(b) *Deſtinaſſet.*
(c) *Poectiam. Potenſi, Potentia.*
(d) *Caſtella.*
(e) *Cum filiis Pandonis* Nulla eſt lacuna in ſcr. Codd.
(f) *Introierunt.*
(g) *Quo.*

Lodoguicus piiſſimus Auguſtus a multis per varia tempora invitatus.

XXXI. Fuit autem idem Landulfus, ut pollicitus inſeram, (107) ex natura prudens, ſed ex conſuetudine callidus, lubricus nimium, & petulans, ambitioſior omni homine, & elatus ſupra quam credi poteſt; Monachorum quoque infeſtor, (108) & *(a)* praedo. De quibus in Tribunali tumidus ſedens ſolitus erat dicere circumſtantibus: *Quotiens Monachum viſu cerno, ſemper mihi futura dies auſpicia (b) triſtia ſubminiſtrat* (109). Juſto valde Dei judicio, ut ab eis incommoda toleraret, quos veluti nefandiſſimos hoſtes *(c)* exercebat, & perſequebatur; a quibus etiam in futuro torquendus erat. Principis (110) quoque ſui deriſor, & perjurus, nepotumque ſuorum (111) peroſor; quippe qui neminem dilexit, praeter ſuae carnis incentiva; pacem nunquam, nec in die obitus ſui, amplexatus eſt, ſic ubi *(d)* foedera facta ſenſit, totus *(e)* ſe ſtrenue injiciens, zizaniorum ſemina (112) ſevit. Quod

(107) *Inſeram*: lege *inſuper eram*.

(108) *Infeſtor*, videlicet *infeſtator*, ſive *infeſtus*. Landulfus namque Praeſul fere omnium coenobiorum, atque cellarum Caſinenſium ſui Comitatus perpetuo infeſtavit incolas, facultateſque diripuit.

(109) Videſis quam irretorto oculo Landulfum Erchempertus inſpexerit, qui talia illum protuliſſe referat! Vere ſiquidem impietatem ipſe ſuam multoties oſtenderat dominandi, divitiaſque augendi cupidine captus.

(110) *Principis ſui*, nempe Guaiferii Salernitani, cui ſubjectus Capuae Comitatus, cuique fidelitatis ſacramentum, (vulgo *omaggio*) praeſtiterat.

(111) Landulfus nempe nepotes omnes odio habebat ob regnandi cupiditatem: *non* enim (ajebat vates) *bene conveniunt, nec in una ſede morantur majeſtas, & amor*: & Criticus ille: *Ambitio ſolitaria eſt, & conſortium fugit*.

(112) *Sevit*: ideſt ſeminavit.

(a) *Praedor*.
(b) *Mala*.
(c) *Excrabat*.
(d) *Foederata ſenſit*.
(e) *Se extremuit, dicens*.

Quod si cui incredibile videtur, animadvertat quot vicibus Guaiferium fefellit, cui (113) Praetor juravit, ipsumque ipse sibi Principem constituit. Multo enim libentius cupiebat captivari animas hominum innocentium, quam vel parem eum habere, non dico Seniorem, (114) contra Apostoli praeceptum agens, (a) qui ait. *Subditi estote omni Ditioni propter Deum, sive Regi, tanquam (b) praecellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo missis*. Et alibi. (c) *Non est Potestas, nisi a Deo; quae autem sunt a Deo, ordinata sunt, itaque qui resistit Potestati, Dei ordinationi resistit*. His igitur postpositis, Ecclesiastica dogmata, juraque Episcopalia (d) contempsit; (115) semivivos sollummodo dilexit, eosque cunctis praetulit; implevitque nihilominus Prophetiam (e) Isaiae: *Effoeminati dominabuntur eis*. Hujus ego facta (f) viri (g) minutatim explicare si voluero, facilius, ut reor, tempus absumetur, quam fandi sermo terminetur. Tamen si quis medullitus nosse desiderat, versus a memet constructos (116) requirat. Ante diem vero exitus sui Capuam trium fratrum suorum filiis ita divisit, ut omni tempore inter eos gladius rixae nunquam (h) omnimodo abesset; & fateor si quis (i) corde non percepit, oculis videat (117).

XXXII.

(113) *Praetor*, hoc est ut *Comes* tunc Capuae, non autem ut Praesul juravit, ut etiam adverterat Peregrinius in margine.

(114) *Seniorem*, idest Principem, ut supra notavi.

(115) *Semiviros*, videlicet, imberbes, & pueros, quibus indigne fidebat.

(116) Carmina haec a se in Landulfum scripta desideramus.

(117) Landulfus moriens injusta, imprudentique divisione oppida Campanae Dynastiae dispertiit, ut odii, bellorumque inter eos fomitem perpetuum succenderit (ut infra videbimus) nec prudens quidem Princeps advertit, regnum divisum non diu stare, sed necessario collabendum.

(a) Petrus Epist. 1. c. 2.
(b) *Praeexcellenti*.
(c) Ad Rom. cap. 13.
(d) Deest. *Contempsit*.
(e) Esaias cap. 3.
(f) Deest. *Viri*.
(g) *Minuatim*.
(h) Deest. *Omni modo*.
(i) *Ex corde*.

XXXII. Invitatus itaque Lodoguicus Caesar, ut praedixi, in commune a Beneventanis, Capuanis, cunctisque (*a*) comarchianis (118) ad (*b*) tuitionem perditae patriae a (119) Guaiferio minime haec, quia eum Lodoguicus pro Ademarii captione execrabatur Beneventi fines per Suram (*c*) ingreditur, atque pius (120) Monasterio Benedicti Beati applicuit; quo ad eum Legati de diversis urbibus venerunt, inter quos Landulfus jam dictus, & nepotes sui ex diverso venerunt. Susceptis igitur Augustis, hoc est, vir, & conjux a Berthario venerabili Abbate officiosissime, Landulfus ad solitam vergens fallaciam, Capuanos, (121) quos Caesari praesentaverat, fugere compulit; ipse solus cum eo remansit, quasi satisfaciens se nil culpabile (*d*) penes eum gessisse. Praedictus itaque Augustus Landulfum tunc pro nihilo ducens, Capuam adiit, obsessamque tribus hinc (122) inde (*e*) mensibus funditus (*f*) circumcirca delevit; & cum civibus illius quodcumque placitum dare nollet, Landperto Comiti illius se tradiderunt; putantes se facere rectius, pessime corruerunt. Unde postea pro nihilo du-

(118) *Commarchianis*, cunctis nempe populis, qui tam in locis, seu *Marchis* Beneventano Principatui finitimis, quam in Capuano Comitatu habitabant, a praefato Landulfo exagitatis.

(119) Guaiferius enim Ademarium Salerni Principem a Ludovico Pio ann. DCCCLII. ad Principatum evectum temere expulerat, quod Augusto plurimum displicuerat.

(120) *Pius*, legendum omnino *prius*.

(121) Capuae urbis Patricios, sibique aut sanguine, aut adfinitate conjunctos, ut legationem suam majore, decentiorique pompa adimplerent.

(122) Hinc inde obsessa urbs Capua, videlicet tam citra, quam ultra Vulturnum flumen, & qua Casilini pons terminabatur, ad aquilonem, & qua Neapolim meridiem versus spectabat.

(a) *Cujusque cum Marianis*. Corrupte * *Aliter. Commarchianis*.
(b) *Evictionem praedictae*.
(c) Ann. 866.
(d) Deest. *Penes*.
(e) Deest. *Mensibus*.
(f) Deest. *Circumcirca*.

ducti, omni fere menſe diverſis (123) Judicibus dabantur in praedam. Hoc quoque ita pacto, a Guaiferio omni ſine ſponſione prius Salernum, & ſic demum ab (a) Adelgiſo Beneventum (b) exceptus eſt.

XXXIII. (c) Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus Barim perrexit, atque cum ſaepe dicto Saugdane Auguſtalis exercitus pugnam commiſit, a quibus & ſuperatus aufugit, amiſſa non modica parte bellatorum. Dehinc omnia (d) eorum circumquaque ſata comburens, Materam adiit, quam & ſine mora igne cepit. Tunc venit Venuſiam, caſtrametatuſque in ea, coepitque (124) renovare; & Barim hinc, & inde graviter expugnans, demolitus eſt; poſitoque praeſidio pugnatorum in Canuſia, viciſſim eos cornibus ventilabat. Quo terrore (e) perculſi multi, ad Auguſtalem confugientes clementiam, dari ſibi petebant dexteras; quibus tunc ſolitam miſericordiam denegabat (125). Poſt haec itum eſt ad Oeriam (126) urbem; ſicque itidem (f) reverſus eſt Beneventum; atque (g) annitente ſibi dextera ſuperna, cum jam ad extremitatem maximam perveniſſent Saraceni, miſſo exercitu, (h) Barim cepit, capto in ea Saugdan effero Rege cum aliis nonnullis ſatellitibus ſuis; deinde Tarentum obſideri juſſit.

XXXIV.

(123) Cum ab Imperatoris pietate nihil Campani obtinere valuiſſent, tametſi voluntaria ſe deditione ſubmiſſuros ſpopondiſſent, Lamberto Spoletenſi ſe potius dedidere. Ille Imperatoris mandata ſervans, ut eos ſeveriori poena afficeret, ſaepe Judices, ideſt Gaſtaldos, ſive Praefectos Capuae deſtinavit.

(124) Coepitque bellum renovare, obſidione ibi firmata.

(125) Clementiae obliviſcitur Ludovicus, ut aliis terrorem incutiat, qui Agarenis prius adhaeſerant.

(126) Oeria urbs, quae etiam nunc Uria, ſive Oria, & Orea dici.

(a) *Aldechiſo.*
(b) Ann. 866. exeunte.
(c) Ann. 867.
(d) Deeſt *totum*.
(e) *Perpulſi*.
(f) Ann. 867. menſe Aug.
(g) *Annitente dextera*.
(h) Ann. 871. Chr. Comit. Capuae Num. 5.

XXXIV. Quibus ita (a) patratis, ut superius promissa ponam, videns Diabolus (127) suos eliminari, Christoque universa restaurari, principia recolens, & damna Inferni dolens, suo instinctu coeperunt Galli graviter Beneventanos persequi, ac crudeliter vexare; qua de re & Adelgisus Princeps adversus Lodoguicum Augustum erectus cum suis, Beneventi (b) infra moenia degentem, ac secure quiescentem astu doloso sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanae Provinciae, cepit, & custodiis (c) mancipavit; bonaque ejus diripiens, ditatus est, (d) cunctosque viros (128) exercitales exspoliavit, & fugere compulit, & ex bonis eorum onustatus est; impletusque est sermo Domini ex Prophetia scriptus (e) *Percute*, inquit, *pastorem, & dispergentur oves gregis*. Consistente itaque Augusto in custodia, (129) excitavit Deus spiritum Ismaelitum, eosque ab Africa regione protinus evexit, ut ulciscerentur Augusti opprobrium, sicuti Filii Dei passionem Vespasianus, & Titus ulti sunt. Sed defensio Dei (f) dilata est in annos XLII. juxta Prophetiam (g) Elisaei, qui XLII. pueros, a quibus illusus est, duobus ursis dedit in comestionem; hujus autem contemptum nec in XL. distulit dies; ex quo datur intelligi, qualis quantusve vir ille fuerit, qui tam cito defensus est (130).

XXXV.

tur inter Tarentum, Messapiam, & Brundisium sita.

(127) *Suos* appellat Diabolus Saracenos, ut vides, multis e locis expelli.

(128) *Exercitales*: Duces, Praefectos, Tribunos, aliosque exercitus Imperialis ministros intelligit, quos Beneventani partim exspoliarunt, partim, ut vitae suae consulerent, se fugae dederunt.

(129) De Ludovici Imperatoris captura loquar opportunius in serie Comitum Capuae.

(130) *Defensus est*, idest, ultus Saracenorum irruptionem.

(a) *Peractis*.
(b) *Intra*.
(c) Ann. 871. men. Aug.
(d) *Certosque*.
(e) Zach. cap. 13.
(*) *Ismaelitarum*.
(g) Regum l. 4. c. 2.

XXXV. A solo autem Domino jubente, Caesar insciens, statim Saraceni Salernum (a) applicuerunt, quasi (131) XXX. millia; quam graviter obsidentes, hinc, & inde cuncta forinsecus stirpitus deleverunt, occisis in ea innumerabilibus colonis, & depopulati sunt ex parte Neapolim, Beneventum, & Capuam. Quo tempore ambo Landperti (132) Comites Augusti furorem metuentes, Beneventum recesserunt, & ab Adelgiso honorifice suscepti sunt; quorum auxilio fretus, super Saracenorum (b) scaram (133) irruit, & viriliter stravit, occisis ex iis pene tribus millibus viris. Quibus etiam diebus Capuani juxta Suessulam mille ex eis peremerunt. Cumque in hac obsidione prope (c) terminaretur annus, misso exercitu jam dictus Augustus per suggestionem Landulfi Praesulis (hoc enim solummodo memorabile bonum gessit a die ortus sui) (d) perdidit ex (134) profanis in Capua (135) ferme novem millia viros. Post haec per semetipsum dignatus est (e) advenire Capuam; cujus adventu cognito Saraceni, Salernum relinquentes, Calabriam (136) adeunt, eamque in-

(131) Numerus fortasse *XXX. millium* amanuensium errore amplificatus est, & legendum, ut in cod. Bolvit. *XX.mill.* Innumerabili quippe navium copia ob tam immensum suorum numerum indigebant Saraceni.

(132) Lamberti Comites Campanis Comitibus, & Benev. Principibus foederati Ludovici furorem metuebant, quod ejus fortasse capturae manus dederint: atque ideo Beneventum se recepere, ut ab Adelchi securitatis confugium ipsis praestaretur.

(133) *Scara*, idest bellatorum acies, quo vocabulo usi sunt saepissime medii aevi scriptores.

(134) *Profanos*, Saracenos intelligit, ea nempe significatione, qua Religionem Christianam per baptismum non profitentur; immo etiam hostes infensissimi.

(135) Idest, circa Capuam, ejusque agrum: Capuam enim Saraceni tunc neutiquam subegerant.

(136) De Saracenorum in Calabriam invasionibus alibi opportunius differendum erit, eorumque irruptiones describendae.

(a) Ann. 871. exeunte.
(b) *Sacram*. Corrupte.
(c) Ann. 872. exeunte.
(d) *Et perdidit*.
(e) Ann. 873. ineunte.

intra se divisam (137) reperientes, funditus depopularunt, ita ut deserta sit, velut in Diluvio (138). Prius enim quam fugam arriperet nefanda gens, hujusmodi signum de Caelo Deus multis ostendit: faculam igneam permaximam (a) praepete cursu, in medio navium jecit, quam mox secuta est tempestas, (139) quae cunctas Liburnas (140) frustatim dirupit. Guaiferius vero pro sua obsessione primum Petrum cognatum suum, & Guaimarium filium suum Legatos ad jam fatum Augustum misit, quos ille consilio Landulfi retinuit, & exilio destinavit. Hujus etiam postea duos filios obsides suscepit, & Langobardiam misit (141).

XXXVI. Per (b) idem tempus jam dictus Caesar Landulfum in familiaritatem alliciens, tertium in Regno suo constituit. Qua electione indeptus, Archiepiscopatum totius Beneventi omni aviditate, & ut (142) Capua Metro-

(137) Dividebatur nempe variis Dominorum factionibus, quae aut Graecis, aut Langobardis Salernitani Principatus inhaerebant.

(138) Horribilem illius Provinciae desolationem exaggerat comparatione universalis diluvii, quo deleta universa caro, ut Genes. cap. 9.

(139) Faculam hanc igneam saepe aut in praesagium proximae tempestatis, aut serenitatis nautae communiter asserunt, quam vulgo *il fuoco, o Stella di S. Elmo* appellant. Erchempertus noster quod naturale fortasse φαινόμενον fuit, miraculum pro seculi ac nationis credulitate autumavit. Multa apud Scriptores de his μετεώροις, seu ignitis apparitionibus invenies.

(40) *Liburnas*, al. *Liburnias*, idest, *Naves*.

(141) Confer quae not. 119. dixi. Cum enim Ludovicus Saracenos infectaretur, Guaiferium quoque ulcisci voluit, cujus audacia mutua eorum amicitia turpiter foedata fuerat, ac nefario scelere Ludovici majestas laesa; ut ibi notatum.

(142) Capuae Praesulatum ad Metropoliticam dignitatem evehendum summi Pontificis auctoritate Imperator excogitavit, atque hoc insigni honore primo cohonestandum Landulfum tunc Capuae Episcopum,

(a) *Plebent*, corrupte.

(b) Ann. 873.

tropolis fieret, quaesivit; sed non Domino sinente, ad perfectum minime pervenit. Lodoguicus autem volens Beneventum (143) acquirere, sed minime valuit, ad propria *(a)* recessit, conjugem, natamque suam Capuam relinquens. Qua occasione reperta, idem Landulfus Guaiferium Principem, cui noviter juraverat, apprehendi fecit, & in custodia detrudi; sed quia non ea contigit illis, quae putabat, dimissus est, & filios Landonis, Landonem scilicet, & cognatos suos, (144) pro se obsides dedit, quos secum remeans Augusta detulit, & Ravennam exilio reliquit. *(b)* Proles autem ipsius Augustae Capuae remansit; illaque abeunte, non multum post genitor illius divae

pum, illumque ***totius Beneventi*** (idest, totius Beneventani Principatus, in odium Adelchis Principis, qui in eum multa inique molitus fuerat) Metropolitam constituere putabat; quod tunc, Deo sic volente, haudquaquam contigit. At quod seculo sequenti, anno scil. CMLXVII. Johannes PP. XIII. indulsit, ut ex peculiari differt. tom. III. inserenda latissime constabit: Capuaeque Cathedram primam omnium ante Neapolim fuisse ostendam: quicquid alii, futilibus innixi argumentis, contradicere conentur.

(143) Ludovicus vinculis jam solutus, tametsi Sacramento obfirmaverit, suae capturae ignominiam se nullatenus ulturum: tamen jure jurando, quo obstrictus tenebatur, a Pontifice absolutus, atque exercitu postmodum ex foederatis etiam Italiae Principibus comparato, frustra Beneventum obsedit; ab ea enim obsidione recedere coactus fuit anno DCCCLXXIII. eodemque tempore, quo urbs obsidebatur, Guaiferius Salerni Princeps a Landulfo Capuae Praesule, annuente etiam Augusta, quae ibidem morabatur, vinculis captus est, licet paulo post in libertatem vindicatus fuerit, Landone ac Landenulfo ***cognatis*** datis obsidibus, quos eadem Augusta in Franciam remeans, Ravennam exules duxit, ibique reliquit.

(144) ***Cognatos suos*** Muratorius in not. ad Anon. Salernit. legi debere credidit ***cognatum suum*** (contra Erchemperti sensum) idest, consanguineos; sed a veritate quidem abhorret. Nam cognati revera erant, non consanguinei; Guaiferius enim uxorem duxerat Landelaicam illorum (Landonis scilicet, ac Landenulfi) sororem.

(a) Ann. 874.
(b) *Plex. Plebs.*

divae memoriae Lodoguicus diem (145) (*a*) clausit extremum, sicque filii Guaiferii, & Landonis absoluti sunt. Qui dum ad proprium solum repedassent, filios (*b*) Pandonis extra urbem suam exules invenerunt, sociatique sunt illis; quorum nexionem Landulfus ut intellexit, doluit: Guaiferium Principem mox evocavit ad solatium (146) suum; qui sine mora veniens, utrosque fratres subdidit famulatui illius.

XXXVII. Cur autem jam dicto Augusto supradictum opprobrium, Domino permittente, Beneventani inferre quiverunt, de multis duo inferam. (*c*) Primum, quia veniens quodam tempore Romam, ut duos Episcopos condemnatos ad pristinam reduceret (*d*) dignitatem; & dum nollet ei consentire (*e*) Nicolaus Papa, vir Domino plenus, secundum antiquum morem obviam ei venit candidatum Sacerdotale agmen; & ille, spreto timore Dei, fustibus Clerum caedi fecit: cruces vero, omniaque sacra ministeria pedibus calcari, (*f*) Romamque pene milliari spatio (*g*) depraedatus est, Vicariumque Petri Beati, (147) quasi vile mancipium, ab officio sui ministerii, nisi Dominus restitisset, privare voluit. (*h*) Secundum, quia capta Bari, & Saugdan omnium hominum flagitiosissimo, non

(145) Ludovici Augusti obitus anno DCCCLXXV. est adsignandus, eodemque anno die Natalis Domini, Carolus Calvus Romae coronatus est, tuncque privilegia Romanae Ecclesiae ab antecessoribus suis praestita, Johanne VIII. Sum. Pontifice, confirmavit. Vid. Baron. & Pagium hoc anno.

(146) *Solatium* pro *adjutorio* accipit, ne in ipsum nepotes insurgerent.

(147) Ann. Dom. DCCCLXIV. Ludovicus Romam pergens se Valdradae ejus concubinae sociavit, cui legitimo matrimonii vinculo,

(a) Ann. 874. Sed aliis ann. seq. notant ad ann. 864.
(b) *Landonis.*
(c) *Primo.*
(d) *Sanitatem.*
(e) Annales Bertiniani fusius haec
(f) *Romaque.*
(g) *Depraedata.*
(h) *Secundo.*

non juxta voluntatem Domini eum protinus, ut dignum erat, crudeliter (a) interfici fecerit: (148) oblitus videlicet quid Samuel (b) coram Saule de Agag pinguissimo Rege Amalechitarum egerit, quomodo eum in frusta discerpi fecerit. Quemadmodum etiam quidam (c) Propheta Samariae Regi de quodam scelerato viro dixerit. (d) *Quia dimisisti*, inquit, *virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius*.

XXXIIX. Dimisso igitur Adelgis (e) Lodoguico Caesare, thesaurum omnem retinuit, & Saugdan, & Annosum, nec non & Abadelbachi. Reparatis etenim viribus Saraceni in Tarento, (149) quos pene captos reliquerat Augustus, coeperunt pedetentim Barim, & Cannense territorium depraedare: quibus ter occurrit Adelgis in finibus Apuliae. Quibus nihil praevalens, (f) invictor ille, & intriumphator abscessit. Quo etiam tempore (g) Atmagnus, quia Saugdan exul fuerat ab Africa cum

lo, ut aliqui Franciae Episcopi declararant (quos Pontifex ideo dignitate, atque officio privavit) se copulatum putarat. Nicolaus Pontifex illius ad Urbem adventum aegre ferens, Apostolicae Sedis Legatos ei obviam misit, quos injuriis, ac contumeliis affectos dimisit, aliaque nefaria scelera perpetrando, quae vide apud Scriptores a Baron. relatos loc. cit.

(148) Seodano, sive Soldano vitam Ludovicus, libertatemque (quod utique Ignot. Cass. negat, eumque capite plexum affirmat) soluto redemtionis pretio, donavit; quod pergrande sane malum fuerat, ut infra intelliges. Seodan enim e manibus Augusti ereptum licet Adelchisius Beneventi Princeps ceperit, illum tamen postmodum suis restituere coactus fuit; ut sequ. num. patebit.

(149) Quamvis pene totam Ludovicus subjugarat Apuliam, Tarentum tamen a Saracenis adhuc retinebatur; quam in urbem sui exercitus reliquias per Apuliae agros dispersas, collegerant; sicque vicinas Provincias denuo infestare coeperunt.

(a) *Interfecerit*.
(b) Reg. l. 1. c. 20.
(c) Reg. l. 3. c. 15.
(d) *Quare*.
(e) Ann. 871. sive 872.
(f) *Invictus ille, & triumphator*.
(g) *Ut magnus*.

cum Annoſo, veniens, Tarentum intravit, (a) & Rex effectus eſt; egreſſuſque, Beneventum graviter depraedavit, & Teleſam, & Alipham: (b) tantamque victoriam adeptus eſt, ut Saugdanem jam ſaepe dictum (c) in poteſtatem ab Adelgiſo (150) recolligeret. Nam Annoſum, & Abadelbach ante (d) Apocriſarios (151) illi miſerat. Hoc (e) audientes qui Bari reſidebant, Gregorium Bajulum Imperialem Graecorum, qui tunc in (f) Odronto degebat, cum multis exercitibus adſciverunt, (152) & (g) Barim (h) introduxerunt ob Saracenorum metum. Qui ſtatim apprehenſum (i) Ganſt, illiuſque Primores Conſtantinopolim miſit, ut quibus jurejurando fidem dederat.

XXXIX. Interea ipſi Graeci crebrius Legatos cum ſcedis (153) Benevento, Salerno, & Capua dirigebant, ut ab his auxiliarentur contra Saracenos. Sed in uno animo eorum ſpernebant flagitationes. Tunc Salernum, Neapolis, Cajeta, & Amalphis pacem habentes cum Saracenis, navalibus Romam graviter anguſtiabant depopulationibus; Sed

(150) *Recolligeret*, ſcilicet, in ſuam reciperet poteſtatem.

(152) *Apocriſarii* dicebantur nuncii, ſive legati: Pro *Cancellariis* etiam quandoque uſurpantur. Ducang.

(152) Barenſes, qui Saracenorum arma, efferamque eorum licentiam metuebant, neque Adelchis Principi ſubſidium ſperabant, Graecorum auxilium implorare coacti ſunt: quare ex Apulia, & Calabria ſuas copias Graeci revocarunt, & Barium tranſmiſerunt, ut illis ferrent ſuppetias. Ex Graecis quidam Bajulus, ſeu Stratigus Gregorius Hydrunte, ubi degebat, advocatus, & Barium cum copiis miſſus, ne in Graecorum perniciem arma verterent Langobardi, horum Gaſtaldum, ſeu Barii Praefectum militarem, alioſque patricios viros in carcerem conjecit, ac Byzantium miſit pollicitus, prius, ſe vitam illorum incolumem ſervaturum, promiſſumque juramento firmavit. Quare τὸ *quibus* legendum potius exiſtimo *prius*, ut in Cod. Bolvit.

(153) *Scedis*, pro *ſchedis*, ſive epiſtolis.

(a) Deeſt. *Et*.
(b) *Tantaque victoria*.
(c) Deeſt. *In*.
(d) *Procriſarios miſerat*.
(e) *Audiente*.
(f) *Hydronto*. *Hidrunto*.
(g) *Barum*.
(h) Ann. 875.
(i) *Garſt*. * *Var. Cod. Caſtaldeum*.

Sed cum Carolus (154) filius Judithae sceptrum insigne Romanum (a) suscepisset, Lambertum Ducem, & Guidonem germanum illius Joannis Papae in adjutorium dedit, cum quibus Capuam, & Neapolim (b) profectus est (c), & Guaiferius in cunctis contendens, foedus dirupit, & multos ex eis peremit (155). Sergius vero Magister Militum consilio Adelgisi, & Lamberti deceptus, noluit se ab illis alienare; qui statim anathematizatus est, & cum Guaiferio belligerare coepit; unde contigit, ut ipse octavo die anathematis XXII. (156) Neapolites (d) milites apprehensos decollari fecit: sic enim monuerat Papa (157). Quo etiam anathemate mulctatus idem Sergius, non multo-

(154) Carolus Calvus Imp. Ludovici & Judithae filius, quem supr. num.23. meminit.

(155) Ob Saracenorum in Romanum agrum invasiones, Johannes PP. VIII. plures ad Carolum Aug. ejusque conjugem Rachildem epistolas misit ann. DCCCLXXVI. quas vide ap. Baron. h. ann. qui fuse de his Romanae Sedis oppressionibus agit, & Anon. Salern. c.123. seq. Pontifici tunc favebant Lambertus Dux Spoletensis, Guido Pontificis germanus, Guaiferius Princeps Salerni, ejusque frater Amalphicanorum Praefectus, seu Consul. At in ipsum conjuraverant Beneventi Princeps Adelchis, Sergiusque Neapolis Dux Saracenis foederati, quos in depopulationibus, incendiis, vastationibus, suis quoque armis, viribusque adjuvabant. Qua de re Pontifex spirituali gladio in eos animadvertit anathemate illos feriendo ann. DCCCLXXVII. saepius prius per suos Legatos ipsis admonitis, ut illud tam nefarium cum hostibus Ecclesiae initum foedus dissolverent. At cum frustra minis Pontificis cederent, Athanasius tandem Neapolitanus Antistes Sergii Ducis frater fidelium suorum civium fultus auxilio illos ultus est, ut infra patebit. Ostiens. aliiq. passim Chronologi.

(156) Quos hic *XXII.* Neapolites Erchemp. enumerat, Anon. Salern. *XXV.* fuisse adfirmat. In alio Cod. M. S. *XXIV.*

(157) Ut *exempla essent omnium tormenta* sive poenae *paucorum*, terroremque aliis incuteret mors illorum, qui iniquis Saracenorum partibus adhaeserant.

(a) Ann. 875.
(b) Ann. 876. & 877.
(c) Deest. *Et*.
(d) Deest. *Milites*.

R

to post a proprio germano (158) captus est, & Romam mittitur (a) suffossis oculis, ibique miserabiliter vitam finivit. Ipse autem frater ejus in loco illius se ipsum Principem (b) instituit: Adelgis vero dum Castrum (c) Trebentense (159) (d) obsidens caperet, ad propriam remeans urbem, a suis (e) generis nepotibus, & amicis (f) (160) extinctus est, & in loco ejus Gaideris filius Radelgarii nepos extincti ordinatus est, ejectusque (g) est (h) Cailo, (i) & Daiferius (k) generi illius (161). Hic etiam principare voluit; cujus cupiditate socerum suum peremit. Hic quoque susceptus est ab Athanasio Episcopo, & Magistro Militum.

XL. His quoque diebus Landulfus jam fatus Praesul percussus (l) interiit: qua die suae correctionis ab omnibus Presbyteris Sancti Benedicti Cavallos (162) expectabat, ut

(158) Athanasius germanus Sergii Ducis, qui Neapolis Episcopus, & Dux creatus est, ut infra.

(159) Legendum *Treventense*; idest, Castrum *Triventi* in Samnio olim, parumque supra Aeserniam, nunc in Molisii Comitatus Provincia, situm.

(160) Legendum *nepotibus, & amicis non longe ab urbe extinctus est*, uti etiam adverterat Peregrinius in var. lect. in fine Lib. I. pag. 295. & ita legit Cod. Bolv.

(161) Gaideris hic, filius Radelgarii Benev. Princip. de quo supr. meminit Erch. num.20. erat nepos Adelchis, sive Adelgisii, Radelgarii germani, qui patruo successit: Ejusque cognati, qui filias Adelchis uxores habebant, Cailo nempe, & Daiferius Beneventi Primores, ne novi aliquid in ejus electionem molirentur, ab urbe & Principatu cum suis familiis expulsi sunt, quos Neapolim confugientes Athanasius benigne suscepit.

(162) Per emphasim loquitur, ut infensum Casinensibus hostem, ac praedonem insectetur.

(a) *Et suffossis ocul. ibi miser.*
(b) Ann. 877.
(c) *Trebetense.*
(d) *Obsessum.*
(e) *Generibus, nepotis, & amicis.*
(f) Ann. 878. sive 879.
(g) Deest. *est.*
(h) *Bailo.*
(i) Deest. *Et.*
(k) *Gener.*
(l) Ann. 879.

ut in barathrum non absque equis rueret. Videntes autem nepotes illius depositionem, in unum collati diviserunt inter se sub jurejurando Capuam (163) aequa distributione. Pandonulfum urbem Teanensem, & (a) Casamirtam; Lando (b) Berelais, & Suessam; alter Lando Calinium, & Cajaziam. Atenulfus coepit aedificare Castrum in Calvo, Landulfum autem adolescentulum Landonis filium alii sacramento, (c) nonnulli assensu unanimiter (164) Pontificem (d) constituerunt. Sed segnitie proprii genitoris, qua naturaliter torpet, detentus, non est mox sacratus: sacramentum autem fraternum non diu extitit illaesum; nam a IV. Idus Martii usq; ad VII. Id. Maii vix perduravit. Cupiditate etenim extorti filii Pandonis Landonulfum, & Atenulfum fratres suos, filios videlicet Landonulfi senioris, dolo ceperunt, & custodiae indiderunt, (e) rapto ab eis Cajatiae Castro, quod eis sacramento sponte ipsi in sorte (f) concesserunt.

XLI. Sed ut coepta breviter prosequar, filii Landonulfi juncti cum filiis Landonis ad auxilium Guaiferii Principis se contulerunt: a quo aliquando & tutati sunt. Similiter Pandonulfus ad eundem Guaiferium Legatos cum chirographis variis misit: sed ab eo minime receptus est, fa-

(163) En fines Capuani Dominatus; pro Capua enim totum ejus Comitatum intelligit; & quidem ex subsequentibus verbis distributionis, Theanensis nempe (quicum Aquinensis & Venefranus includebantur Gastaldatus) Casertani, & Suessulani, Berelasensis (idest veteris Capuae circumjacentium Pagorum) Suessani, Caliniensis, Cajacensis, & Calvensis Gastaldatum; jam tota haec plenissime Dynastia describitur. Sed alibi uberius.

(164) Landulfus Landonis Junioris, qui *Segnis* dicebatur, filius, vid. stemm. num. 23. Capuae Episcopus electus post mortem Landulfi ejus patrui magni. Sed paulo post electus fuit etiam Landonulfus, indeque ortum schisma in Comitatu Capuano, bellorumque perpetuorum fomes, ut num. 46. dicemus.

(a) *Casertam*.
(b) *Berealis*. *Berelasis*. & *Berolassi*.
(c) *Nonnullorum*.
(d) Ann. 879.
(e) *Capto*.
(f) *Cessarunt*.

favens supradictis fratribus. Cernens autem praedictus vir omnino se destitutum, (165) Guaderisum Principem, & Gregorium Augustorum (166) Bajulum, qui (*a*) tunc cum dicto Guaiferio Nolam ad colloquendum in unum convenerant, ad Beneventum (*b*) properanter Legatis (*c*) invitabat, ut (*d*) quivis primum (*e*) veniret eum ad adjuvandum, & esset (*f*) illi subditus. Quibus ex diverso sine mora per Cajaziam, Sicopolimque adventantibus, ab occasu juxta urbem Capuanam resederunt. Guaiferius autem (*g*) e contra ab ortu Solis adveniens Berelais, hoc est Amphitheatrum, (*h*) applicuit cum suis, & vallata est civitas hostibus (167).

XLII. Inter haec Pandonulfus renuit subdi (*i*) Gaiderisο, sicut promiserat, renitente maxime Landone filio (168) Landonulfi, cognato ejusdem Gaideris. Qua de re (*k*) & dictus Bajulus, & idem Gaideris alienati sunt ab eo. Mox alii per urbem Capuanam, nonnulli lintris (169) fluvium transierunt partem ad alteram, (*l*) & Guaiferio sociati sunt: atque recollectis Landonulfo, & Atenulfo, fratribus (*m*) junctis, volentes Pandonulfum subdere Guaiferio, sed non (*n*) quiverunt; eo quod nolebat fratrueles suos recipere

(165) *Gaiderim*, *Gaiderisium* Benev. Princ. ut sup.

(166) Graeci Imp. Basilii Bajulus, sive Stratigus, qui Apuliae & Calabriae praeerat.

(167) Obsidione vallata fuit Capua tam ultra, quam citra Vulturnum amnem: Benev. Princeps ab occasu, & aquilone adortus est; ab ortu, ac meridie Salerni Princeps Guaiferius, Vulturno intermedio.

(168) Consule stemm. n. 14.

(169) *Lintris*; fluviale navigium linter est, sine remis, quo Campani adhuc utuntur pro rerum exsportatione, vulgo *Lontro*.

(a) Deest. *Tunc*.
(b) *Properabant legatos*. *Properabat legatis*.
(c) Ann. 879.
(d) *Quam primum*. *Qui via primum*.
(e) *Venirent*.
(f) *Ille*.
(g) *E contrario*.
(h) *Peramplia vit*.
(i) *Guaiderifo*.
(k) *Edictus*.
(l) Deest. *Et*.
(m) *Junctus*.
(n) *Quieverunt*.

pere intra urbem, idcirco a Guaiferio respuebatur. Agnoscentes autem supradicti viri versutias Pandonulfi, reversi sunt ad propria. Guaiferius autem tunc remansit in urbe (170) Capua. Hac quippe tempestate pene omnes Capuae Illustres, & omne vulgus cum uxoribus, & liberis, omninoque cum omni *(a)* suppellectili urbe egredientes, alii filiis Landonis, nonnulli autem ex eis filiis Landonulfi adhaeserunt, factaque est inter eos valida concercertatio, *(b)* & pessima desolatio; nam Guaiferius hostiliter juxta murum (171) urbis residens, obsidebat eam; ultra fluvium vero cum Francis Lamberti Comitis Landonem constituit.

XLIII. Alio quoque anno superveniens *(c)* jam fatus Guaiferius Princeps cum Amalphitanis *(d)* tempore messionis, & obsedit dictam urbem undique (172); factaque pace inter se fratres sub sacramento, ita dumtaxat: *Ut neuter eorum triticum de agris prius recolligeret in urbibus suis, quam ab Apostolica auctoritate anathema mitteretur super eos. Ut ingressis dictam urbem nullus eorum super alios auderet insurgere.* Guaiferio igitur reverso ad solum proprium, illico Pandonulfus sacramenti oblitus perjurus effectus est; nam Romam, ut spoponderat, minime *(e)* missos destinavit, & contra animam suam agens, triticum omne recepit, quem statim ultio Divina subsecuta est, nam coelitus ignis demissus est, & pene *(f)* me-

(170) *In urbe Capua*, scilicet, *veteri*. Nova enim, in qua erat Pandonulfus, obsessa jam erat.

(171) Et heic *murus urbis* intelligendus est novae Capuae, quam Guaiferius oppugnabat.

(172) Videlicet aut exeunte Majo mense, aut Junio, quod ex verbis *tempore messionis*, idest, messis, exprimitur.

(a) *Cupiditate.*

(b) *Et pessime desolabat eam. Ultra fluvium vero &c.*

(c) Deest. *Jam fatus.*

(d) Ann. 880.

(e) *Misso.*

(f) Deest. *Mediam.*

mediam funditus (*a*) consumpsit memoratam civitatem (173).

XLIV. Per idem tempus Athanasius Praesul Neapolis Magister Militum praeerat, qui ut praemisimus, (174) exulato fratre proprio, cum Saracenis pacem (*b*) iniens, ac primum infra Portum (175) aequoreum, & urbis murum (*c*) collocans, omnem terram Beneventanam, simulque Romanam, nec non partem Spoletii diruens, cunctaque Monasteria, & Ecclesias, omnesque urbes, & oppida, vicos, montes, & colles, insulasque depraedavit. A quibus etiam coenobia Sanctissimi Benedicti decentissima, toto orbe veneranda, S. Benedicti, & S. Vincentii Martyris Monasteria igne exusta sunt (176), aliaque innumerabilia, excepta (177) Suessula, quae veraciter Christianorum fraude miserabiliter suffossa est. Huic igitur sociatus est Pandonulfus, cujus adminiculo fretus, acrius coepit persequi fratrueles suos, ac primo tempore la-

(173) Miraculum credidit gens illa, quod fortasse naturaliter accidit; ac licet causae secundae, sive naturales ultionis Dei ministrae sint, ut scelus perjurii per ipsas puniri dicatur, non continuo tamen miraculum, ac portentum dicendum. Hoc quartum Capuae fuit incendium.

(174) Obcaecationis, & dejectionis Sergii ejus fratris meminit n. 39.

(175) Multum quidem inter portum, & muros Neapolis tunc spatii interponi debebat, dum ibidem Sergius collocare Agarenos constituit. Facillime totum illud spatium, quod a fluviolo Sebeto ad Lucullanum Castrum interjacebat, veteri portu jam tum in partem obstructum. Eruditis meis Neapolitanis *Spartam* (ut Graecorum proverbio utar) aptius ornandam relinquo.

(176) De hac Saracenica Campaniae vastatione, proximisque Provinciis loquitur Anon. Salern. ut sup. not. 155. vid. Baron. Pagiumq. ann. 877.

(177) Suessula a factionibus fratruelium Pandonulfi, & Landonis, ut diximus, Saracenis, ac Neapolitanis in urbem evocatis, excisa fuit.

(a) Ann. 880.
(b) Ann. 879.
(c) *Conlocatus*.

labores (178) eorum hinc, & inde (a) abstulit, atque cum Neapolitibus, Cajetanis, ac Saracenis unitus, biduo super castrum (b) Pilense irruens (179) expugnavit, nihilque proficiens, inanis abscessit (c). Sequenti vero anno generaliter motionem faciens cum suis, Neapolitibus, & Saracenis, super Colossum (180), quo filii Landonis degebant,

(178) *Labores suos*, scilicet, agrorum suorum fructus suis laboribus satos, excultosque diripientes.

(179) *Expugnavit*, a vero abludit, & amanuensis error est: *oppugnavit* habent autographa. Et quidem Pilense, seu Pilanum Castrum, de quo supra meminimus, Pandonulfus haud expugnavit, ac subdidit, sed duntaxat obsidione vallavit, a qua tandem abstinere, & recedere coactus fuit.

(180) *Colossum*, quod statim Erchemp. *Arenam* etiam appellat, idem utrumque nomen designat, nempe celeberrimum illud veteris Capuae Amphitheatrum (de quo eruditissimum non multis ab hinc annis conscripsit Commentarium V. Cl. Alexius Symmachus Mazochius mihi amicitia, ac familiaritate conjunctissimus, & dudum in Capuana Ecclesia Collega) populari voce *Vorlasci*, cujus rudera adhuc extant. Corruptam hanc vocem a Langobardica illa *Berelais*, & *Berelasis* fuisse, exploratum omnino est. De earumdem vocum etymologia, ac significatione multa V. Cl. adfert. Colossum itaque appellabatur Campanum, sicuti & Colifeum, seu Colosseum Romae Amphitheatrum, ait, non aliam ob rationem, quam ab immensitate, atque molis proceritate, non secus ac signa, statuaeque praenimiae magnitudinis *Colossi* vocitabantur. *Berelais* inde nomen, quod a Langobardis solummodo usurpari coepit, destructa jam a Saracenis veteri Capua, arcem designabat, in quam, urbe excisa, qui reliqui fuerunt in pagis, vicisque incolae (qui peculiarem Gastaldatum constituebant) se receperunt, ut ita repellendis hostibus satis essent. Eamque ob causam Epistolae ab Johanne PP.VIII. *Episcopo Berealis seu Berelasis* datae Gastaldatum, qui in partitione Capuanae Dynastiae uni ex nepotibus Landulfi Praesulis obtigerat, plurium locorum collectionem, seu Dioecesim complectebantur: ridiculum enim fuisset, Comitem Amphitheatri Landonem creasse, & Suessae; cum aequam distributionem totius Campanae Dynastiae se facturos fratres convenerint, idque jurejurando firmarint; sicque Pando-

(a) Ann. 880. 30.
(b) *Pilenze*, *Pilinse*, *Pilecze*. Infra *Pilanum*. An. *Polentiae* de quo Num.
(c) Ann. 881.

bant, infedit: prius tamen illos, qui residebant in Thermis (*a*) juxta Arenam, pecuniata deposuit, & Capuam remisit; illis vero, videlicet filiis Landonis, in Amphitheatro circumseptis, pacem cessit, accipiens ab eis Liburiam (181) sub sacramento. Qua etiam vice memoratus

donulfo Theanum, & Caserta; Landoni alteri Calinium, & Cajacia urbes adtributae fuerunt, ut sup.notavi. Nova inde Capua ad Casilini pontem aedificata, ne novae hujus cum veteri urbe confusio aliqua irreperet, ad eas rite distinguendas *novae urbis* Capuae nomen reliquerunt; *veteri* (quae & *Primaria* quoque dicebatur, ut infra in not. ad Ignot. Cassin.) *Berolasis* nomen, idest novae arcis, dederunt, quo non novam vere Capuam, sed veteris novam collectionem significarent, seu novum veteris Capuae Castrum & munimen. At uberius haec in laudato comm. leges, & in meo Appiae viae opere Lib. III.

Ceterum hoc *Colossum* munitissimam arcem fuisse variae hostium oppugnationes, quibus obnoxia fuit, ostendunt, ut infra patebit. Idque etiam *Arena* vocitabatur. At quid inquies, verba illa *in Thermis juxta Arenam?* Thermae, quarum Chronologus noster heic meminit, *Cryptoporticum* (cujus inferior pars adhuc pene integra sub Monasterio S. Francisci a Paula in oppido S. Mariae Majoris non longe ab Amphitheatro cernitur) praesignant: pars suprema hujus aedificii, quod *Gymnasio* fortasse adhaerebat, columnis, porticibusque suffulta etiam pro munimento a Capuanis, seu Langobardis habita; illamque prius Pandonulfus subjugavit, vitaeque habitantium seu defensorum, *pecunia contributa*, *pepercit*, *Capuamque illos* captivos *remisit*. *Amphitheatrum* postremo circumsepsit, *filiisque Landonis fratruelis* omni tunc auxilio destitutis *pacem cessit*, *accipiens ab eis Liburiam sub sacramento*.

(181) Liburia igitur tempore hujus divisionis in Capuano includebatur Comitatu, tuncque temporis Abellanos, Acerranos, Suessulanos, Galatinosque agros Argentii ad Castrum usque, sive Caudinas illas fauces & Furculas, ad occasum prospicientes continebat; nec Clanii amnis ripas meridiem versus praeteribat Liternum usque, quod oppidum fuerit eo tempore cum Vulturni Castro sub Capuae Comitum ditione, necne, adfirmare non ausim. Verum sequenti seculo X. quo Neapolitani Ducatus Liburia magna ex parte a Campanis Dynastis occupata fuit, Liternum vero, ejusque ager Vulturnensibus Comitibus paruit: necnon transjectis antiquis Clanii limitibus, Atellani etiam agri in

(a) *Super*.

tus Pandonulfus denuo ſuper Pilanum (182) Caſtrum cum Neapolitibus, improviſa irruens fraude, cepit, ab eis, qui (*a*) interius ibi morabantur, traditum; ubi & ego captus ſum, & omnibus bonis a pueritia (*b*) acquiſitis exutus. Ipſe pedeſter ante equorum capita uſque ad urbem Capuanam exul evectus ſum X. Kal. Septembris anno Domini DCCCLXXXI.

XLV. Pandonulfus autem confeſtim exercitaliter (183) ſuper Calvum profectus eſt, ſtipatus agmine Neapolitum; ibique munitionem extruens reſidebat. Sed filii Landonulfi cum ſuis viriliter eis reſiſtentes, ſubito idem receſſit, (*) a filiis Landonis jampridem ablata Sueſſa, ſacramento eis olim largita. Sed, ut ad priora nunc calamum vertam, (*c*) apprehenſus Atenulfus a ſuprafato viro, Lando germanus ejus non ſegniter egit; nam mox Calvenſe Caſtrum, propter quod captus eſt idem Atenulfus, cum ſuis coepit aedificare (184); pars autem nobilium

in parte non modica, atque Nolani Capuae Principes dominati ſunt, reſtricta aeque in dies Neapolitum Liburia, quae Campanis victoribus accreſcebat. Hinc pactis quibusdam, ſeu foederibus, quibus arma viciſſim ab utraque aemula natione deponebantur, pax firmabatur; quae inferius pacta patebunt, cum de Liburia aeque, ac de Neapolitano Ducatu fuſe in variis diſſertationibus diſputabimus.

(182) De Pilano, & Erchemperti captura ſatis ſup. diſſeruimus.

(183) *Exercitaliter*, ſcilicet *cum exercitu ſuo ſuper Calvum profectus eſt*. Calvum, ſeu Cales, antiqua Campaniae urbs, & Romanorum olim colonia, quae tunc pene diruta erat, ſicuti & adhuc eſt, arcemque ſolummodo habebat ad Comitatus decorem, atque defenſionem. In vicos inde ſeu pagos urbi finitimos diviſa fuit, Cathedrali tantum Eccleſia ibi adhuc extante prope vetus Caſtrum, cui Praefectus, qui a Capuae Senatu, cui Calvum ſubeſt (ex dono Regum hujus Regni ob praeſtitam illis fidelitatem, & ob damna, quibus toties Senatus idem fuit affectus) quotannis ſubditorum regimini deputatur; ubi ob aeris intemperiem ſtatis duntaxat anni menſibus reſidet.

(184) Non quod ibi *Caſtrum* antea non fuerit, ſed quum fere deſtru-

(a) *Intus*.
(b) *Exquiſitis*.
(*) Deeſt. *poſtquam*.
(c) Ann. 879.

S

lium parata erat ad praelium, & pars vulgi vallis; & parietibus construebat; sicque consumatus est. Post (a) biennium ferme (b) igne consumptum, ab eodem Landone reparatum est memoratum Castrum; quo abiens cum universis suis, & casis datis per singulos concives oppidi de ministerio suo, & vasis (c) humatis (185) victualium, quoque & vinum, omni vigilantia desudans, ad pristinum statum dictum oppidum erexit.

XLVI. Et hoc in superiori parte non est praetereundum annectere; quod in principio rixae cum idem Pandonulfus fratrueles suos (d) persequebatur bestiali efferitate, Landulfum Electum (186) filium Landonis, de quo supra mentionem fecimus, cui sedem S. Stephani (187) Episcopalem ipse sub jurejurando tradiderat, a claustro Episcopii expellens, & humili loco, in cella (*) scilicet Ministeriorum, degere constituit; & sibi in Zetula Episco-

structum atque parum munitum invenerit Lando Atenulfi germanus, quodque instaurare ac munire coeperit; ac necessarium fore putavit ante instaurationem nobilium suorum sociorum copias advocare, ut hostibus obsisterent, ne inopinato advenientes non satis munitam arcem oppugnantes, illam delerent subverterentque.

(185) *Vasa humata*, idest, *testea*, ex humo sive creta, qua Calvensis ager, proximique Calenensis, ac Theanensis abundant, illa conficienda, quorum pleraque mirae magnitudinis in dies effodiuntur, quibusque ad annonam, cibariaque alia adservanda utebantur. De *vasis*, & *ollis Calenis* (quas *Hetruscas* appellant), quibus Principum Musea decorantur, quaeque hac in urbe olim coloribus etiam diversimode depicta fingebantur, ibique in diem pulcherrima eruuntur, passim Scriptores, & fuse Peregrin. noster in Campan. Disc. III. & IV.

(186) Supr. num.40. & not. 164. verba fecimus.

(187) De Cathedrali *S. Stephani veteris Capuae* Ecclesia, quam cum *Constantiniana* alii *Basilica* confundunt, peculiari inferius Dissertatione pertractabitur.

(a) Ann. 881.
(b) Deest. *Igne*.
(c) *Umaris*.
(d) Ann. 879.
(*) Al. *Cellula*.

ſcopali (188) manſionem exhiberi juſſit: quod & factum eſt. Hoc cernens fatus Electus; metuens dicti viri verſutiam, egreſſus ex urbe, Epiſcopalem ad Sedem propriam B. Protomartyris (189) properavit, quo poſſet quietam ducere vitam. Interea, occaſione reperta, Landonulſum germanum ſuum conjugatum Clericum fecit, mittenſque Romam Joanni Papae, Epiſcopum fieri expoſcit, in quo & exauditus eſt.

XLVII. Pro hac inſania, & fraterna, civilique expugnatione nixius flagitati Berthar ſagaciſſimus Abbas Monaſterii ſupradicti Sanctiſſimi Benedicti, & Leo venerabilis Praeſul Teanenſis Urbem profecti ſunt, adieruntque dictum Pontificem, (190) obſecrantes eum ſuppliciter, ut tam grave piaculum non ageret, unde ruina terrae, & ſanguinis effuſio procul dubio fieret; cui etiam dictus Abbas expreſſe inquit: *Certe ſi hoc exercuerit tua poteſtas, talem*

(188) *Zeta* idem eſt ac *coenaculum*, Ducang. Quare diminutivum *Zetula* parvum Epiſcopis coenaculum ſignificat, in quo miniſtrorum fortaſſe inferiorum manſiones erant, unde *Manſionarii*. De *Zetula* etiam ſuperius meminimus.

(189) Ne haereas heic lector. Landulfus a Sede Epiſcopali S. Stephani exturbatus adſeritur, ac urbe aufugiens rurſus ad ſuum *S. Stephani Epiſcopium* properaſſe adfirmatur. Hoc ſane ſibi contrarium videtur. At ſciendum profecto, duplicem tunc Capuae Epiſcopalem Eccleſiam fuiſſe, utramque Divo Protomartyri Stephano praecipuo ejuſdem Eccleſiae patrono dicatam: alteram quidem Capuae, in qua jam nova Epiſcopi ſedes erat poſita; in Berolaſi, ſeu veteri Capua; alteram, quae ſane cum incenſa urbe perierat, quaeque vera ac propria vetus Cathedralis fuerat. Landulfus igitur Epiſc. a Pandonulfo exagitatus, dum novae Capuae in ſua ſede moraretur, inde clam aufugiens in veterem S. Stephani Baſilicam ſe contulit, quae antiqua ſedes Epiſcopi erat, de qua in cit. Diſs. dicendum erit uberius.

(190) Videlicet Johannem VIII. Hujus legationis, bellorumque, quae in hoc Capuanae Eccleſiae ſchiſmate ob Pontificis Max. nimiam vel indulgentiam, vel pavorem exarſerunt, Baronius ann. 879. n.78. ſeqq. Oſtienſ. aliique Chronologi meminere. Pontifex tandem diviſa inter electos Antiſtites Capuae Dioeceſi, ſchiſmati, belliſque finem impoſuit, uti dicemus infr.

talem ignem illuc accendis ad te usque pertingentem: Praevalens tamen voluntas Pontificis Landonulfum Episcopum ordinavit. Hoc (*a*) ideo factum est, quia Pandonulfus prius se subdiderat dicto Papae, in cujus vocamine & chartae exaratae, & nummi figurati (191) sunt. Juxta (192) praescientiam dicti Abbatis talis itaque ignis exortus est, ut omnis Beneventana tellus, & ipsa Romana a Saracenis (*b*) propemodum funditus depopulata sit. Pro qua causa dictus Papa (*c*) bis venit Capuam; & primo dum resedisset juxta urbem in loco, qui (*d*) Antenianus (193) dicitur; omnes Langobardi hostiliter illum adeunt;

(191) Carolus Magnus Imper. anno DCCLXXVII. Hadriano II. Pontifice Max. Arechis Benev. Principis audaciam, qui Graeci Imperatoris auxilio fretus in Pont. Romanum, Irene Augusta impellente, arma verterat, repressit, eoque subacto, Patrimonium Divi Petri amplificavit, Urbeveto, Viterbio, aliisque Thusciae urbibus illi adjunctis; necnon Sora, Aquino, Theano, atque Capua, datis in Casinensi Coenobio praeceptis, ut ex constit. Ludovici Pii ap. Baron. anno ut sup. num.67. & Pagium ex Ostiens. Lib. I. cap. 14. evincitur. Ab Hadriano Pontifice desciscere coeperunt Capua, aliaeque Campaniae urbes a Beneventanis sollicitatae, ut ex epist. 90. ejusdem Pontificis: quae quidem discordiae ne sequenti quidem seculo quievere; nec illarum urbium distractionem a Beneventano Principatu Beneventanorum ipsorum Principum ambitio lubenter ferebat. Quamvis vero Rom. Pontifices Capuam perpetuo dominari rite contenderent: tamen ob seculi inconstantiam Principum vel ambitio, vel Gastaldorum, seu Comitum insolentia, quae Campanos quandoque, Beneventanos vero semper sollicitavit ad excitandam in Pontifices ipsos seditionem, ita valuit, ut Capuae Comites Beneventano Principi nunquam, sed Salernitano potius, cui revera Comitatus ille subdebatur, se submiserint, Pontificiumque jugum excutere fategerint. Hinc ad captandam Johannis VIII. benevolentiam Pandonulfus Comes se illi subdiderat, ejusque nomen in chartis cudi, imaginemq; in numismatis effingi praecepit, quod heic Erchemp. innuit.

(192) *Praescientiam*, idest praevisionem a Berthario Abbate habitam.

(193) *Antinianus* in antiquis Tabularii nostri chartis passim occurrit,

(a) Deest. *Ideo*.
(b) Deest. *Propemodum*.
(c) Ann.879.& 881.
(d) *Antinianus*. *Atinianus*.

eunt; nam ex una parte Athanasius Episcopus cum Pandonulfo aderant: ex alia vero parte (a) utrique fratrueles cum Gaideriso, & (b) Guaiferio Principibus (c) habentibus Graecos, advenerant; & quotidie, praesente Papa, utraeque acies in praecinctu (d) prosiliebant. Qua (e) oneratus intentione Landulfum pridem Electum (f) consecravit Episcopum in Ecclesia B. Petri (g) Capuani, (194) cunctumque Episcopatum inter ambos aequa portione dividi praecepit (195): Ecclesia vero, in qua consecratio ce-

rit. Pagus erat mille circ. pass. supra novam Capuam Aquilonem versus, quo loco nunc etiam rudera aliquot diruti illius Pagi cernuntur, vocaturque *Antignano*: a quo Antiniana Capuae jam extincta familia ortum duxisse sine dubio credenda est. Illustris aeque, atque antiquissima illa fuit, virique in ea, feminaeque percelebres floruere, quae fortasse, alibi in distincto opere, Deo auspice, attingemus.

(194) *Ecclesia*, in qua consecratio Landulfi Episcopi peracta fuit, & quae a Chronologo nostro *S. Petri* appellatur, eadem profecto erat, quae priscis temporibus *Basilica Constantiniana* vocabatur, Sanctis Apostolis dicata, in eaque Episc. Sedes usque ad novae S.Stephani Protom. Ecclesiae aedificationem sub S. Germano Capuae Episcopo, idest seculo Chr. VI. permansit. Non hoc solummodo incendium, quod ab Erchem. notatur, passa est Constantiniana Basilica, sed pluries igne conflagravit. Alibi hoc expendendum.

(195) Capuana Dioecesis, quae tunc temporis multo amplius protendebatur, totam fere Liburiam, Liternum, Vulturnum, ac Calinium, Sinuessamque, Theanum usque ab aquilone, urbes continebat. Unde conjici facile potest, Landulfo Episcopo *Berolasim*, seu veteris Capuae agrum illum, totamque regionem ab oriente Nolam versus, Acerrarum urbe inclusa, ad occasum Vulturnum inter & Clanium fluvios, sitam: Landonulfo vero eam Dioecesis partem obtigisse, quae trans Vulturnum boream, occidentemque prospiciebat. Non enim eo tempore sub Langobardorum dominatu tot urbibus praeerant Antistites, quot prius Cathedrae in illis excitatae erant: cum ex ipsis pleraeque aut subversae, aut ob hostium incursiones erant relictae; sed in

(a) *Utrisque.*
(b) *Gaimarrio.*
(c) *Habentes.*
(d) *Exiliebant.*
(e) *Honoratus.*
(f) Ann. 881.
(g) *Capuae, totumque.*

celebrata est, paulo post a Saracenis a Pandonulfo (a) advocatis, & ab Athanasio missis, igne media exusta est.

XLIIX. Circa haec (b) tempora Guaiferius Princeps (196) Monachus effectus est, languore depressus est gravi, diem clausit extremum. Et quia (c) ob incursionem Ismaelitarum corpus (d) ejus ad Coenobium (e) B. Benedicti patris ferri non valuit, Teanensi Castro in Ecclesia humatum est, donec coelitus requie praestita ad sanctum locum (197) vehatur. Per idem tempus Iserniam, & Suessulam uno mense, Castrum etiam Bovianum eodem anno capta, & combusta sunt. Quo tempore (f) supradictus Gaideris a Landone cognato suo alienatus, Pandonulfo sociatus est, filiamque ipsius suo tradidit filio; sed (g) in proximo a (h) tribulibus dicti Landonis captus, ac custodia mancipatus est; ejusque in loco Radelgis filius Adelgisi Princeps est constitutus; qui tribus vix annis impe-

in praecipuis tantum, insignibusque provinciae urbibus Praesules sedebant. Nam sicuti tunc Episcopi tanquam Domini, Comitesque censebantur; ita ne principis Dynastae subjectionem vitarent Episcopi, pauci iis in urbibus, in quibus Dynastae residebant, seligebantur, ut Theani, Aquini, Cajaciae, & Capuae, quae principem quendam locum prae aliis praeferebat: quippe ibi supremus Langobardorum Comes praeerat, cuique aliquomodo Gastaldi alii inferiores parebant. Sed de his alibi aptius.

(196) Eadem ferme narrat Anon. Salern. c. 130. addendoque, quae sequuntur verba: *cum Coenobium B. Benedicti properare satageret in itinere, diem clausit extremum*, declarat qnae de ejus sepultura Theani confusim dixerat Erchempertus: qua in urbe fortasse, vel pone illam mori debuerat Guaiferius anno DCCCLXXX.

(197) *Ad sanctum locum vehatur*, scilicet, ut loco depositi in Monasterio Theanensi corpus adservaretur, donec ad Casinense deferri posset humandum.

(a) *Vocatis*.
(b) Ann. 882.
(c) *Ab incursione*.
(d) *Illius*.
(e) Deest. *B*.
(f) *Suasus*.
(g) Ann. 881.
(h) *Tribunalibus*.

perans, a (198) Beneventanis (*a*) ejectus, & Ajo frater ejus loco illius subrogatus est. Gaideris vero Franchis traditus in custodia, fuga lapsus, pervenit urbem Barensem, qua morabantur Graeci; a quibus missus est ad urbem Regiam (199) Basilio pio Augusto, a quo honoratus, ditatusque donis Imperialibus (*b*) Oeriam urbem accepit ad convivendum.

XLIX. Hac (*c*) tempestate Pandonulfi (*d*) nimietatem (200) non ferens Athanasius, relinquens eum, filiis Landonulfi, & Landonis copulatus est in societatem. His diebus idem Praesul, missis Apocrisariis Siciliam, Saracenis ad radicem montis Besubii (201) residentibus (*e*) Suchaymum Regem exposcit, illisque veniens praefecit. Sed justo Dei judicio, primo omnium super eum insurgens, coepit Neapolim graviter (*f*) affligere, & devorare omnia exterius, ac puellas, equos, & arma (*g*) vi expetere. Hoc turbine (202) exactus, & ut Apostolicum anathema, quo erat

(198) Gaideris, seu Gaiderisius tertio nondum sui Principatus expleto anno e solio exturbatus, & Radelchisius, seu Radelchis II. Adelchis filius eligitur; Gaideris vero Gallis traditus, & in custodiam conjectus, nacta occasione (custodum forte carceris opera) fugae se dedit, ac Barium petiit.

(199) *Urbem Regiam*, i. Constantinopolim, ut alibi.

(200) *Nimietatem*: heic nimiam feritatem, atque inexplebilem dominandi cupidinem Pandonulfi Comitis intelligit, qui cum hostium copiis suas jungere non dubitavit.

(201) *Besubii*, idest, *Vesuvii* montis in nostra Campania ignivomi, cujus passim nostrates historici meminerunt, & praecipue Peregrinius noster in Camp. Disc. II. Hujus nempe montis radices maritimas incolere debuerunt, ut puto, scilicet ab ostio Sarni fluminis ad Rhaetinam, & Leucopetrae scopulum usque. Meos Cl. Viros Neapolites advoco, qui loca haec satius illustrent, & hasce Saracenorum colonias explicent.

(202) Lege, *expergefactus* ex Cod. Bolv. nimium namque in sua perfidia dormitaverat Athanasius.

(a) Ann. 884. (b) *Oriam*.
(c) Ann. 881.
(d) *Feriatim*, *feritatem*.
(e) *Suthaymum*. * *Sechymum*.
(f) *Afficere*.
(g) Deest. *Vi*.

erat (*a*) innodatus ; a ſe , & urbe ſua expelleret Guaimarium Principem , omneſque Capuanos ex urbibus , & oppidis, cunctoſque (203) maritimos in ſuum adjutorium advocavit , & Saracenos ab eodem loco vi pepulit : illi autem abeuntes, Agropolim caſtrametati ſunt . Hoc facto , non multo poſt praedictus (204) Praeſul una cum filiis Landonis , & filiis Landonulfi ſuper Capuam (*b*) Pandonulfum capturus advenit , dictamque urbem (*c*) hinc , & (205) inde obſidens affligebat. Qua neceſſitate compulſus Pandonulfus Radelgiſum Principem , cognatumque ſuum in auxilium invitavit. Is autem, ſegnitie ſepoſita, mox Ajonem germanum ſuum advocans in comitatu ſuo, Capuam, qua reſidebat, (*d*) expugnans, audacter ingreſſus eſt . Poſt haec Ajo cum Beneventanis , & Capuanis egrediens, cum filiis Landonulfi (206) Amalphitanos habentibus , certamen iniit , & aliquandiu pugnatum eſt juxta (207) portam urbis; cumque neutra pars alteri cederet, utraeque acies ad ſua reverſae ſunt.

L. Re-

(203) ***Maritimos***, populos ſcilicet , qui Ducatui Neapolitano parebant; iiſque etiam contineri videntur , qui circumadjacentes insulas , totumque noſtrum cratera incolebant , Stabienſes videl. Æquenſes , iiſque finitimi: necnon Puteolani , Cumani, ac Miſenates . De his alibi plenius in Diſſert. Ducat. Neap.

(204) Landulfus , de quo ſupra.

(205) Ideſt , cis , & trans Vulturnum amnem.

(206) Lege , ***Amalphitanos in ſocietatem ſecum habentibus***.

(207) Quaenam haec Capuae *Porta* fuerit , juxta quam pugnatum eſt , omnino ignoratur . Tres praecipuas eo tempore ibi erant portae ut ex veteribus chartis eruitur . Prima inter occaſum & boream patebat a Caſilini ponte , cui haerebat , ***Caſilinenſis*** vocata , nunc ***Porta Romana*** : Altera, quae ortum ſpectabat, ***Montana*** primum , inde ***S. Angeli*** adpellata : Tertia denique meridiem verſus , quae ***Turris Paldi***, nunc ***Porta Neapolitana*** dicitur . Minores alias duas fuiſſe veteres eaedem chartae nos edocent , quarum una Borealis , quae ***Fluviana*** , inde corrupto vocabulo ***Fauzana*** , vocitabatur , e qua nomen inde deſumſit

(a) Ann. 881. menſe Aprili .
(b) Deeſt. ***Pandonulfum*** .
(c) Deeſt. ***Hinc***, ***&*** ***inde***.
(d) ***Expugnare***.

L. *(a)* Repedante itaque Radelgiſo ad propria, Athanaſius (208) ad ſolita recurrens arma, ſimulavit univerſos fratrueles paciſci, cohortatuſque eſt eos, ut dato ſacramento ad alterutrum, omnes ingrederentur urbem, communiter habitaturi. Sed Pandonulfus ab eodem Praeſule ſacramentum accipiens, ne ullas contra eum moliretur inſidias, tunc omnes fratres in unum adunati Capuam adierunt, dato prius Amphitheatro eidem Athanaſio, & ille *(b)* Guaiferio ad cohabitandum tradidit ad perpetuum Capuanorum (109) jurgium. Cum vero adeſſent univerſi, ut diximus, omnes juraverunt, ut pacifici, & ſine ulla moleſtia dicti viri intrarent ad commorandum. Pandonulfus autem recepit eos ovans cum Clericis veſte (210) amictis candida; illi *(c)* autem mox *(d)* ingreſſi intro apprehenderunt Pandonulfum, & Landonulfum fratrem ejus, quem

ſit Paroecia S. Andreae *ad Portam fluvialem*: Altera occaſum hyemalem proſpiciens, quae vulgo *Poſterula*, nunc *Porta del Caſtello*, cognominabatur, quae tamen antiquitus in ſiniſtro Arcis latere poſita erat: inde adverſum ejuſdem Arcis latus translata anno MDXLIX.

(208) Scil. fictae amicitiae, & conventi, ut ſuae tantummodo utilitati cederet amicabilis compoſitio, ſicuti accidit, & odiorum potius igniculos foveret, quam veram inter fratrueles firmaret animorum concordiam.

(209) Merito ſane Capuanis diſplicebat & ipſis contraria *Amphitheatri* ceſſio Athanaſio Praeſuli, quod ille dehinc Guaiferio ad ibi cohabitandum tradidit. Prope enim ſuae urbis portas exteri, & hoſtes incolentes, nacta occaſione, vel conſulto non agros duntaxat, ſed & urbem etiam invaſiſſent.

(210) Pandonulfus obviam factus ſimul cum Eccleſiae Capuanae Canonicis (quos heic Clericos adpellat Erchempertus, hoc enim nomine priſcis temporibus ii deſignabantur) ſuo habitu, ideſt, *Albis ſuperpelliceis* indutis, fratrueles ſuos ſuſcepit, qui memores facinorum a Pandonulfo, & Landonulfo ejus germano novae Capuae Antiſtite in ipſos commiſſorum (Athanaſio etiam illos non tam excitante qnam impellente) eos in carcerem detruſerunt; ſimulque cum illis uxores, & filii Neapolim in exilium pulſi.

(a) *Repetente.*
(b) *Gaiferio.*
(c) *Mox autem egreſſi.*
(d) Ann. 882.

quem supra Episcopum descripsimus, cum omnibus consentaneis, sequacibus, & (a) fautoribus eorum, (b) & hi duo missi Neapolim; (c) post haec & uxores, filii, & filiae missae sunt illuc.

LI. Inter haec Saraceni totam supradictam (211) terram crudeliter laniabant, ita ut desolata terra cultoribus, (d) sterpibus, & vepribus repleta fatiscat. Guaiferius autem Colosso residens, suasus ab Athanasio, imo & Athanasius ab illo coactus, bellum coepit inferre dictis fratribus, atque cum Saracenis (e) nimium eos affligebat, & acrius insequebatur. Tunc nutu Dei, a quo omne procedit bonum, (f) quendam Agarenum ab Africa evocans, Regia de stirpe procreatum, Agropolim, inde Garelianum, in quo (g) residebant agmina Ismaëlitica, misit, atque omnium illorum mentes accendens, ejus hortatu universi Saraceni tam de Gareliano, (212) quam de Agropoli communiter collecti, Calabriam, qua (h) residebat Graecorum exercitus, super Saracenos in Sancta Severina commorantes, properarunt; ubi & omnes Grajorum gladiis extincti sunt. Dehinc Amanteum Castrum captum est: deinde & (i) dictae Beatae Severinae oppidum apprehensum est.

LII. Basilio Serenissimo Augusto atque his diebus (k) defuncto, duo filii ejus in Imperio sunt electi; idest Leo primogenitus, & Alexander subsequens; tertius vero, Stepha-

(211) Si *Regnum in se divisum desolatur*, quid in hac Campanorum Comitum dissensione profecerint tunc Saraceni, quasque ediderint strages, pro se quisque animo revolvat. Paucis verbis sane Erchempertus suam malorum narrationem hoc numero absolvit.

(212) De hac nova Saracenorum irruptione Chronologi passim.

(a) *Factoribus*.
(b) *Et omnes missi*.
(c) Deest. *Post haec*.
(d) *Serpibus*.
(e) Deest. *Nimium*.
(f) Deest. *Quendam*.
(g) *Praesidebant*.
(h) Adhuc vivente Imp. Basilio. Vide Cedrenum num. 229.
(i) *Edictae*.
(k) Ann. 886.

phanus nomine, Archiepiscopatum (213) ejusdem urbis (ejecto (*) Photio, qui olim a Nicolao (214) Primae Sedis Pon-

(213) Iisdem verbis utitur Anon Salern. c.133.

(214) Archiepiscopatum appellat, quem potius Patriarchatum nominare debuisset. Utraque haec dignitas iis temporibus aequalis censebatur, & promiscue apud alios scriptores tunc pro Patriarchis Archiepiscopi (quorum brevissimus numerus) dicebantur, quamvis parum rationi consentaneum; multa sane inter utriusque dignitatem, ac praestantiam diversitas est. Vid. Thomasin. aliosq. de veteri discipl. tractantes. Quoad Photii schisma, cum passim tam Graeci, quam Latini Scriptores apud Baronium, & Pagium latissime de eo disseruerint, perpauca tantum delibo, ut legentium memoriae occurram. Photius Patr. Byzantinus a Basilio Imp. in Concilio Constantinop. depositus fuit ann. DCCCLXVII. & in sede Patriarchali repositus Ignatius: pauloque post in exilium Photius, ejusque asseclae pulsi sunt. At Ignatio viro sanctissimo e vivis sublato ann. DCCCLXXVII. (licet immerito Baronius in sequenti anno firmet) Photius ab Augusto in urbem revocatus, denuo Patriarchatum occupavit, Pontificiosque Legatos elusit. Eo fuit ingenio, ut suorum adversariorum sibi paratas insidias, ac technas summa calliditate declinaret; sicque a Johanne VIII. confirmationem dolo obtinuit contra Nicolai I. sententiam, qui eum tanquam schismaticum ab Ecclesiae communione ut pacis perturbatorem, semoverat. Hanc Johannis PP. animi inconstantiam tueri conatus est Petrus de Marca Conc. L. III. 14. qui eam prudentem oeconomiam nominat: Nat. Alex. in Joh. C. VIII. imprudentiam, atque alii levitatem (unde fortasse Johannis Papissae prodiit fabella) periculosamque indulgentiam, quam reapse Pontifex emendare statim curavit, impii Photii cognita fraude, atque impudentia. Nam anno DCCCLXXX. misso Constantinopolim Marino Episcopo (qui eidem in Papatu deinceps successit) summa animi fortitudine Augusti potentiam, & Schismaticorum minas parvipendens, acta pro Antipatriarcha in conciliabulo praecedenti anno Byzantii a Photianis evocato rescissa sunt, & Schismaticorum antesignanus denuo excommunicatus. Leo interim VI. Philosophus cognominatus, Basilii Imperatoris patris sui successor a. DCCCLXXXVI. Sanctae Sedis vestigiis inhaerens Photium utriusque Imperii, atque Ecclesiae perturbatorem a sede iterum exturbavit, atque exilio multavit; in ejusque locum germanum suum Stephanum, tametsi adolescentem suffecit, qui, sexennio sui Praesulatus vix absoluto, defunctus est. Tandem Byzantinae Ecclesiae, atque Imperio, extincto Photio anno DCCC-

(*) *Vid. Anon. Salern. c. 133.*

Pontifice ob invasionem Episcopatus Ignatii adhuc superstitis, perpetuo anathemate fuerat mulctatus, & a Joanne Papa, ut ita dicam, ignaro, ad pristinum gradum (a) (215) resuscitatus) regendum suscepit.

LIII. Interea Athanasius solita fraude cupiens supradictos fratres sequestrare (216) ad invicem, hinc Landoni (b) seniori, (217) filio (c) videlicet Landonis singularis, praestantissimi viri, neptem suam adhuc lactentem in conjugium (d) cessit; ad hoc ut fila feminarum illaquearent eum; (e) adscitumque eum monuit serpentino ore, (218) ut confratrueles suos caperet, &, quod magis ambiebat, occideret, scilicet ut inter se rixantes, aut omnino interirent, aut deficerent, & ille Capuam caperet. Et quoniam Lando, licet segnitie, ac (f) torpore naturaliter (g) frueretur

DCCCLXXXXI. pax & tranquillitas inclaruit, omnesque, quotquot suo impio duci faverant, ejusque schisma armis, calamis defenderant, viresque suas omnes exprompserant, aliquando quievere. Haec igitur, quae breviter adnotavi, innuit hoc loco Erchempertus.

(215) *Resuscitatus*, idest, in sua sede *repositus*, unde fuerat exturbatus; & *a morte*, hoc est, excommunicationis poena, *resurrectus*, idest, *absolutus*.

(216) *Fratres inter se sequestrare*, scil. animos eorum foederatos, & consentientes in dominatu sejungere, ut iis inter se invicem altercantibus, posset iniquus Athanasius se bellis immiscere, Capuamque, sicuti anhelabat, subjicere.

(217) Lando, qui hoc loco dicitur *Senior*, potius *Junior* appellandus esset, cum sit filius Landonis senioris, ut in stemm. num. 11. & 21. Ac licet alter Lando suus nepos fuerit filius Landulfi Suessulani Comitis germani sui, is tamen nondum vivebat, idcirco Junior interdum adpellatur; quo regnante, Senior etiam dictus est ob juniorem praefatum Landonem nepotem suum.

(218) Videsis quot artes, insidias, machinationes versutus, ac impius Athanasius adhibuerit, ut Langobardis Capuae Comitibus jugum sensim imponeret.

(a) Ann. 879.
(b) Sic scripti Codd. omnes.
(c) *Ult. v3.*
(d) Ann. 883.
(e) *Adstitoque eum.*
(f) *Corpore.*
(g) *Premeretur.*

tur, immobilis, & constans persistebat, (*) re inchoata, (*a*) hoc advertens Athanasius doluit, & protinus consilium reperit sibi accommodatissimum tunc, sed non in longum perniciosius; competenti etenim festinatione inter ista Atenulfum adscivit, eique secretius (*b*) infidit. ***Ex omni gente Langobardorum, Capuam elegi mihi babilem; & e Capua, gentem vestram; & ex omnibus fratribus tuis, te solummodo praetuli consentientem mihi, & in cunctis obtemperantem, utrumque industrium: idcirco si meis verbis aures tuas accommodaveris, in cunctis prosperaveris.*** At ille cuncta se patrare (*c*) velle respondit imperata; cui ille. ***Cape filios Landonis, & esto tu solus imperans Capuam, sicut progenitor tuus singulariter imperasse dignoscitur.*** Ille vero (*d*) hoc fratrum consilio distulit; qui reversus omnem venenosi Athanasii versutiam propriis innuit fratribus. At illi obstupefacti signo se crucis Christi munierunt, dicentes: ***Ante moriamur, aut exulemus, quam super fratres nostros juste, aut injuste insurgamus unquam: donec enim erit in manibus nostris, non insidiabimur sanguini nostro.*** Mox etenim (*e*) cuncti filii Landonulfi munierunt se horribili, & pene inaudito sacramento cum filiis Landonis clanculo sub gravi anathematis interdictione; statimque Atenulfus abiens, Athanasio retulit voluntatem fratrum suorum ratam fore fratruelibus suis, & in nullo penitus (*f*) amoveri. At ille durius (*g*) hoc accipiens, hostis factus est illis (219).

LIV. (*h*) Eodem tempore Guaimarius supradictus Princeps, cum nimium affligeretur ab Athanasio Episcopo cum

(219) Suis detectis insidiis, hostem se futurum Athanasius declarat, cum ab eis se laesum fatetur, ut praetextum aliquem obtenderet imposterum illos persequendi, & Capuae Comitatu expellendi.

(*) *Etiam re.*
(a) *Hoc audiens.*
(b) *Insit.* * *insidiatur.*
(c) Deest. *Velle.*
(d) *Haec.*
(e) *Juncti.*
(f) *Moveri.*
(g) *Haec.*
(h) Ann. 886. & primo Leonis, & Alex. Imp.

cum Saracenis, essetque ex toto depopulata tellus ipsius, ita ut capi (a) potuisset, nisi divina pietas restitisset, ad Graecorum se contulit suffragium, a quibus (b) nobiliter est adjutus; (220) nam & auro, & frumento adjutus est, & auxiliatoribus stipatus, qui custodirent urbem, & populum ejus, quod hactenus servatur, ut dictum est. Ajo autem Princeps Beneventi, & ante Principatum, & (c) postea, partim imbecillis, partim roboreus extitit (221).

LV. Ut autem post tergum redeam, abeuntibus Saracenis Calabriam, (d) illucque (e) pereuntibus, (222) Decivilis Dux Cajetae centum pene quinquaginta ex eis secum retinuit, ut sine Sacerdotali officio (223) non remaneret: ad instar Judaicorum Regum, qui diviso inter se bifarie Regno, (f) ut fertur, Levitae ex maxima parte Hierosolymam, quo inerat Templum toto orbe authenticum, congregati sunt. De quo numero ex parte fati fere ad centum viginti Saraceni urbem Theanensem (g) audenter adierunt, sicut prius agere conspexerant, quando (h) quippe (i) duo millia quingenti erant; super quos Lan-

(220) Guaimarius primus Salerni Princeps, Guaiferii filius Graecorum auxilium implorare cogitur; Athanasius enim, undique devastatis agris, Salernum circumquaque obsidione vallarat ita, ut cives rerum omnium inopia summopere laborarent. Hujus rei meminit etiam Anon. Salern. aliique, qui Patricium Guaimarii honorem ab Augusto Byzantii obtentum memorant; ut num.67.

(221) De varia Ajonis Principis in bellis fortuna, deque variis in eum exsuscitatis defectionibus, per quas fati vices expertus est in praemium suae inconstantiae, inferius differam; & Chronologi passim loquuntur.

(222) *Docibilis* omnino legendum.

(223) Ironice in Docibilem loquitur Erchempertus, qui Saracenos secum retinere voluit ad desolationem vicinorum locorum.

(a) *Possit*.
(b) Deest. *Nobiliter*.
(c) Ann. 884.
(d) *Illuc*.
(e) Vivente Basilio Imp. ut sup. n.51.
(f) Reg.l.3.cap.12.& Parap.l.2.c.11.
(g) *Audacter*.
(h) *Prope*.
(i) $\frac{M}{II}$D. & sic semper.

Lando, (224) ceu leo, audacter cum suis (a) irruens, usque ad ultimam internecionem protrivit eos, ita ut de tanto numero non amplius, quam quinque evaderent, ceteris (b) interfectis, ni fallor, centum quindecim.

LVI. Athanasius autem cernens se (c) delusum ab utrorumque responsionibus fratrum, tristior effectus est solito; sed ocius invenit consilium habile sibi; missis siquidem Legatis, trecentos Graecos (d) suum in auxilium adscivit, (e) Chasano eos praeeunte. Tunc callide pace facta cum Capuanis, mox quando (f) vindemia legitur (*), cum esset Capua valide afflicta, & a foris depopulata, omnes (g) certatim egressi sunt tam primores, quam & mediocres ad vindemiandum; ille vero, suggerente hoc vel maxime (225) Guaiferio Colossense, ex abditis Graecos, Neapolites, una cum Theatralibus (226) viris, & depraedavit totam Capuam (227), apprehensis in ea multis, & praestantissimis viris, peculiisque non modicis. Ab

(224) Lando, qui Saracenos Theanum irrumpentes profligavit, fuit filius Landonulfi Senioris, qui Calvense Castrum, ut supra, instauravit.

(225) Guaiferius, qui dicitur *Colossensis*, nepos erat Landonulfi Senioris, ac fratruelis Landonulfi Theanensis Gastaldi, & Pandonis Marepahis. *Colossensis* cognominatur, quod in Amphitheatri custodiam fuerit destinatus, ut alibi notavi.

(226) *Theatralibus viris*, scil. qui circa Theatrum loca incolebant, & Capitolium; ubi antiqui pagi extabant S. Heralmi, Suriorum, & S. Petri ad Corpus, de quibus alibi agendum erit.

(227) *Totam Capuam* intelligit pro illa hujus Comitatus parte, quae Liburiam mare usque occupabat: non enim ultra Capuam progressi sunt, sed cis Vulturnum amnem, cum Lanii i. Clanii amnis, Suessulae, Liburiaequae solummodo Erchempertus meminerit; Liburiae siquidem duntaxat ditioni finitimos agros depopulatus est; Capuam enim haudquaquam subegit.

(a) *Veniens*.
(b) *Infectis*.
(c) *Derisum*.
(d) *Sui*.
(e) *Chasanos*.
(f) Ann. 883. sive 884.
(g) *Certantes*.
(*) *Colligitur*.

Ab (*a*) illo igitur tempore omnia circumquaque devastans, Liburiam (*b*) vindicabat sibi; nam & Saracenos (228) Agropolitanos, quos nuper de illius magnatibus, juxta rivulum Lanii non procul a Suessula, (*c*) qua ille nefandum perpetraverat scelus, ferme ducentos (*d*) peremerant viros, clam evocavit, & Capuam misit; ubi tunc egredientes Capuani valide restiterunt eis; ob hoc & absque praeda ad Castra repedarunt: Lando autem senior tunc apoplexia percussus (*e*) interiit (229).

LVII. Dictus itaque vir pro ut (230) mente conceperat novis, & inauditis machinis insurgebat adversus Capuanos, adeo ut (*f*) tempore Quadragesimali cum omnis (*g*) plebs Christicola, praeterita defleret mala, & poscit a Deo, ut flenda minime committat, ipso mediante festo Dominico, subsequente (*h*) crepusculo, collectis Graecis Materensibus, (231) Aegyptiis, & Neapolitibus, conscio Guaiferio (232) Duce, praetereunte (*i*) Chasano, urbem Capuanam tentavit invadere, atque ascensis murum ac si (233) trecentis viris armatis diversorum generibus telorum; sed omnes, Domino adiuvante, alii sponte ex eo desilierunt, qui quidem cervice tenus imis jacti sunt, nonnulli vero gladio occubuerunt. De nostris unus so-

(228) Saracenos Agropolitanos vocat, qui Agropoli Castro ultra Salernum ad mare sito, tunc considebant.

(229) Lando' junior, qui supra not. 217. morbo, quam Graeci ἀποπληξίαν adpellant, hoc est, subitam membrorum percussionem, extinctus est Septembri mense A. DCCCLXXXV.

(230) Videl. Athanasius.

(231) *Aegyptiis*, scilicet Saracenis, qui ex Aegypti Provincia advenerant.

(232) *Colossensi*, ut supra n.225.

(233) Lege: *ac simul cum trecentis viris armatis &c.*

(a) *At*. (b) *Vendicabat*. & 8.

(c) *Quia*.

(d) *Peremere*.

(e) Ann. 884. Vide tamen expansam tabulam Comitum Capuae n. 7.

(f) Ann. 885.

(g) *Ples*.

(h) *Crepusculoque*.

(i) *Cassano*.

solum (a) Onericus nomine, & ut fertur, a suis extinctus est. Bellum quippe (b) hoc narratum in muro arbiter judex non per belligerantes, & armipotentes egit viros, sed per quatuor impuberes mirifice gessit ad laudem nominis sui (234). Ille autem confractis itaque viribus, quod conceperat minime (c) agere cessavit; nam & Salernum per Saracenos prius, & postea per Graecos multotiens capere molitus est, sed non est permissum a Domino.

LVIII. Eodem quoque tempore Guido filius Guidonis (235) senioris super Saracenos in Gariliano castrametatos, ut retro redeam, hostiliter irruens, Castra eorum dirupta depraedavit, & aliquantos eorum gladiis interfecit; reliqui montis per opaca, ut aqua, diffusi sunt. Is autem Capuam appropians ultra transvadavit, & ad Pontem, (236) qui Theudemundi vocatur, castrametatus resedit

(234) *Arbiter judex*, i. Justus Dominus non per homines militari arte pollentes, sed per paucos *impuberes*, idest juvenculos inexpertos victoriam obsessis concessit ad suam omnipotentiam celebrandam, & ad impiorum depressionem.

(235) Guido Spoleti Dux frater Lamberti (uterque Guidonis senioris filii) post obitum nepotis e Lamberto geniti, Dux factus est, juniorque vocitatus. Inde Rex & Imperator Italiae. Cognatum habebat Radelchisium Benev. Principem, cujus sororem Ageltrudam sibi conjugio copularat.

(236) En iterum Theudemundi pons, quem *prope cum Capuam Guido transmeaverit castrametatus est*, *& frumento e Liburia ablato Capuanos refocillavit*, paulo post cum eodem Duce Capuani foedus iniere. Igitur cum Neapolitani Campanis infensi essent (quippe cum Saracenis in societatem coiverant) omnino putandum, Guidonem e Neapolitum Liburia frumentum abstulisse; quadere Theudemundi pons super Clanium amnem, non super Vulturnum positus videtur, ut sup. not. 87. Cis enim Clanium Liburia Campanorum extabat, transfluviana vero ad Neapolitanum Ducatum pertinebat. Quod etiam ex insequentibus Erchemp. verbis planius ostenditur. Guido enim ut Capuanos sine me-

(h) *Honericus*. * *Hunnericus*.
(i) Deest. *Agere*.
(f) Deest. *Hoc*.

sedit aliquandiu; & ablato ex Liburia frumento, aliisque victualiis, *(a)* Capuani refocillati sunt, sed tunc cum eodem Duce non sunt foederati (237). Sed cum *(b)* retrovertetur, urbemque transiret, metu coacti subdiderunt se illi: ipso ad sua remeante, erexit saepefatus Athanasius viriliter contra eos, tulitque illis, adjutus auxilio Graecorum, omnia a foris, sataque quaeque videbantur possidere a parte Capuae, nec non & superius; illaque replicata sunt *(c)* post reditum supradicti Ducis per Chasanum. Multipliciter *(d)* ista patrata sunt, quae a me strictim sunt dicta.

LIX. Post haec suggestum est eidem Duci, ut (238) veniret quantocius, & liberaret confidentes ipsi: sin autem omnino perditionem subirent; qui mox veniens Capuam, Ajonem Principem a Benevento ad se venientem consilio Capuanorum *(e)* cepit, & sub custodia Beneventum duci fecit, in quam introiens ordinavit eam. Inde proficiscens, Sipontum ingressus est: Ajonem foris reliquit in

metu, aut periculo ad deditionem cogeret aliquando, *ponte Theodemundi* relicto, *retrovertitur*, *Capuamque transivit*. Si igitur ut Capuam transiret, ex eo loco, quo discedebat, pes ei referendus erat, necessario Theudemundi pons ultra, non citra Capuam situs videtur fuisse.

(237) Timebant fort. Campani, ne foedus cum Guidone tunc sancientes, in se hostium Neapolitum, Graecorum, Saracenorumque simul arma verti cernerent, suamque urbem aut ferro, aut igni hostes damnarent. Cum autem praeviderent Spolitensium Ducem plus armis prae ceteris valiturum, illi se dediderunt; sicque tot inter bellorum discrimina, Langobardorum factiones, & diffidia, in eo suam spem omnem collocarunt. Vid. Anon. Salern. c. 135. & Ostiens. loc. cit. qui ab Erchemperto, quod narrant, excepere.

(238) A Capuanis vocatus est iterum in auxilium Guido Spol. Dux, qui praesto adfuit; atque Ajonem Capuanis infestum in carcerem conjecit. Beneventum inde proficiscens, urbe illa potitus est, quam utique *ordinavit*, idest, novam in ea regiminis formam instituit, jura-

(a) *Capuanis reconciliati sunt cum eodem Duce non-desfoederati.*
(b) *Retro reverteretur.*
(c) *Post reditum.*
(d) *Multipliciter.*
(e) Ann. 884.

in Castris. Cum autem cognovissent Sipontini Ajonem (239) Seniorem suum captum, supra dictum Ducem, unanimiter irruentes, clausere in quodam Templo, captis (*a*) ejus optimatibus. Hac, (*b*) illacque tunc missum est, & abductus est Ajo, redditusque est suis. Alio vero die sacramento dato, vix (*c*) cum dedecore elapsus est.

LX. (*d*) Dehinc Chasano Constantinopolim abeunte, quidam Stratigo Augustalis Joannem Candidatum, quem lingua Pelasgica Joannicio vocant, cum trecentis belligeratoribus direxit Athanasio Episcopo, cum quo idem vir Capuam hinc, & inde praedavit; atque ob perfidiam istorum (240) Pandonulfum ex vinculis ereptum, libertati (*e*) restituit, & a Magiperto (141) receptus est Suessam, qui junctus est Graecis, atque universa animalia Capuae ablata sunt. Qua de re Lando filius Landonulfi, & Landulfus Episcopus adierunt dictum Ducem in Spoletum, ab eo petentes auxilium. Landulfus Episcopus a Spoletio reversus est: Lando autem cum eodem Duce per Sipontum (242) Capuam advenit; qui per aliquos dies Atel-

juramentum fidelitatis excepit; novusque etiam Castro Beneventano Praefectus, sive militaris Gastaldus, qui sibi obtemperaret, instituendus videtur. *Ordinare* enim idem est ac disponere, ab agricultura desumtum, ut ap. Voss. in Etym.

(239) Sipontini ut noverunt suum Principem captivum factum in Guidonem insurgentes, illum in Templo obsederunt, & ad liberandum Ajonem coëgernnt, praestito prius eidem Principi foederis sacramento.

(240) Pandonulfus, qui e vinculis per Athanasium ereptus est, fuit filius Pandonis Comitis, de quo num. 7. & qui relegatus fuerat anno DCCCLXXXII. ut not. 210.

(241) Magipertus hic Suessae fortasse praeerat uti Gastaldus, qui Pandonulfi factioni clam adhaeserat.

(242) Quum per Sipontum Capuam adventarit Spoletensis Dux, credibile omnino est, maritima, ac faciliora ipsum loca selegisse, & per Bene-

(a) *Suis*.
(b) *Illac*.
(c) Deest, *Cum*.
(d) *Deinde Cassano*.
(e) Ann. 884.

Atellae (243) residens, Capuam frumento implevit. Accepto nuncio, repente (a) Romam profectus est, Capuanos relinquens in manibus dicti (b) Praesulis. Is autem statim super Sanctum (244) Heremum Graecos, & Neapolites direxit, quem diu obsidentes, eos, qui in sublimibus residebant, cepit, & deinde Capuam ex utraque (245) parte graviter affligebant ita, ut quasi obsessa videretur; nam juxta Sicopolim (246) Graeci cum Neapolitibus, & Pan-

Beneventani Principatus agros transiisse, ut Samnitium montes, vias arduas, ac difficiles declinaret; sicque ad praestandum foederatis obsessis auxilium citius perveniret; eamque etiam ob rem, ut suo foederis jure cum Beneventanis sanciti uteretur cum exercitu adveniens.

(243) *Atella* antiquissima urbs, non ubi nunc Aversa sita est (ut aliqui existimarunt) sed fere tribus ab illa milliaribus orientem versus distans nuncque *Pomigliano di Atella* nobilis pagus, quem pone rudera adhuc excisae urbis: de ea fusius egi in App. viae Descr. L. III. Postrema ejus excidii calamitas XI. seculo accidit; inde a Nortmannis *Aversa* aedificata.

(244) *S. Heremus*, seu potius *Herasmus* turris est altissima, in qua olim veteris Capuae Capitolium, nec longe a Theatro dissitum, ut rudera adhuc extantia ostendunt. Nunc etiam *Turris S. Herasmi* appellatur, ibique ejusdem nominis vetus Ecclesia, & finitimus pagus; qua in turri, fortissima olim arce suis propugnaculis undique circumsepta, ac munita Robertus Neapolis Rex natus fertur, ut ipsemet in quodam diplomate fatetur, in quo nundinarum Ecclesiae S. Mariae Majoris ab eo concessarum item mentio, ut in App. Viae loc. cit. notavi. Hanc turrim Athanasius Graecorum, Neapolitumque militum copiis obsidione vallavit, & expugnavit, ut facilius nova Capua potiretur.

(245) Idest, ex utraque etiam fluminis parte, ut supra notatum est.

(246) *Sicopolis* tunc pene destructa erat, pagumque eidem urbi conterminum exstruere coeperant ejus incolae, quem *Versarium* prius ab *Inversa* fortasse Sicopoli eductum, inde *S. Nicolai in Triflisco* cognominarunt, ejusque memoria ab exeunte Christi seculo X. habetur in chartis Monasterii S. Mariae Monialium Capuae, & Capituli Metropolitanae Ecclesiae, cui Paroecia illa, pago jam desolato, adnexa fuit anno MCCCCXXII. Ad hujus collis radices, qui Trifliscus, sive Rogetus dicebatur, nunc vero S. Mariae in Hierusalem (ob antiquum ibi Deiparae sacellum extructum a Canonicis Metrop. Ecclesiae Capuanae, cui

(a) Ann. 885. (b) *Praesidis*.

Pandonulfo refidentes omnia circumquaque ftirpitus devorabant: unde contigit, ut octoginta ex eis Calinium (147) adhaerentes, fuper Theanum latenter irruperunt; quibus ex (a) diverfo Lando cum Theanenfibus, & Atenulfus cum aliquantis Capuanis occurrerunt juxta Sanctam Scholafticam prope Caftrum Theani, a quibus & victi funt.

LXI. Per idem tempus Monafterium B. Benedicti a (248) Saracenis prius dirutum anno Domini (b) DCCCLXXXIIII. ab Angelario venerabili Abbate coeptum eft reaedificari (*) anno Domini (c) DCCCLXXXVI. menfe Augufto. A quo reverfi, dum Capuam repeteremus, a Graecis capti, exutique fumus, & exequitati; ablatifque equis, & fpoliis, (249) & miniftris cunctis, homines argento redempti

cui fubdebatur, duobus circiter abhinc feculis Fratribus Ordinis Servorum B. Mariae Virginis fub annua quadam penfione conceffum) plures aquarum acidularum medicinalium, iifque, quae Neapoli, Theani, Telefiae, atque alibi non diffimiles fcaturigines effluunt, quae frugibus molendis inferviunt, quorum pluribus abhinc feculis fub Richardo I. Capuae Principe extat memoria. Antiquae *Sicopolis* fupra illius collis planiciem etiamnum ruinae fuperfunt, quae *Caftrum Palumbariae* vocitantur, ut not.75. innui.

(247) *Calinium* heic, non pro Calinulo, feu *Carinola* accipiendum eft (quo nomine deinceps haec urbs vocitari coepta) fed pro *Calvenfi* urbe, feu *Calibus*, & Calvo, quae Sicopolim inter, ac Theanum fita eft ab aquilonari Capuae regione. Eo pars exercitus depraedatum iverat, quaeque a Landone, & Atenulfo Theano egreffis caefa fuit juxta antiquiffimam S. Scholafticae Ecclefiam, ubi vetus illud aedificium monumento olim fepulchrali inferviebat, ibique adhuc extat, quo Theanenfes pro caftro utebantur ad urbis ingreffum cuftodiendum ea parte, quo Theano Cales, inde Cafilinum iter erat, quae Latina olim vocitabatur, cujus defcriptionem habes in App. L.II. & III.

(248) Monafterii Cafinenfis a Saracenis direpti, novaeque ejufdem ab Angelario Abbate conftructionis meminit alibi Peregrinius, de qua nos inferius pertractabimus.

(249) De Erchemperti prope Capuam captura fatis fuperius verba fecimus.

(a) *Adverfo*.
(b) Ann. 884.
(*) *Def. Completumque ex C. Bolv.*
(c) Ann. 886.

pti ſunt; equos recollegimus (a) quinque: Ego autem ſolus cum praeceptore pedeſtre remanſi; a Capuanis delati ſumus in urbem; inde Neapolim pertranſeuntes, nihilque proficientes, infructuoſi remeavimus Capuam. Deinde tria plauſtra onerata victualiis, multiſque opulentiis juxta (250) Anglenam, quo prius capti ſumus nos, apprehenſa, & depraedata ſunt.

LXII. His (b) ita crudeliter geſtis, Atenulfus Spoletium (c) pergens, dato pretio, Suabilum Gaſtaldum Marſorum cum aliis ſociis (d) Baſſis, (251) quaſi ad trecentos armatos, ſecum advexit; cum quibus & conſilium iniit, ut Gaſtaldatum Capuanum illi firmarent; ſed ingredientes Capuam, cum hoc adimplere (e) nequiſſent dicti Franci, reſiſtente, ac contradicente praecipue Landone (251) germano ejus, quem (f) dudum ipſe cum ceteris fratribus Gaſtaldum in his, quae ad eos pertinebant, inſtituerat, ab eodem Atenulfo (252) abſoluti, via, qua venerant, repedarunt. Tunc dictus Atenulfus conſilio habito cum ſuis, (253) Sadi cognatum ſuum ad Athanaſium ſae-

(250) Locus hactenus *Anghienn*, ſive *Anglena* appellatur paululum ultra Capuam, Calvum verſus, ubi olim antiquum erat Coenobium Ciſtercienſium Monachorum, S.Mariae Caſamari, ſeu de Anglena nuncupatum, pone ejus pontem, qua rivus excurrit. A Wilelmo I. Siciliae Rege, Capuaeque Principe pons hic extructus ann. MCLV. conceſſaque jam dictae Eccleſiae S.Mariae XL.terrae fuerunt jugera, ex eo, quod ibi Rex equo in praeceps abreptus deiparae Virginis auxilio e periculo incolumis evaſit, ut videre eſt in diplomate anni MCCXI. quod conceſſionis ſub Othone Imp. III. Idus Mart. praecit. ann. confirmatae meminit.

(251) *Vaſſis* videlicet, unde *Vaſſalli*, Ducangius, aliique.

(252) *Abſoluti*, ſcil. a ſacramenti foedere, quo obſtricti erant ad auxilium praeſtandum. Hinc pacto inter eos ſtipendio jam exſoluto, venia iiſdem data eſt, ut ad ſuas ſedes immunes redirent.

(253) Hujus *Sadi* Atenulfi cognati ne verbum quidem apud alios.

(a) V.
(b) *Itaque*.
(c) Ann.886.
(d) *Baſſiſque*.
(e) *Nequiviſſent*.
(f) Ann. 882.

saepius dictum subdole misit, poscens ab eo auxilium, ut adjuvaretur singulariter fieri Comes in Capua. Haec audiens gavisus est, & spopondit se in omnibus illum auxiliaturum. Cumque hoc a plurimis, & maxime, terque, quaterque Landoni fuisset relatum, *(a)* illa solita segnitie, & torpore detentus parvipendens, pro nihilo ducebat hujusmodi nuncium (254).

LXIII. Exin memoratus (255) Lando febris ardore succensus, Theanum *(b)* abiit *(c)* curandus a languore, quo detinebatur. Atenulfus interim a recepta, nec gressum, *(d)* neque mentem removit; sed *(e)* protinus effectivus existens parturire quod jamdudum corde conceperat, ob hoc Neapolim ire anxiabat festinus. Hoc ergo cum ad aures Landonis pervenisset, illico *(f)* Alcisum, (256) & Aldefridum Capuam misit, ut dictum virum suo hortatu a coepto itinere deviarent, & adjecit: ***Ego autem, Missa audita, & comestione finita, subsequar vos***. Illi enim *(g)* abeuntes fatum virum invenientes, retinere nequiverunt; erat *(h)* autem dies Dominicus. Deinde Lando proficiscens, eum minime reperit, jam enim abierat. Quo facto substinuit

(254) Vigilare profecto debuisset, & dolos, ac machinationes hostium sibi paratas timere; Principum quidem curae, ac sollicitudinis interest pervigilare, ne inopina subditorum, vel hostium proditione opprimatur. Hinc Iphicrates Atheniensium Dux domi, militiaeque copias instructas habebat, ne si sinistri aliquid accidisset; ***Impendere periculum non putabam*** dicere cogeretur, ut posterorum memoriae historici tradidere.

(255) Lando febri cum laboraret, Capua Theanum profectus est, ibique ab aeris salubritatem morbo convaliturum sperabat.

(256) ***Alcisum***, & ***Aldefridum*** ejusdem Landonis familiares, Patriciosque viros, quippe qui Atenulfo cogniti, atque probati esse debuerant. An hic Algegisum (ut in Cod. Bolvit.) legendum sit, ignoro.

(a) *Ille.*
(b) Ann. 886.
(c) *Curaturus.*
(d) *Nec admittens admodum.*
(e) *Promptus, & fervidus, existi.* *mans parturire se posse.*
(f) *Adelgisum, & Adelfridum.* An Algisus est de quo n. 1. & 68.
(g) *Abientes.*
(h) *Enim.*

ſtinuit Lando reditum ejus, illique revertenti dixit Lando, & ceteri fratres. *Quid egiſti illuc, quo* (*) *iſti*? Quibus ille reſpondit verba bona, verbaque conſolatoria, & deceptionibus plena. His auditis, & (*a*) nimirum creduli acquieverunt, credentes ei. Proinde Lando advertens fraternum dolum, ſed ſomno (257) ſopitus, & negligentia depreſſus non intelligens telum latens, quo jaculabatur; donec transfigerentur fibrae jecoris ejus, & Theanum rediit (*b*) ſanandus, ad quem (*c*) Landonulfus (258) frater ſuus inviſere veniens (*d*) Landonulfus ſolus in urbe relictus eſt.

LXIV. Cernens autem haec Atenulfus, & videns ſibi tempus adeſſe congruum, prius ſimulavit ſe cum conjuge, & liberis de civitate egredi, & (*e*) Calvum, quaſi ad habitandum, adire. Inter iſta cum juvenculis, & pecunia ambitioſis paciſcens, dato ſacramento, & (*f*) promiſſis multis muneribus, diſrumpens jusjurandum, quod cum filiis Landonis ter juraverat, cum ſomni tempus adveniſſet (*g*) Sabbato poſt Epiphaniam, (*h*) hoc eſt VII. Idus Januarii, advocatis ſodalibus ſuis, ſuper filios Landonis irruit bellaturus. Filii autem Landonis non ſegniter ſe praeparaverunt adverſus (*i*) hujuſcemodi conamen; ſed fugientibus eis, in quibus confidebant, concuſſi ſunt (259) vali-

(257) Somno ſolitae ejus deſidiae, ſegnitieque ſopitus.

(258) Legendum *Landulfus frater* ſuus, ut habent emendati Codd. Atque hinc ſane Landulfus filius Landonis ſenioris fuiſſe cenſendus eſt, qui Sueſſulanus dicebatur, ut in Ser. Com. Capuae uberius differetur, Landonulfus vero, qui Capuae relictus eſt, fuit Atenulfi germanus alter, de quo in ſtemm. n. 15. verba facit Peregrin.

(259) Pugna haec, ſeu inteſtina ſeditio, intra ipſius Capuae moenia accidit. Atenulfus nepotes propulſans, urbe potitus eſt, eoſque Theanum ad patrem Landonem fugere compulit.

(a) *Nimium*. (*) Iviſti.
(b) *Sanaturus*.
(c) *Landulfus*.
(d) Vide expanſam Tabulam Comitum Capuae. Nu. 8.
(e) *Calinium, quaſi habitare*.
(f) *Praemiſſis*.
(g) *Sabbatum*.
(h) Ann. 887.
(i) *Hujuſmodi*.

valide. Maxime ex hoc turbabantur, quia putabant, quod Lando cum omnibus germanis ſuis in hoc adeſſet (a) diſcidio. Videntes autem hi, quod deſtituti eſſent ab omnibus, ceſſerunt Atenulſo, & egredientes noctu ex urbe, Theanum advenerunt Landonulſus, Pando, & nepos eorum (260) Guaiferius; clamantibus eis a tergo de civitate; *Nolite ire Theanum, quia certiſſime capiemini*. At illi Theanum (b) propinquantes haeſitare coeperunt, ne (c) forſan a Landone tenerentur adſtricti; nunciato itaque adventu ſuo, officioſiſſime ſunt ſuſcepti.

LXV. Atenulſus Gaſtaldatum Capuanum (261) ſingulariter ſuſcipiens, continuo ſe Comitem appellari juſſit; moxque filium ſuum Athanaſio obſidem direxit, ſicut ſacramento pollicitus fuerat, (d) Liburiam, (262) & Capuam ſub jurejurando illi conceſſit; Athanaſius vero retinuit illius ſobolem, quouſque factum illi a Guidone (e) Duce repromiſſum ſuſciperet dictus Atenulſus, acceptoque foedere Gallico, reddidit illi filium (263), & cuſtodita eſt pax inter utrumque anno uno, & menſibus (f) tribus. Per idem tempus miſſis Legatis idem Atenulſus Romam, Majo-

(260) Hic nepos Guaiferius idem eſt, cujus ſupra meminit n. 56. & *Coloſſenſis* vocabatur.

(261) *Singulariter*, ideſt, ſolus dominus Capuani Gaſtaldatus effectus.

(262) *Liburiam*, & *Capuam* Atenulſus Duci Athanaſio ſub jurejurando conceſſit, partem nempe illam *Liburiae*, quae Neapolitano Ducatui finitima erat, Sueſſulam, Abellamque verſus, Atellas, atque Liternum; & *Capuam*, ideſt, *veterem*, ſive Coloſſum, ut ſupra.

(263) Athanaſius pro ſui foederis cum Atenulſo ſecuritate, Guidonis Spoletenſis Ducis (qui Capuanis foederatus eoſdem ſpeciali fovebat patrocinio, ut ſup. not. 237. & ſeqq.) aſſenſum, & confirmationem expetiit. Quibus confectis, obſidem filium ad Atenulſum remiſit, pace ſic compoſita.

(a) *Diſsidio*. Vide Dauſqueum in Orthogr.

(b) *Appropinquantes*.

(c) *Forte*.

(d) *Licuriam*, ceterum ſemper *Liguriam*.

(e) Deeſt. *Duce*.

(f) Ad menſem April. Ann. 888.

X

Majone venerabili Abbate, & Dauferio Diacono, ut subderetur Stephano pio Papae (264), essetque illi proprius famulus; & promisit (*a*) quoque ei reddere Cajetanos, quos pridem callide ceperat, adjuvaretque eum contra Saracenos Gareliano residentes. Quae postea cuncta oblitus, ex his, quae promiserat, nihil omnino adimplevit.

LXVI. His quoque diebus (*b*) Theophylactus Stratigo a Bari Theanum hostiliter advenit hyemis tempore, Saracenos tentans (*c*) impugnare; nihilque proficiens, infructuosus abscessit; abiensque Neapolim, Marinum Gastaldum Castri Sanctae (265) Agathae Ajoni rebellem (*d*) accepit, & Apuliam rediens, nonnullas munitiones ejusdem Ajonis vi apprehendit; unde, occasione accepta, idem Ajo adversus Augustale (266) dominium rebellionis jurgium (*e*) initiavit, quod suo in loco inferetur.

LXVII. Ante hoc sane tempus Guaimarius Princeps Constantinopolim ad Augustorum vestigia confisus, (*f*) abscessit; a quibus benigne susceptus est; (*g*) Patritius ab eis factus, cum honore ad propria remissus est. Cum autem adhuc illic moraretur, Athanasius dolorem conceptum

(264) Ut firmius in Comitatu Capuano Atenulfus dominaretur, etiam Stephano V. Pontifici se subdidit, ut tanquam *jure Feudi* (ut barbaro JCtorum vocabulo utar) illum a Sede Apostolica obtineret, ut sup. not. 191. advertimus.

(265) Castrum S. Agathae cum inferius quoque a Scriptore nostro memoretur, ibi nos aliqua delibabimus opportunius.

(266) Benev. Principes post Ludovici Aug. discessum metuentes, ne ab Occidentis Imp. sensim opprimerentur, cum Orientis Imperio foedus inierunt, annuam pensionem iis solvendam pollicentes. Cum igitur Theophylactus Ajoni contra jus, pactumque foedus damna intulisset, Ajo ab Augg. Leone IV. ejusque germano Alexandro desciscere coepit, ut infra.

(a) Deest. *Quoque ei*.
(b) *Theophylatus*.
(c) *In pugnam*. *In pugnas*.
(d) *Praecepit*.
(e) Ann. 887.
(f) Ann. 881.
(g) *Et Patritius*.

ptum in opus erumpens, Graecos, Neapolites, seu omnes Capuanos generaliter movens, super *(a)* Abellanum misit Castrum, quo tunc praeerat Landulfus Suessulanus. Mox autem ut illic supervenit exercitus, fraude illorum, qui intro erant, captum est, apprehenso in eo Landulfo, & filio ejus juniore, nuruque illius, uxore videlicet Landonis, qui cum Guaimario profectus fuerat (267).

LXVIII. His ita decursis, suasus Lando ab *(b)* Algegiso (268), aliisque Capuanis una cum (269) Guaiferio *(c)* in quandam tractoriam plaustro vehentem intromissus, Capuanam urbem ingressus est, atque ad Episcopalem abiit Aulam; ubi pauci ex vi congregati sunt, Atenulfo accelerante. Tunc commissum est praelium, mortuoque (*) Vallane illustri viro, dissolutum est cor eorum, qui in

(267) Abella antiqua, & celebris olim Romanorum Colonia a Gothis sub Alarico desolata est, licet inde denuo prope veteris ruinas extructa fuerit, antiquum tamen decorem nullatenus recuperavit; sed oppido nomen dedit & decus insigne Castrum, sive Arx fortissima, in qua Landulfus tunc Suessulanus Comes dominabatur. Illam fraude civium cepit Athanasius Dux & Praesul Neapolit. cui Capuani quoque auxilium praestitere. Landulfus ipse Sergii olim Ducis gener, ejus filius junior (nomen tacetur) & nurus illius, uxor scil. Landonis, qui cum Guaimario Salerni Principe Byzantium profectus erat, comprehensi sunt.

(268) An hic fortasse ille Algegisus, qui ad describendam historiam Erchempertum impulit, pro certo adfirmare non ausim; ut num. 1. not. 2.

(269) Lando Comes licet Capua expulsus ab Atenulfo fratre, asseclas tamen suos, ac fautores ibi reliquerat, qui illum in pristinam solii dignitatem restituere summopere adnitebantur: quare illum clam introducere in *traba*, seu *traga*, & *tractoria* (videl. plaustro sine rotis, quod etiamnunc *stragulum* vulgo appellatur) tentarunt. Ac licet illi in urbem ingresso permulti faverent, opemque ferrent, Atenulfi tamen opera, ac virtute expulsus fuit, sicque a suis etiam derelictus fratri cedere coactus est, & cum nepote Guaiferio Theanum inglorius regressus est.

(a) *Abellarum*.
(b) *Agelgiso*.
(c) Deest. *In*.
(*) Wallano.

in parte Landonis erant, & coeperunt illum relinquere, & Atenulfo (a) associari. Tunc, licet (b) ficte, pacis osculum sibi mutuo fratres obtulerunt, quod in arca cordis minime retinebant. Lando autem post illa cum Guaiferio ad propria remeantes, reliqui consentanei (270) illorum capti sunt, & (c) vinculis innexi. Inter quos & Landulfus Praesul captus est, & custodiae (d) trusus. Post non multum tempus per (*) singulos dies omnes absoluti sunt (*,*).

LXIX. In (e) diebus illis, quando Atenulfus Gastaldatus regendi jura adeptus est, omnia quaeque Beatus Benedictus infra urbem Capuanam possedit, fratribus exulantibus auferri praecepit; qua de re missus ab Angelario venerabili Abbate, (f) & Episcopo ego ipse vestigia Apostolorum adii, Stephanum Summum Pontificem (271) postulaturus pro rebus nostris ablatis, a quo & benedictionem fratribus detuli, & privilegium nostri Coenobii, & supradicto viro literas exhortatorias attuli: dominicalis res ablata reddita est, (g) mente autem ex toto subtracta, in proximo etiam Cellam mihi ab Abbate traditam, concepto dolore, vi abstulit (272).

LXX. Interea cum Atenulfus jam memoratus Capuanos cepisset, advertens Athanasius Capuam fortiter (h) concussam, coepit occasionem quaerere adversus Atenulfum, & obsides ab eo, seu & pacem (i) innovare, decur-

(270) Idest, Capuae conjurati, qui Landonem clam introduxerant.

(271) De hac Erchemperti ad Stephanum PP. legatione supra dictum est.

(272) Cellam, cui praeerat Erchemp. ignoramus: permultas quidem Casinenses in Capuano agro possidebant tam citra, quam ultra Vulturnum, quas suo loco commemorabimus.

(a) *Associare*.
(b) *Finte*.
(*) Singuli per dies.
(*,*) *Anon. Salern. cap.* 128.
(c) *In vinculis*.
(d) *Tentus*.
(e) Ann. 887.
(f) Deest. Et.
(g) *Me autem*.
(h) *Percussam*.
(i) Ann. 888. mense Aprili.

currentibus inter alterutros missis. Majo supradictus Abbas, & (a) Ausencius Neapolim profecti sunt, quos Athanasius ad Amphitheatrum ire praecepit, simulque Atenulfum illuc adesse voluit, quatenus firmato foedere una cum Guaiferio (273) Consule, filium suum cum aliquantis e Capua obsidem mitteret. Hoc autem faciens, insidias tetendit latenter cum Graecis, & suis (274) ad capiendum suos. Sed quia, ut conjicitur, adhuc non erat completa malitia, quae post paululum divinitus (b) punita est, facta est morula; sed Atenulfus & filium suum infra urbem clausit, supradictos viros misit (275) Arenam, (c) egressusque statim Graecorum cuneus supradictos apprehendit viros cum aliis, & depraedavit totam (276) Capuam graviter; moxque sine dilatione cunctum equitatum, & pedestrem exercitum mittens, omnia sata Capuae succidi, exterminarique fecit funditus.

LXXI. Praesciens autem Deus dicti viri malitiam, & volens praestare Capuanis misericordiam in tam crudeli, impiaque persecutione, permisit eundem Athanasium in tan-

(273) Guaiferius, quem Consulem vocat Erchempertus, Gastaldus erat, sive Praefectus Arcis Colossensis, Neap. Duci foederatus; Consulis nomine illum adpellat Erchempertus insigniore titulo fortasse ad ejus dignitatem augendam, cujus tituli nuncupatio Comitis, Gastaldive dignitatem nedum aequipararet, sed etiam illi longe praestaret; nisi ironice Historicum locutum velimus, illum notando.

(274) Athanasius suas copias in insidiis latenter insidere jussit, ut Atenulfi exercitum inopinato aggrederentur, atque illum vel ad deditionem cogeret, vel ferro undique trucidaretur. Prima vox *suis* Neapolites, altera *suos* Langobardos notat.

(275) *Arena*, idest, Amphitheatrum, sive Colossum.

(276) *Depraedavit totam Capuam*, scil. totius Gastaldatus pagos, vicos, agrosque, qui utramque Capuam circumdabant, & in sua ditione erant: *sataque Capuae*, idest, *novae*, quae in Liburia mare versus erant, *succidi*, *exterminarique fecit*; ut Campani necessario victu privati conficerentur.

(a) *Ausentius*.
(b) *Punienda est*.
(c) *Aggressusque*.

tantam elationem (*a*) prorumpere, ut etiam Beneventi fines bis, terque praedari faceret. Ajo autem tunc Bari degens (*b*) impugnabat Graecos impugnantes se. Qui (*c*) hoc audiens, illico, segnitie deposita, ferme cum tribus millibus bellatoribus clanculo veniens (277) Castrum in Abellinum. Ubi autem intellexit Graecos, cum Neapolitibus residere super Capuam, radicitusque eam devastare, illico recto itinere super eos audacter adventare studuit: sed (*d*) quidam naturaliter zizaniorum sator Dauferius, (*e*) Dauferii (278) nostri genitor, urbe Beneventi egressus, subdole, ac si secuturus Principem, ex diverso Capuam cursu properavit, & dicto exercitui adventum indicavit Ajonis. At illi, relicta Capua, (*f*) praecipites Neapolim reversi sunt: Ajo autem iter, quod ceperat, peregit (279) illisque minime repertis, Liburiam ingressus est: cum quo & Atenulfus abiit, & exusta tota pene Liburia, ac depraedata, populisque, & bestiis ablatis, puteisque (*g*) saxis oppilatis, Amphitheatrum profectus est; quo residens per aliquot dies, machinis, & diversis telis fortiter expugnavit. Ille, idemqne abiens (*h*) Castrum Sanctae (280) Agathae insedit, atque Marinum Gastaldum

(277) *Veniens* &c. lege: venit in Castrum Abellinum, nunc urbs, Abellinum quoque vocitatum.

(278) Dauferius hic Beneventanus pater erat Dauferii Monachi Casin. Diaconi, cujus ipse superius num.65. meminit, qui Abbatem Majonem Romam fuerat comitatus: ideo Dauferium, *nostrum* appellat.

(279) Ajo Abellino iter Nolam versus susceperat; ac Liburiae ad Neapolites pertinentes agros Acerranos, atque Atellanos undique praedatus, puteos omnes saxis, sarmentis, arborumque ramis obstruxit, ut necessario potu incolae carerent, sicque ad deditionem cogeret.

(280) Castrum S. Agathae, nunc nobilis urbs Campaniae, trans Tifatam ab ortu montem, situm, quod Comitatum Capuae a Beneven-

(a) *Perrumpere.*
(b) Ann. 888.
(c) *Haec.*
(d) *Quidem.*
(e) Deest. *Dauferii.*
(f) *Recipientes.*
(g) *Saxo.*
(h) *Super Castrum.*

dum ſibi rebellem in fide ad ſe remeantem ſuſcipiens, abſceſſit; aliquandiu *(a)* Beneventi commorans, per Sipontum Barim reverſus eſt.

LXXII. Atenulfus autem *(b)* ab Ajone, ſe ſubdens per ſacramentum, in adjutorium ſui centum viginti ferme bellatores ſuſcepit; cum quibus graviter totam Liburiam depraedavit. Sed quia nonnunquam deſperatio periculum gignere ſolet, generaliter morti *(c)* Materenenſes e (281) Calvo, & aliquanti Capuani cum *(d)* dictis Apulienſibus juncti, Liburiam circumeuntes, Sueſſulam depraedarunt, & re-

ventano Principatu dividebat ad fauces uſque Occidentales Furcularum Caudii. Ajo Princeps illud ſuae ditioni ſubdidit; Marinus enim Caſtri illius Praefectus, ſive Gaſtaldus, ab eo deſecerat, ac Neap. Duci, Graeciſque, icto foedere, adhaeſerat. Haec urbs e ruinis exciſae olim Saticulae coaluit, parumque ab illa diſtabat, ut contra Peregrinium alibi a me probatum: ibique adhuc veterrimi illius oppidi reliquiae apparent.

(281) Hoc quidem loco aut depravatus, aut mutilus Erchemperti Codex, nec ab aliis Codicibus aptior habetur lectio. Attamen non inutilem fore conjecturam puto, ſi Hiſtoricum locutum dicamus de Graecis fortaſſe (quos *Materenſes* appellat, qui *Matera* urbe Theanum cum Theophylacto Saracenos apud Garilianum reſidentes debellaturi adventarant, illicque remanſerant, ut ſup. nu. 65.) Campanis illis adjunctis, qui Landonem Comitem, Theani commorantem, poſtquam Capua expulſus fuerat, fideliter ſecuti erant, in aemulum Atenulſum inſurrexere, ut Landonem ipſum expulſum in ſuam ſedem reſtituerent; Coloſſenſis quoque, Neapolitanique Ducis freti praeſidio ſperabant fore, ut junctis copiis, facili negotio Atenulſum praelio ſuperarent, atque ita Landonem in Capuae Comitatum reponerent, quod ex ſequentibus Erchemperti verbis oſtenditur; ait enim, Sueſſulam, proximamque Liburiam a *Materenſibus* cum Capuanis fuiſſe direptam, Athanaſio Duce Neap. ſibi adjuncto: ab Atenulſo ipſos ſimul appetitos eſſe: Coloſſenſem, ſeu Theatralem aciem a Guaiferio in eorum ſubſidium ſtatim advolaſſe; ſicque fronte, tergoque obſeſſum circumdatumque Atenulſum pugna ſuperatum Atellam confugiſſe, quam prope cum vix diſperſas copias collegiſſet, Capuam verſus rediit. Haec ego, aptius fortaſſe alii expenderint.

(a) *Benevento*.
(b) *Ajonis*.
(c) *Materenſes*.
(d) Deeſt. *Dictis*.

& reverti coeperunt; quibus occurrit Graecorum, Neapolitumque exercitus juxta rivolum Lanii, atque in unum misti (a) supervalebat pars Atenulfi partem Graecanicam; sed superveniens scara Theatralis a tergo, & in medio circumsepti, devicti sunt, partim capti, partimque gladiis extincti sunt. Hac de causa audaciam sumens Athanasius, bellum coepit expetere, unde Atenulfus non segnis redditus continuo cum suis Atellam abiit; dumque praelium non invenisset, reversus est ad sua.

LXXIII. Cum non (b) multo post, instigante inimico humano generi, collecta Athanasius multitudine, exercitu misto Graecorum, Neapolitensium, & Ismaelitarum, equitantium, & pedestrium, misitque illos adversus Capuam pugnaturos; quibus occurrit Atenulfus ultra rivolum Lanii juxta (282) Sanctum (c) Carsium, habens in comitatu suo auxiliatores ab Ajone missos, nec non & Saracenos: Saraceni vero ex utraque parte juncti steterunt, nulli eorum praebentes auxilium. Atenulfus talia cernens, acrius super inimicos (d) suos insurgens, ac primo impetu potenti virtute superans, pertrivit eos usque ad ultimam perniciem, occisis ex eis plurimis, multisque captis, reliquos oppido fugere compulit, victorque triumphans ad castra onustatus, ac laetus cum suis omnibus repedavit: de suis autem praeter (283) unum amisit, Alde-

(282) *Locus S. Carsii*, vulgo *S. Carzio*, in agro Aversano trans Clanium situs est: ibi acerrime pugnatum ab utroque aemulo, Athanasio scil. & Atenulfo, quibus Saraceni praesidio erant. Sed hi neutri eorum Duci, pugna jam inter eos inita, adjumento esse voluerunt. Qua de re Atenulfus rei militaris expertissimus, ac Dux adprime strenuus Athanasii acies fregit, ac statim e certamine victor abiit.

(283) Parum hic fide dignus redditur Erchempertus, qui ab Atenulfo Comite tam acri, obstinataque pugna unum duntaxat militem, cui nomen

(a) *Superval. valebat.*
(b) Ann. 888. Indict. 6.
(c) *Carcium*. Vulgo, *Santo Carzio* in agro Aversano.
(d) Deest. *Suos*.

derico nomine, & ipsum a suis, ut fertur, occisum. Ab hoc sane die coepit jam quasi potens esse Atenulfus, & Athanasius impotens. Hinc inchoavit omnia sata eorum, qui in Colosso morabantur, diripere, cunctaque bona eorum vehiculis diversis ad urbem trahere (284).

LXXIV. (285) Hoc quoque, quod narro, omnes audient aures, pro ut Dominus saepe parabolice sequacibus suis dicebat: (a) *Qui habet aures audiendi, audiat*. Ut omnis pavescat homo, stupeat, & ad Deum revertatur. Vel vero ne quis obstinatus animo remanserit, contingat illi, (b) quod Dathan, & Abiron superbientibus advenit, nec non & Core cum fautoribus suis evenisse dignoscitur. Guaiferius enim Praefectus Arenarum, qui pene omnia mala, quae facta sunt in diebus ejus, is opere suo gessit, fecitque patrare; cujus praestigio Romana tellus depopulata, Beneventana regio funditus desolata est, at hoc & exitium, & finem accepit idcirco, Dei judicio, modo illius scelus facinorosus finis explevit. (c) Nam subito superna (d) inspirante gratia, a qua omne bonum procedit, in illum excitati illi, a quibus ipse putabatur salvari

men Aldericus a suis, ut fertur, occisus, amissum praedicat. Hoc utique superius etiam in Capuae oppugnatione contigisse fatetur his verbis: *De nostris unus solum Onericus, & (ut fertur) a suis extinctus est*. At haec inepta sane non Erchemperti fortasse, sed Longobardi cujusdam amanuensis licentiae tribuenda, ut gentis virtutem extolleret, Neapolites aemulos, Saracenosque deprimeret.

(284) Ad urbem Capuam omnia trahere, quae ex direptione veteris Capuae vicorum, atque castrorum abstulerat, ab eorumque satis frumenta, frugesque diripuerat.

(285) Toto hoc numero LXXIV. κατ' ἐμφασιν ab Erchemp. Guaiferii infelix exitus describitur: quippe post tot mala, quae jamdiu patraverat in Comitatu Capuano, Beneventanoque Principatu, aliisque Regionibus, Deo inspirante, ad suorum securitatem, atque tranquillitatem ab amicis captus est, & victori Atenulfo traditus, ut flagitiorum suorum poenas lueret. Vid. Anon. Salern. c.138.

(a) Matth. cap. 13.
(b) Numer. cap. 16.
(c) Diebus 11. a victoria ad S. Carsium.
(d) *Expirante*. *Expiante*.

ſalvari, mutata mente in eum ſurgentes, apprehenderunt, bonaque ipſius diripientes (*a*) vinxerunt, revertentes nihilominus ad ſolum, de quo (*b*) nunquam diabolice abſciſſi ſunt; ipſumque (286) Proconſulem deſpicabilem Capuam, Atenulfo (*c*) conſentientes, remiſerunt pane tribulationis, & aqua anguſtiae (*d*) ſuſtentatum. Hoc facto univerſi, qui a propria ſede olim fuerant (*e*) exulati, ſuperbe ad ſuam obedientiam reverſi ſunt; factumque gaudium magnum, pax, & ſecuritas; coeperuntque praeeſſe, qui ſubeſſe ſoliti erant; (287) & qui per trecentos, & eo amplius annos imperaverant, ut legiſtis, praeeſſe coeperunt iis, qui cum Saracenis vicerant per aliquot ſoles. Tunc coepit cohors Bardica triumphans regnare ſuper eos, quos ſemper armis ſubegerant (288).

LXXV. Interea videns Athanaſius, ſe in omnibus ſuperatum, pudore abjecto, pacis expetiit foedus, quod adeptus eſt; (*f*) praemiſſoque jurejurando, pacti ſunt ad invicem. Primum tantum ſacramentum ſiſtebat roboreum ad menſem, aut tempus (389) annotinum: iſtud autem nec

(286) Iterum Guaiferius Coloſſenſis *Proconſul*, qui Conſul prius vocatus fuerat, ut not. 273. Fort. ironice Proconſul Romano more, quaſi Provinciae Praeſes, & Praefectus habitus.

(287) Neapolitanos quidem intelligit, qui Capuanis ſemper infenſi fuerant, illorum agrum, & praeſertim Liburiam pene totam paulatim occupaverant armorum vi, vel fictis inter ſe foederum ſacramentis, ut pluribus verbis ſuperius.

(288) Confuſim heic loquitur Erchempertus, niſi mutilus fortaſſe textus. Ex hiſce enim verbis tantum colligitur, quod profligatis tunc Neapolitum, ſociorumque Agarenorum agminibus, Sueſſulanus Gaſtaldatus, Acerra, Atella, omneſque pene Liburiae campi adjudicati Comitatui Capuae fuerint Liternum uſque, atque Nolam, ut alibi dicam, Neapoliſque Ducatus variis in Liburiae locis expoliatus, ut clarius infra explicat num. 76.

(289) Tempus *annotinum*, ſive *annoticum*, anni curſum deſignat. Unde

(a) *Viguerunt. Jungerunt.*
(b) *Nunc.*
(c) *Conſentiente.*
(d) *Sugillaturum.*
(e) *Superbe exulati.*
(f) *Praevioque.*

nec ad diem duravit duodecimum. Denique Ismaelitae hac, (a) illacque discurrentes, (b) invitantur ab omnibus, omnia devorant, universa consumunt, & contra Neapolim unanimiter consurgunt; aequo valde examine ipsum supernum jaculatus est folium, ut ab his proculdubio percelleretur, cum quibus Christicolum genus pene omne protriverat; prout (c) Joannes dicit in Apocalypsi; immo & Dominus per Joannem de Babylone. *Quantumcumque ministraverunt vobis, ministrate: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum*. Haec autem audientes, nolite cor apponere, quod Deus (d) hoc meritis alicujus (e) Praelati fecerit, sed sua misericordia, & miseriis hominum egerit motus; ut ipse per (f) Psalmistam dicit. *Invoca me in die tribulationis* (g), *& eruam te, & honorificabis me. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas?* &c. quousque ait. *Haec fecisti, & tacui; existimasti, inique, quod ero (h) tui similis*. In una tantum re moveor, quod cum dicat (i) Apostolus. *Vae qui praedaris, nonne & ipse praedaberis?* Quid ergo erit de his qui praedant proximos, & proximas, traduntque prostibulo? ita ne praedabuntur? Deinde sicuti enim Neapolites vastantur, qui vastarunt, ita & nos, forsan, devorabimur, (k) qui nunc devorantes sumus. Beati ergo, qui, Domino custodiente, immunes ab hac saeculi procella existunt, ubi omne malum, & nullum sine Domino bonum regnat, & (l) in aeterna nominantur vita, qua omnis felicitas, & beatitudo perennis floret in saecula saeculorum. Amen.

Unde etiamnum boves, qui nondum jugo subacti, & qui vix annum exegerunt, vernacule dicimus *Annutoli*.

(a) *Illac*.
(b) *Invitabantur*.
(c) Apocal. cap. 18.
(d) Deest. *Hoc*.
(e) *Relati*.
(f) Psal. 49.
(g) *Tunc, eripiam te, & magnificabis me; nam peccatori dicit: Quare &c*.
(h) *Tibi*.
(i) Isaias cap. 33. sic dictus. Vide Hieron. ep. 103. ad Paulin. & August. de Civit. l. 18. c. 29.
(k) *Quod*.
(l) *Interna nominatur*.

LXXVI. Ajo (a) denique a Benevento per (b) Sipontum (290) Barim profectus; super quam Constantinum Augustorum (c) Aulicum, & Patritium insidentem reperit, rebelles Imperatorum viriliter impugnantem; adversus quem dictus Ajo fultus auxilio Ismaelitarum, & vallatus agmine pedestrium Apuliensium audacter (d) insurgens, primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit; deinde a Constantino, qui cum tribus millibus equis in tuto consistebat loco, valide contritus, vix cum aliquantis urbem ingredi valuit Barim: reliquis aut gladiis, aut traditis captivitati. Is autem Graecorum obsitus vallo, infra urbem occultatur, sustinens (291) suffragium Atenulfi, quem pridem protexerat, & non invenit; nam & Gallos, & Agarenos, promissis aureis, saepius mistim invitans, obtinere (e) nequivit.

LXXVII. Atenulfus ergo cum Athanasio pace interim custodita fere (f) XII. diebus, scisso foedere, utraque pars ad praedam prorupit. Sed Capuani praevalidiores effecti per se, & cum Saracenis graviter Neapolim circumquaque vastantes, lacerant, (g) & igne consumentes omnia,

(290) Ajo Princeps, qui jam a Graecorum Imperatorum dominio desciverat, Barium proficiscitur, quod a Grecis obsidebatur, primo impetu victor, inde victus urbem regressus est.

(291) *Sustinens suffragium Atenulfi*, idest, *ab Atenulfo auxilium expectans*, quod prius illi Ajo praestiterat, novumque, si opus fuisset, spoponderat. Neque ab Italiae Regis copiis (quos *Gallos* tunc vocabant) aut a Saracenis subsidium expectandum fas erat, etiam *auri sponsione oblata*: illi enim intestinis bellorum certaminibus Reges inter aemulos, Berengarium scil. Everardi Forojuliensis, & Guidonem Lamberti Ducis Spoletensis filios, implicabantur. Cum aliis aut foedere conjuncti, ut cum praefato Guidone, ut infr. n. seq. aut cum Neapolitibus decertantes pro Atenulfo Comite totum Capuae Comitatum subigendum sperabant, atque eam ob causam illuc migrare neglexerant.

(a) *Autem.*
(b) *Sepontum.*
(c) *Aulae Patricium.*
(d) Ann. 888. iisdem diebus, quibus Amphitheatrum receptum est ab Atenulfo.
(e) *Nequit.*
(f) *Bis binis. Binis.*
(g) *Ut ipsi consumantes.*

omnia; aequo Dei judicio, ut qui Saracenis innumerabiles Christicolas gladiis, & captivitatibus tradidit, bonisque eorum ditatus est, non immerito ab his flagelletur, rodatur, & praedetur, ut Salomon ait: *(a) Quis (b) miserebitur incantatori a serpente (c) percusso?*

LXXVIII. Interea Atenulfus post Episcopi (292) captionem, cunctumque Clerum sacramento revinctum, ad nova se contulit, & recentia jura *(d)* Legis. Nam Monachos B. Benedicti pro rebus (293) perditis jurare compulit, quibus cessum fuerat ab omnibus *(e)* retro Principibus, cunctisque Augustis Gallicis, sacramentum per se nulli homini dandum, nisi per Scariones, se autem in hujusmodi negotio sapientiorem, ac potiorem ostendens prioribus (294).

LXXVIIII. *(f)* Defuncto autem Lamberto filio Guidonis senioris, filio suo *(g)* Spoletium reliquit; quo etiam decedente, Guido junior (295) Spoletium, & Camerinum susci-

(292) *Episcopus*, qui ab Atenulfo captus est, fuit *Landulfus* Capuae Praesul, ejusdem nepos, qui in Episcopali Sede S. Stephani veteris Capuae prope Colossensem Arcem ab Atenulfo jam subactam residere debebat.

(293) *Pro rebus perditis*, scil. pro rebus, sive agris ab aliis inter bellorum turbines occupatis, qui ut a Monachis vindicari possent, chartas concessionum producere, juramentumque praestare ad veritatem contestandam debebant in manibus *Scarionum*, quo nomine *Milites nobiles* a Langobardis appellabantur, ut videre est ap. Carol. Aquin. in Lex. milit. Ducang. Murator. aliosque passim.

(294) Atenulfum merito laudat Erchempertus, a quo beneficiis quamplurimis Casinenses fuerant cumulati; sub eoque Principe suam ipse descripsit historiam.

(295) *Guido* Junior Spoleti, & Camerini Dux filius Lamberti, qui fuerat filius Guidonis Senioris, ut in stemm. Idem qui postea anno DCCCLXXXVIII. Regnum Italiae post Berengarium occupavit, cujus facti paulo infra Historicus noster meminit, & nos supr. egimus.

(a) Ecclesiastici c. 12.
(b) *Medebitur*.
(c) *Semel percusso*.
(d) *Regis*.
(e) *Vero*.
(f) Ann. 880.
(g) *Spoletum*.

suscipiens, cum Saracenis in Sepino (296) castrametatis pacem fecit, obsidibus datis, & acceptis. Cujus etiam tempore supradicta Coenobia, Urbes, & Oppida omnia a Saracenis capta, & exusta (297) sunt. Regiam ad urbem (298) legationem dirigens, contra jus faciens, pecuniam accepit; quamobrem a Carolo III. Augusto (299) captus est, & nisi fugam (a) arripuisset, capite plectendus erat. Unum quippe illius narro factum haud (b) dissimile, quod in Gariliano gestum (300) est. Denique cum Siponto idem Dux, Atenulfo comitante, Capuam pergeret,

(296) *Sepinum*, sive al. *Sepianum*, urbs olim fortissima, Bovianum inter, & Telesiam a Benevento milliaribus circ. XV. distans; cum Alezeco olim a Benev. Princ. cum aliis urbibus adsignata fuerit, ut supr. notavimus, unde *Gastaldatus Alezeci*, a Saracenis postmodum occupata erat. Et quoniam minati fortasse erant, se Gastaldatum Theatensem, qui Spoletensi Ducatui adnectebatur, occupaturos, hanc ob causam Guido cum iis ann. DCCCLXXX. pacem composuit, ne tot hostibus undique cinctus & oppugnatus opprimeretur.

(297) Haec Saracenorum irruptio ann. DCCCLXXXII. contigisse videtur, quo Johannes VIII. antequam e vivis excederet, Carolum Imperatorem hortatus est, ut ei auxilium contra Spoletensis Ducis copias ferret, a quibus *Pentapolis urbes* opprimebantur; & contra Saracenos, qui Romanae Campaniae minabantur. Baron. tom. X. Neque anno DCCCLXXXIV. illa irruptio desierat, quo S. Bertharius Casin. Abbas ab iis gladio peremtus est.

(298) Constantinopolim Legatos mittens contra jus fecit, quod ipse Italiae Regi Carolo Aug. tanquam Spoleti Dux dudum illi fidelitatis sacramento se obstrinxerat.

(299) Carolus Augustus qui III. dicitur, idem qui vulgo *Crassus*, fil. Ludovici Germaniae Regis, Piique Imp. nepos Ann. DCCCLXXX. vel sequenti (Pag. ad h.a.) Augustus inauguratur a Johanne VIII. die Natalis Dom. & anno DCCCLXXXVII. in Triburensib. Comitiis ob ejus desidiam, ineptiamque ad Imperii majestatem sustinendam, depositus: cui successit Arnolfus nothus Carolomanni, a quo Carolus emendicare alimenta coactus est. Baron. loc. cit.

(300) Quod *factum narrandum* adhuc desideramus.

(a) *Arriperet*. (b) *Indissimile*.

ret, in loco, qui Caudi (301) dicitur, Arranem Ismaelitam, Tyrannum crudelissimum cum trecentis pene sequacibus suis peremit. Cognoscens autem Guido Carolum Augustum (a) seminecem jacere, cupiditate regnandi devictus, deceptusque a contribulibus suis, (b) relinquens Beneventanam Provinciam sibi (c) subactam, (d) & Spolitensium Ducatum, abiit Galliam (302) regnaturus; Beneventi quidem tellus a Graecis capitur; Spoletium depraedatur ab Agarenis: ipse autem manet invisus, & inauditus. Cum vero (e) pervenerit, & auditus fuerit, quid (f) dixerit, vel quid egerit, scire volentibus per ordinem narrabo.

LXXX. Interea Ajone (g) obsesso infra urbem Barim a Grae-

(301) De Caudio, ejusque Furculis alibi dictum. Ibi Atenulfus Comes, & Guido Spoletensis junctis copiis dimicantes, Arranem Saracenum cum trecentis aliis occiderunt.

(302) *Galliam* hic Cisalpinam intelligit, seu *Langobardiam*, quae nunc *Lombardia* vulgo vocitatur, in quam se transtulit Guido ann. DCCCLXXXVIII. ut Italiae Regnum occuparet contra Berengarium jam Regem inauguratum. Hic primo ejus opes fregit; sed inde a Guidone subactus est ann. DCCCXC. & Imperiali postremo Diademate coronatus a Stephano PP. V. initio anni DCCCIXC. ut recte Pagius adnotavit ad annum DCCCVIIIC. nu. 2. quem consule. Ad hoc tempus Guido regnandi cupidine illectus, Beneventanam Provinciam jam sibi subjectam, Ducatumq; Spoleti, & Camerini reliquit: Graeci interim Beneventanam Dynastiam subdidere; Spoletinumque Ducatum Saraceni invasere, ut his verbis expedite narrat Erchempertus: *majora inde prosecuturum promittens*, quae quidem scripta fuisse credo, posteaque deperdita; non autem, ut communiter ajunt, Erchempertus hoc anno DCCCXIC. diem extremum clausit; cum ab iis, quae ipse in fine hujus nu.79. innuit, plane colligitur, ipsum ea ann. DCCCIXC. descripsisse, eo scil. tempore, quo Guido nondum amplius *invisus*, idest devictus a Berengario erat, sed victor, ut legentibus patet.

(a) 887. exeunte, qui obiit 888. men. Jan.
(b) *Reliqua*.
(c) *Subacta*. Vide Chronol. Pr. Benev.
(d) *E Spolitensium*.
(e) *Pervenit*.
(f) *Erit*.
(g) Ann. 888.

a Graecis, atque auxilium efflagitante a Gallis, & suis, Atenulfus titubans (303) Athanasii minas, Legatos suos ad Constantinum patritium destinavit, qui residebat super dictam urbem, & foedus (a) cum ipso statuens pacis vires resistendi Ajonis, astu doloso, avertit. His, & (b) hujuscemodi argumentorum decipulis (304) dictus Ajo cernens se delusum, doluit; tandem necessitate coarctatus cum memorato Patricio pacem faciens, urbem remisit, & ad propria remeavit: Atenulfo, & Majoni Abbati, (c) qui supra fata legatione functus fuerat, haud frustra minitans. Eadem tempestate dum idem Atenulfus Dauferium (305) nostrum Diaconum (d) disponeret Tarentum, & inde Regiam ad urbem transmittere, ipse questus est adversus eum de inopia: oborta inter alterutrum contentione, ad invicem sequestrati sunt, & Atenulfo incubante Capuam, Dauferius Theanum commoraturus properavit. Paulo post concordia composita, ad eum, a quo se separaverat, regressus est.

LXXXI. Per idem tempus Graeci navaliter a Constantinopoli ad Rhegium (e) tellurem adventantes, ex diverso & Ismaelitae ab Africa, & Sicilia properantes, utri-

(303) Atenulfus metuens, ne cum Ajoni auxilium ferret, ab Athanasio iterum Capuae Comitatus subverteretur, militia, ac Duce destitutus, foedus cum Graecis iniit, & Ajoni hoc modo auxilium praestitit, urbemque Barium iisdem concessit; Ajone tamen dissentiente, qui sponte coactus Barium cessit, Beneventumque se transtulit.

(304) *Decipulis*, idest fictionibus, quibus Ajoni Atenulfus illudebat, suoque potius, quam Principis commodo, atque utilitati consulens: *Decipulae* enim voce metaphorice utitur, vulgo il *trabocchetto*, qua aves esca, aut mures decepti capiuntur.

(305) *Dauferium nostrum*, idest Monachum Casin. ut sup. not. 278.

(a) *Cum statuens. Cum statueret.*
(b) *Hujusmodi.*
(c) *Qui fata.*
(d) *Recte disponeret.*

(e) Sic quoque *tellures Theathensium*. Num. 5. *in Barium tellure*. N. 29. *Benev. tellus*. Nu. 47. & *Romana tellus* Num. 74.

utrique junxerunt se inter Messanam urbem Siciliae (306), & Rhegium : & confringentes parumper (a) mortui cuncti sunt Graeci ; tantoque metu territi sunt reliqui Achivi, qui remanserunt, ut tam viri, quam feminae, (b) & parvuli, relictis utriusque civitatibus (307) cum omnibus, subsidium adepti sunt, nemine contrahens bella. Sed ut talia permiserit Divina aequitas illi belluinae genti e contra narrabo brevius. Achivi autem, ut habitudine similes sunt, ita animo aequales sunt bestiis; vocabulo Christiani, sed moribus tristiores Agarenis (308). Hi videlicet per se fidelium omnes praedabant, & (c) Saracenos emebant, & ex his alios venales Oceani litora farciebant, alios vero in famulos, & famulas reservabant. Talia, & his similia animadvertens Deus tradidit illos in opprobrium, & in devorationem, ut pereant, & recogitent, & intelligant, quia in operibus suis diris Deum jacu-

(306) Utraque tam Graecorum, quam Saracenorum classis in Messanensi Pharo pugnam commiserunt, in qua Graeci devicti sunt, ut infra explicat Historicus. Plures quidem Basilius Imp. e Saracenis victorias retulerat, eamque praecipue, qua anno DCCCLXXX. illorum classem penitus profligavit, ut ex Epist. Johann. VIII. 249. patet, easque habes ap. Zonaram, & Porphyrog. in vita Basilii. At Leo ejus filius patris solium adeptus, non vero secundam ejus fortunam, tametsi militari arte satis pollens inclaruerit, pluries a Saracenorum classibus soperatus est, ut passim Graeci Scriptores inviti enumerant: unaque ex iisdem victoriis ea fuisse creditur, cujus Erch. hoc loco meminit ann. DCCCLXXXVIII. quamquam ejus inde jacturam Nicetas maritimae Leonis classis Praefectus insigni Saracenorum clade compensarit ann. DCCCIXC.

(307) *Cum omnibus* &c. locus sine dubio corruptus. Hinc lectionem Caracciolanam sequor tanquam germanam: *cum omnib. rebus suis ad loca tuta se receperint, nemine persequente*: timore videlicet, metuque concussi, & exagitati.

(308) Hic quam male de Graecis senserit Erchempertus, jam vides. Omnia quae prius in ipsos vomuerat opprobria colligit.

(a) *Victi sunt. Mutuo juncti sunt.* (c) *Saracenis* an *a Saracenis?*
(b) Deest, *& parvuli.*

jaculati sunt. Acta sunt haec in arcto spatio maris, quod dividit *(a)* Regnum a Sicilia, qui locus olim tellus erat, (309) sed moderno tempore a Phari aequore occupatus est. Haec itaque gesta sunt anno Domini DCCCLXXXVIII. Mense Octobri.

LXXXII. Hoc etiam anno *(b)* reversus est Guido ad Italiam, *(c)* quam principare *(d)* cupit, sed obtinere *(e)* nequit. In Italiam juxta civitatem Brescianam cum Berengario, & ipso Duce conflictus, in quo nimirum conflictu utriusque partis acies crudeliter caesa (310) est. Spolia autem caesorum a Berengario recollecta sunt. Pacti sunt *(f)* tantum ad invicem usque in Epiphania, *(g)* quae celebratur VIII. Idus *(h)* Januarii: Cum autem uterque se junxerint ad pactum, vel ad bellandum, quod deinceps egerunt, praesenti Opusculo inseram.

Finis Historiae Erchemperti.

DE

(309) Vulgare aliorum dictum sequitur Erch. Acunctis non ex opinione, sed ex veritate uti fabella aestimatur. Sparta Geographis expendenda relinquitur.

(310) Variam Guidonis Italiae Regis cum Berengario fortunam distinguit Pagius ad ann. DCCCVIIIC. n.1. & 2. Stephanus PP. V. Arnulfum in Italiam e Germania revocaverat ad hujus Provinciae Tyrannos deprimendos; Berengarius enim necessitate potius, quam voluntate compulsus illuc haud adventarat ann. DCCCXC. Guidonem propterea Pontifex Imperatorio diademate coronavit, ut superius monuimus.

(a) *Regnum* abusive, ut etiam apud Ign. Cass. N. 2. idemque Erchem p. pari ratione Ducem Neap. dixit *Principem* N. 39. Sed hic, *Regnum* terra est continens opposita Insulae.

(b) *Revertens*.

(c) *Quo*.

(d) *Cupiit*.

(e) *Nequivit*.

(f) *Tm*.

(g) *Quod*.

(h) Ann. 889.

DE HISTORIOLA
IGNOTI MONACHI CASSINENSIS.

PErutilem sane hanc Historiolam, quae in celeberrimi Cassinensis Monasterii Bibliotheca delitescebat, jam olim ex inibi adservato membranaceo (a) scripto Cod. signato numero 353. deprompseram diligentia quidem laboriosa; etenim membranae illae prae antiquitate plerisque in locis adeo extritas repraesentabant literas, ut multoties eas interpretari magis, quam legere opus mihi fuerit, tandemque duas, tresve voculas, & majori plane jactura, nonnullas integrus lineas prorsus obliteratas praeterire sim coactus. Sed malum hoc non unum in illis insederat, quae vel librarii culpa, vel auctoris defectu (rasurae enim nullum aderat judicium) vacuas retinebant, quo loco numeri adscribendi fuerant annorum Epochae ab Abb. Petronace ad Abb. Berthariun, quod sane ne dum res ipsa, de qua ibidem agitur, sed titulus iisdem membranis praefixus, quem post dabo, summopere expetebat: operaeque pretium fuisset termaximum id nosse, quo implicatae enodari facilius potuissent quaestiones eadem de re non satis hactenus explicatae; illaque pariter adnotatione novissemus definitum annum, quo praesentem Historiolam ejus auctor exaraverit (b). At de hoc bene est, ex pluribus namque ejusdem locis clare liquet scriptioni illum incubuisse, superstite adhuc jam dicto Berthario, proindeque rebus exstitisse coaevum; quas, licet non continenti serie, sed saltuatim; video tamen produxisse ad annum fere 875. quando Imp Ludovicus Lotharii fil. ex CisTyberina Italia in Galliam ultimum se recepit, quod Num. 22. & 26. nec posteriora usquam adnotavit. Scriptionem vero suam, praemissis

(a) *Scriptus Codex hujus Histor. culpa. alicubi deficit librarii, & temporis*

(b) *Cujus auctor rebus coaevus.*

missis nonnullis velat Prolegomenis, exorsus ille fuerat a tempore, quo Beneventanus Principatus discessit, discerptusque est in partes, hoc est ab anno 840. *Ejus igitur aetas nulla obscuritate obvelatur;* (a) *secus autem nomen, quod omnino silent membranae, simplicem praeferentes Epigraphen his verbis conceptam.* Annorum supputatio de Monasterio Sanctissimi Benedicti. *Quam cum integrae Historiolae minime quadrare comperissem, est mihi visum aliam, quam indidi, subrogare meo arbitrio efformatam. Nec forsan, de hujus auctoris nomine majorem adeptus fuerat notitiam Leo Ostiensis, qui eadem ista, consimilibusque usus, ut ipse in Prologo sui Chronici adpellat, scriptiunculis, gravi ceteroqui eandem suggillat censura*, laciniosо *adferens* (b) stylo *descriptam. Quis vero illi laciniosus dictus sit stylus, nusquam prodit; sed facile disces, re inspecta, cujas implexa, ac multiplex narratio modo currit recto ordine, modo recurrit, nulla temporum norma custodita, sed sicut mentis impetus impellebat; non secus, ac in vestium laciniis, ut casus tulerit, praerupti, undosique implicantur, multiplicunturque sinus. Estque hac plane significatione id verbi apud Petrum Diac. in Additione ad eumdem Ostiensem lib.* 3. *c.* 47. *eandemque multo ante videtur usurpasse Tertullianus adversus Marcionem lib.* 4. *cap.* 29. *dicens* expeditos nos esse debere ab impedimentis vitae laciniosae: *eodemque figurato dicendi schemate quicquid continenti, ac firmo, imperturbatoque non procedit tenore, laciniosum dicitur; indeque Apulejo Met. lib.* 1. convallis laciniosa. *Et in Apolog.* 1. imbecillitas laciniosa *adpellatur. Etsi Apulejus priori loco convalles adpellare potuit laciniosas, quod illae lateribus adjacentium montium in longum productae, quosdam quasi fictiles tubos repraesentent, in quorum pariter formam laciniosae vestes spissari, producique solent. Et plane hac ille usus est translatione alio loco lib.* 6. *cum fontes dixit* proni foraminis laciniis editos.

Sed

(a) *Sed ignoti nominis.*

(b) *Stylo in ea usus laciniofo.*

Sed Tertullianus iterum libro de velan. virgin. cap. 4. Sermonis compendium *opposuit* sermoni lacinioso. *Et adversus Marcion. lib.* 4. *cap.* 1. Compendiatum novum Testamentum laciniosis oneribus antiquae legis. *Iterumque de cultu feminarum cap.* 9. faciei simplicitatem laciniosis pombarum ineptiis *pariter opposuit. At de his satis* (*). *Praesentem vero Ignoti hujus auctoris Historiolam a Leone inibi fuisse indicatam, nulla ambiguitate adfirmo, e qua illum complura excerpsisse sat constabit, si modo utriusque loci, quos ad hujus Opusculi oram passim contuli, expendantur: idque majori quoque cedet bono, quoniam neglectum temporum ordinem hoc pacto addiscere valebis a Leone, qui eadem pene omnia suo in Chronico seriatim digessit. Nemo autem idcirco operam arguat me lusisse, quod Ostiensi deflorata iterum recoxerim, nullo prorsus emolumento; namque ex incondita ista scriptiuncula, tum multa curiosis non ingrata, quae ille omiserat; tanquam a suo instituto nimium aliena, modo innotescent; tum vero clariora fient, ut opinor, quae habentur in Actis Apparitionis S. Michaelis Archangeli* (a) *in Gargano monte de bello inter Sipontinos, ac Neapolitanos, qui eodem tempore Christi fidem susceperint, de quo viros magnos (non utique mihi succensendos) laborasse scio. Ab eadem namque noscere poterimus inibi Sipontinorum nomine Langobardos demonstrari, qui Sipontum, & adjacentia loca non ante multos annos pervaserant, Beneventanaeque Dynastiae adtribuerant; Neapolitanorum vero adpellatione indicari communes Graecos, qui sub ducatu Magistri Militum (Neapoli supremum id tunc erat militare munus) novos propellere hostes, sive praereptas sibi urbes recuperare satagebant; agnitaque ope ab Archangelo* (b) *Langobardis*

(*) *Confer. Voss. Etym. V. Lacinia, & Lauremberg. in Antiquar. V. Lacinia, & Laciniare, ubi plura congeruntur ad rem.*

(a) *Qua lux datur Actis Adparitionis S. Michaelis Archan. in M. Gargano.*

(b) Langobardos Graecis regionem ademisse, clarum est, proque ea retinenda perpetuo cum eisdem dimicasse.

bardis praestita, religiosiores devenere: male enim Graeci apud Latinos saepe saepius audierunt de pluribus sacris dogmatibus: quod Actorum scriptor genere, ut reor, Langobardus Neapolitanis, ipsis utique Graecis, signate adtribuit; quia, ni fallor, eos propemodum indefessos, perpetuaque bellorum aemulatione maxime invisos suae genti sentiebat remansisse hostes. Productam vero explanationem ab hac (a) *praemonstrari Historiola num.* 3. & 25. *nullus; ut puto, inficiabitur, quam aliquando altera ipse utens conjectura subodorabam; accepto scilicet indicio, tum ab iis, quae Erchempertus num.* 27. *obiter quidem, adnotavit de victoria iterum a Langobardis de Neapolitanis relata, recurrente anniversaria die Adparitionis S. Michaelis Archangeli* (*); *tum vero ex iis, quae habet Ignotus scriptor in Actis Dedicationis Sacrae Cryptae in monte Gargano, eaque legere est in Homiliario Doctorum; quo loco antiquus sane auctor ille, qui Caroli Magni aetatem praecessit, de revelatione agens Archangeli in praedicto Monte, tradit bella a Sipontinis Angelica virtute propulsata, intercessisse illa non inter solos Neapolitanos, & Sipontinos, sed his adstitisse Beneventanos; ita ut aperte inde dignosci possit Sipontinorum, Beneventanorumque nomine Langobardos Beneventanae regionis ab eo fuisse praemonstratos, acceptione per eadem tempora satis communi, ut alibi erit dicendum. Mihique valde favet non aliis explanatus adhuc locus Adonis Viennensis in Martyrol. ad diem* 29. *Septemb. ubi agens de eadem Archangeli revelatione, miram Sipontinae urbis designationem tradit, eam locans* in Campaniae finibus inter sinum Hadriaticum, & montem Garganum; *quandoquidem cum non satis explorata antiquiora illa gesta ad recentiora saecula pervenissent, quibus tunc inter Langobardos, ac Neapolitanos per Campaniam* (b) *frequentissimae, perpetuaeque incalescebant pu-*

(a) Confer Erchemp. num. 81.

(*) *De hac utique re infra num. XXV. uberius pertractabo.*

(b) Erch. N. 2. 8. 10. & 15. Tum Pr. Grimoaldi. nu. 3.

pugnae, idcirco sua scriptores tempora contemplantes, res, loca, belligerantiumque gentium nomina commiscuere. At de his non plura, quae nihilominus S. Romanae Ecclesiae, eruditorumque censurae firmo proposito submitto. Adstitit autem Langobardis CisTyberinam Italiam invadentibus B. Michaelis virtus (a) *eodem Dei consilio, quo S. Sabini Episcopi, & Martyris patrocinium adfuit Langobardis aliis, qui per eadem tempora in Spoletanam urbem, locosque conterminos irrupere, ut auctor est Paulus Diac. Historiae lib. 4. cap. 5. Sed & reliquis quoque omnibus SubAlpinas urbes inhabitantibus Langobardis coeleste non defuit auxilium, qui Sancti Praecursoris Joannis Baptistae protectione fulti, & Regiam, supremamque in ceteros alios retinentes dignitatem, eosdem ad sui Patroni cultum pariter allexere, quibus illum noverant aeque adstare fautorem. Sed de his consule, si licet, eundem Paulum eodem* (b) *lib. 4. cap. 22. Ceterum exemplar hujus Historiolae antiquum sane, ab auctoris usque aetate exaratum haud dubie opinor; namque suppletum illud, adnotatumque fuisse a Joanne Abbate Cassinensi, olim Capuae Archidiacono, certissimo comperi indicio, sicut alibi constare faciam. At non idem Ignoti hujus Monachi extitit autographum, quod intelligi facile poterit ex hoc ipso, quod librarii defectum suppleverit Joannes tum alibi, tum ad num. 2. itemque quod nonnullis in locis mendosum habeatur, auctoris non credam vitio. Ex quibus quidem locis inobservatus non est mihi praetereundus unus, aut alter. Et primo qui ad num. 1. signatus habetur asterisco, ad quem Leo Ostiensis lib. 1. cap. 4. in scripto, & in Venetae editionis Codice tradens, Petronacem praelatum fuisse in Cassinensi Coenobio anno 720. legisse videtur sic.* Ab anno Incarnationis Domini (c) quingentesimo trigesimo nono sub Justiniano Imperatore sunt anni &c. *Alter vero locus mihi observandus initio*

(a) *Si modo calculo firmabunt suo sacri, eruditique viri.*

(b) *Hos autem iterum moneo, quo ad fidem scripti exemplaris.*

(c) Vel legit. *Quingent. quadrag.* ipso scilicet 40. adnumerato.

initio est num. 6. ubi Indictio 15. adfixa Constitutioni promotionis exercitus *Ludovici annum monstrat, ut citius, exeuntem 866. At ille Cassinum pervenerat in Junio ejusdem anni, Capuamque exercitu circumvallatam obtinuerat in Septembri, sicut constat ex Chronologia Comitum Capuae suo inserenda loco. & ex eodem Ostiense (a) lib. 1. cap. 35. Nec animadversione non eget tertius tandem locus ad num. 7. signatus litera K; etenim initio mensis Decembris modo dicti anni 866. Ludovicus decimum octavum ad minus, non autem decimum septimum, ut ibi habetur, sui Imperii annum adnumerabat, quippe qui ex Guilielmo Bibliothecario in Hadriano primo annum Imperii obtinebat decimum nonum in die 19. Kal. Januarii Indictionis primae, hoc est exeunte anno 867. quam pariter annorum supputationem demonstrant Acta Concilii Romani sub Leone* IV. *quae relata habentur Hincmaro Epist. 9. cap. 23. ad quem locum frustra est Adnotator, sed rite illa explicantur ab Antonio Augustino lib. 2. de Emend. Grat. Dial. 3. & a Baronio ad annum 884. num. 17. Tuque ad eandem formam interpretare Anastasium Bibliothecarium in Leone* IV. Cum consilio, *inquit*, Serenissimorum Lotharii, & Ludovici Imperatorum anno Imperii eorum quinto, & trigesimo, atque Pontificatus jam dicti Praesulis septimo mense Decembris, die octava, Indictione secunda. *Ex quo disces adnumeratum fuisse Ludovici annum quintum in mensis Decembris die 8. Indictione 2. hoc est anno exeunte 853.*

FRAN-

(a) Non obest Diploma in Chr. S. Vinc. de Volt. l. 2. *Dat. an. 17. Imp. Ludov. 3. Id. Jun. 14. Ind. postquam Capuam cepit an. 1.* hoc est, ann. 886. nam confictum adparet ex adjecto tempore captae Capuae.

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

Ad ea, quae in hac Camilli Peregrinii Historia collecta sequuntur.

ADMONITIO.

QUamvis seriem historiae Langobardicae a Peregrinio descriptae ne latum quidem unguem invertendam putarim; tamen ne Sicardi, & Radelchisii Beneventanorum Principum Capitularia tenebris offusa, ac omnino obscura in medium afferrentur, ut a Peregrinio factum animadvertimus, temporis angustia districtus in extricandis aliis difficultatibus ad hanc historiam pertinentibus, Cl. quosdam viros e foro Neapolitano adhibui, quorum opera notulae saltem aliquae in dubiis obscurisque locis adderentur, ut nihil, quod ad illustrandam hanc Langobardorum historiam conduceret, superesse videretur. Quare ut iis elucubrandis aliquid temporis spatium concederetur, eademmet Capitularia altero tomo inferenda putavi. Quod siquis fortasse culpae expostulabit, factum non improbet, cum literariae Reip. bono satis sit consultum.

Quoad Ignoti Casinensis historiolam attinet, quae heic post dicta Capitularia a Peregrinio subjungitur; ad eam quoque illustrandam notulas quasdam adjeci, iis omissis, quas ad Erchemperti historiam idem Ignotus apposuit. Ad ea tamen, de quibus ibi Erchempertus non meminit, & quae explanatione egerent, illas adjunxi.

Post Erchempertum Anonymi Salernitani historia collocanda videbatur, quippe qui cum eodem Scriptore ab aliis confunditur, ut alibi Peregrinius ipse adverterat, ac vicissim socii, comitesque habentur. At quoniam post Ignotum, Salern. Anonymum Camillus transponendum putavit, eo etiam loco illum (integrum tamen, non mutilum, ut praeter omnium exspectationem Peregrinius ipse fecerat, ac itidem Muratorius in sua Ital. Script. Colle-

 ctione)

ctione) reponendum curavi; ut unico intuitu eorundem & varietas interdum, & narrationis concordia animadvertatur: additis quoque ex aliorum MSS. Codicum, quos minutim expendi, variantibus lectionibus: (ut hujus Scriptoris totam hiſtoriam unitim conjugerem, quod in Cl. Muratorii editione exſpectabatur) ac notas quaſdam iis adjeci, quas Muratorius ipſe breviter quidem, ſed multa eruditione refertas, & critice excultas in medium attulit.



HISTO-

HISTORIOLA

RERUM A LANGOBARDIS GESTARUM

IN CISTYBERINA ITALIA AB ANNO FERE DCCCXXXX.

Ad tempora Landulfi Campani Episcopi, & Comitis; atque S. Bertharii Abbatis Cassinensis: continens annos plus minus XXXVI.

Ignoto Monacho ejusdem Monasterii Auctore coaevo.

I. QUidam ex nostris scire volentes quot anni essent a tempore Sanctissimi Benedicti Patris usque nunc, nos quoque amore ducti, quantum potuimus sub calculandi aestimatione collegimus. Ab anno Incarnationis Domini quingentesimo (a) vigesimo (1) anno sub Justiniano Imperatore sunt anni a diebus ejusdem Beatissimi Benedicti usque ad Petronacem Abb. centum (2) octoginta, & unum. Et a Petronace Abbate usque (3) HUNC annum Domini Bertharii Abbatis, qui est

(1) *Anno*: lege, *nono*. Anno siquidem DXXIX. S. Benedictus Casinense Monasterium construxit, ut in serie Abbatum Casin. opportunius cum Peregrinio expendemus.

(2) *Octoginta*: lege, *nonaginta*. Anno namque DCCXX. Petronax Casinense Coenobium instauravit, ut sup. dictum est, alibique differendum.

(3) Si per *τὸ Hunc* certum Praesulatus Bertharii annum Ignotus designasset, planum profecto foret, quo certe anno ab eo coepta fuisset suae historiae descriptio. Verum, uti rite Peregrinius advertit, cum sub Abbate Berthario vixerit, *scripseritque quae viderat*, conji-

(a) Vide judicium meum de hac Historiola.

est Deo praesule in Coenobio tertius decimus Pastor, dinumerantur circiter anni (4) quod est annus Dominicae Incarnationis (5) *Numeri annorum non aderant*.

II. (6) Paululum aliquid & de Langobardorum gente, quomodo in Italiam properarit, commemorandum. (a) Narsis quoque Patritius pro expellenda Gothorum gente, quae Italiam invaserat, Langobardos foederatos elegit, & cum Graecis suis pariter, ac Romanis ab eisdem finibus, hoc est Romanorum terminis, repulit Gothos. Qui Narsis Neapoli residens, legatos ad Langobardorum gentem dirigit, mandans ut paupertina (7) Pannoniae rura desererent, & ad Italiam cunctam refertam divitiis possidendam venirent, simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax emittit, quatenus eorum ad veniendum animos posset inlicere. Langobardi vero laeta nuncia, & quae ipsi praeoptabant, gratanter suscipiunt, deque futuris commodis animos attollunt. Hinc Langobardi sedes proprias, hoc est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuunt; eo sci-

conjiciendum videtur ab iis, quae ipse narrat, ab anno circ. DCCCXL. ad DCCCLXXVI. absolvisse: non enim usque ad Monasterii sui desolationem (quo etiam tempore Berthario Abbati a Saracenis caput amputatum fuit, quod anno contigit DCCCLXXXIV.) historiam ipse suam persecutus est.

(4) *Circiter anni CLVI.* supplendum est ex supr. notatis.

(5) Annus Dominicae Incarnationis deest etiam in autographo. At ex jam dictis conjici potest fuisse annum circ. DCCCLXXVI. vel qui proxime sequitur; quo fortasse anno suam Ignotus noster absolvit historiam.

(6) De Langobardorum in Italiam adventu plura jam dicta sunt in Pauli Diaconi, & Erchemperti notis. Heic duntaxat adnotandum videtur, ab Ignoto Casinensi Narsetis in Graecos Augustos odium, vel aemulationem silentio praeteriri, ex quo tandem Narsete in Italiam advocati fuerint Langobardi, quod nemo fere ex Latinis scriptoribus negat.

(7) Legendum: *pauperrima*.

(a) Ad verbum ex Paulo Diac. l. 2. c. 5. & 6.

ſcilicet ordine, ut ſiquo tempore Langobardis neceſſe eſſet reverti, ſua rurſus arva repeterent. Igitur Langobardi, relicta Pannonia, cum uxoribus, & cunctis omnibus, & ſuppellectile. Italiam properant poſſeſſuri. Habitaverunt autem in Pannonia annis XLII. de qua egreſſi ſunt menſe Aprili (a). (*per Indictionem primam, alio quidem die poſt Sanctum Paſcha, cujus feſtivitas eo anno, juxta calculi rationem*) in ipſis Kalendis Aprilibus, cum jam a Domini Incarnatione anni quingenti ſexaginta, & octo eſſent evoluti:

III. Poſt hoc dominantes Italiam, (8) Beneventum (*properantes*) introeunt ad habitandum. Horum (9) autem

(8) Adfirmat heic Ignotus, Beneventum properaſſe Langobardos, Italia jam ab ipſis ſubacta, quod opinioni illorum contrarium omnino eſt, qui aſſerunt, illos Beneventum incolendum a Narſete miſſos, quo primum tempore ab eo in auxilium evocati Langobardi (ex iis ſcilicet, qui poſt reditum illorum in Pannoniam reliqui fuerant in Italia praedis, ac depopulationibus aſſueti) ac praemiis allecti fuerant, ut junctis ſuorum Graecorum copiis in Gothos arma verterent. Quae heic confuſa admodum, & indigeſta omnino congerit Ignotus, nemo non videt. Verum de Autharis Regis Beneventum adventu Hiſtoricus intelligendus videtur, ut Ducatum illum extenderet, Langobardorumque Regno adjudicaret, ut ſuperius innuimus in proluſione ad Paul. Diaconum, quam conſule. Idem etiam Peregrinius adſerit in Diſſertatione de Benev. Ducat. inſtit. tomo III. hujus operis adducenda.

(9) *Horum autem*: (ideſt Langobardorum) deeſt fortaſſe *defenſor*, aut aliud hujuſmodi, *extitit Michaël Archangelus*. Quo tempore ſuam concinnabat Ignotus hiſtoriam, exploratum quidem eſt, gentem illam B Michaëlis cultui addictam fuiſſe, ob idque ſpecum illi prope Sipontum dicatum identidem religioſe frequentaſſe. At hic non ab initio frequens fuit cultus, cum ex Langobardis plerique idolorum cultores fuerint, aut ſaltem Ariani, ut alibi diximus, & fuſius infra. Quod a pleriſque Langobardicarum rerum Scriptoribus hactenus ignoratum animadvertimus. At planum profecto fit ex variis, quae circumferuntur, numiſma-

(a) Quae hic, & infra his ſignis ( ) ſunt incluſa, erant ad oram ſcripti Cod. ſed aliena manu, & atramento recentiori, quae tribuo Auctori Chronici Com. Cap.

tem Princeps militiae coeleſtis exercitus Michaël extitit Archangelus. Neapolites (10) ad fidem Chriſti perducti. (b) Alzecus Vulgarius cum hominibus ad habitandum

miſmatis, in quibus inſcriptum cernitur: *S. Michaël Archangelus*. Plura etiam in Principatu Beneventano, Salernitano, ac Capuano eo tempore in ſui honorem templa poſita leguntur, ut ap. Oſtienſ. alioſque, quaeque adhuc ſupereſſe cernimus.

(10) Quantum heic a veritate abhorreat, ac prorſus hallucinetur Ignotus Caſinenſis, nemo eſt qui non videat, cum Chriſti fidem a Neapolitibus uſque hactenus multo poſt Langobardorum in Italiam irruptionem acceptam adſtruat. Ac profecto ad Apoſtolorum uſque tempora illam referendam nemo eſt, qui in dubium revocet. Veterem hanc, certamque traditionem Scriptores fere omnes haudquaquam improbant. Cuinam ignota ibi B. Petri Apoſtoli praedicatio Chriſtianae Religionis, cum primum, vel ſecundo is Romam profecturus, aut illinc expulſus Neapolim venit, ibique fidei myſteriis pleroſque primum imbutos omnes fatentur? Epiſcoporum ſane Neap. Sedis certa, licet ob Tyrannorum perſecutiones interrupta aliquando ſeries, illorum Acta, in Concilia interventus, Templorum, immo & Monaſteriorum extructio, aliaque Chriſtianae Religionis monumenta ſub prioribus V. ſeculis ſatis oſtendunt, hunc Hiſtoricum Neapolitum famae obtrectaſſe (niſi ejus textum corruptum velimus) cum illos poſt ſeculum Chriſti VI. ad fidem perductos poſt Langobardorum in Campaniam adventum, adfirmet. Langobardi quidem tunc temporis vel ethnici, vel Ariana ſaltem ſecta imbuti erant, ut vel Paulus ipſe Diaconus ſuae gentis fautor eximius praedicat. Hinc Beneventanos potius Langobardos ſeculo VII. in Chriſti fide fuiſſe inſtructos, ſecus vero Neapolites ab Ignoto Caſinenſi adſerendum erat. Ex ipſiſmet enim illius gentis Scriptoribus patet, S. Barbatum Beneventi, ac S. Decoroſum Capuae plurimum deſudaſſe, ut Langobardi, diſcuſſa errorum caligine, verae Religionis dogmata amplecterentur, & Fidei lumen iis illuceſceret; quod ex actis ipſius S. Barbati Benev. Epiſcopi, ac Apparitionis S. Michaëlis Archangeli, ut Peregrinius, Bollandus, Baronius, aliique adfirmant, plane evincitur. Qua profecto de cauſa (niſi amanuenſium incuria, aut a Neapolitanorum fortaſſe obtrectatore aliquo factum putemus) Ignotus haec enarret, omnino ignoratur. At ſane ingenita Langobardicae nationis in Neapolites aemulatio in cauſa fuit, ut plura in eos temere effutirent illius gentis Scriptores. Et quidem hi, Erchempertus praeſertim, & Ignotus Caſinenſis, qui ſeculo IX. ſuam hiſtoriam deſcri-

(a) Ex Paulo Diac. in Hiſt. Lang. lib. 5. c. 11.

dum suscipitur. Graecorum, Romanorumque Langobardi gentes superantes, totam simul Beneventi possident patriam.

IV. (*a*) *Omne* quippe *Regnum*, ut ait Dominus, *in se ipsum*

scripserunt, eo scilicet tempore, quo Neapolites inter, ac Langobardos assidua ardebant bella, hujusmodi probra Neapolitibus imponere, eosque hujus rei expostulare conantur; ut Neapolites calamo saltem, si non armis offendentes, tanquam ethnicos, ac impios notent. Vid. infra num. XXV.

At non Ignotus duntaxat Casinensis hujusmodi haec in Neapolitanos congerit probra; sed, ut ex quibusdam aliis auctoribus colligitur, qui illorum gloriae invident, Symmachum quoque, a quo fortasse Ignotus hic accepit, in hanc sententiam discessisse, ajunt. Is igitur epist. 27. lib. VII. cum Neapolim *religiosam urbem* vocet, ex ejus verbis quidam post IV. Christi seculum baptismi aqua lotam fuisse credunt; ac Symmachi usque aetate Neapolites gentium aras, deorumque delubra coluisse. Hujus Scriptoris verba in medium adferantur: *Quam pridem Neapolim petitu civium suorum visere studeo: illic honori Urbis Religiosae intervallum bidui deputabo. Dehinc, si bene dii juverint, Capuano itineri venerabilem nobis Romam, laremque petemus*. Quod Symmachus sub seculi IV. fine Valentiniano Imperatore vixerit, Urbis Praefectura, Consulatu, aliisque Dignitatibus auctus, inde ob ejus in ethnicos singulare animi studium, indulgentiamque Urbis exilio mulctatus sit, nemo est, qui ignoret; illumque Christiano nomini infensum perpetuo fuisse, aeque apud omnes est exploratum. Quare non eum ibi de Christiana Religione locutum inquiunt; sed de Gentium potius superstitione: non enim elogia in hostes Symmachus congessisset, nec civium petitioni lubenter annuisset, si suae sectae adversa illi dogmata tenuissent, nec eorum civium petitioni sibi assentiendum putasset, si contrariae suae religionis legibus paruissent. Sed ne in hoc tempus frustra teratur, praetermittendum arbitror *Religionis* verbum, ejusque etymon varie ab Scriptoribus accipi; unde multiplex *Religionis* urbis Neapolitanae acceptio est. Ultro quidem adversariis concedimus, Symmachum de ethnicorum ibi religione locutum, Neapolitesque quosdam dignitate fortasse, aut nobilitate praestantes, qui illum ad urbis accessum invitarunt, idolorum cultui addictos notasse, quid ad rem? an ex hoc inferri licet, Neapolitanam inde gentem tum ethnicorum superstitioni penitus adhaesisse, Chri-

(a) Lucae c. 11. Ad Galat. cap. 6.

ipsum divisum desolabitur . Et quod quis serens seminaverit , hoc & metet . Propterea divisus Israeliticus populus in omnem ventilatus est mundum ; sic & haec Langobardorum gens diffidentes mentibus , etiam suos interfecere

Christianique nominis hostes , uti Symmachus erat , hactenus extitisse ? Satis quidem improbabile ; siquidem D. Ambrosius , qui ad haec fere tempora claruit,Severo Neapolitano Antistiti sanctissimo literas misit , ut lib. VII. ep. 55. idemque fortasse Symmachus Decio Campaniae Praesidi *Severum* ipsum *Episcopum fratrem meum* (sic eum adpellat) *omnium sectarum attestatione laudabilem* commendare studuit, ut ex ejus Epist. 51. lib. VII.

Urgent adversarii , Severum hunc Episcopum ab Ambrosio , & Symmacho laudatum , nullibi a Scriptoribus , Neapolis Antistitem cognominari . At Ambrosius , qui *Jacobum fratrem , & Compresbyterum suum in Campaniae litora ad quietem sibi adipiscendam adventasse* , ait , *& ejus amoenitates elegisse : remota enim vestri litoris ora a periculis , omnique strepitu tranquillitatem infundit : Nos autem* (subdit Ambrosius) *objecti barbaricis motibus , & bellorum procellis in medio versamur molestiarum freto* ; quid , quaeso , aliud designat , quam Neapolim , Campaniae amoenissimam urbem , in ejus praestantiore , ad maris nempe litus , extructam sinu , quaeque ab omni tunc bellorum periculo vacua , quiete maxima fruebatur ; dum Mediolani , ac in ceteris Italiae regionibus bellorum incendia exardescebant ? Heic nempe Campaniae litus ab Ambrosio descriptum , ac ubi Severus Antistes praeerat,situm profecto erat. Siquem alterum maritimae urbis Campaniae Praesulem , Severum nomine , ab Ambrosio nuncupatum , habent , ostendant ; nisi pro suo libito illum effingant . Idem quoque Symmachi verba confirmant . Is enim cum Decio in Campania (ubi munere aliquo vel civili , vel militari fungebatur , ac Neapoli potissimum degebat , ut ex ejusdem Symmachi Epist. 36. lib. VII. apertissime colligitur) Severum Episcopum commendarit , eccuinam urbi Severus praeesse poterat , quam Neapoli , in qua saepius simul immorantes Decius , ac Symmachus ipse probatam , exploratamque Severi Antistitis virtutem satis habebant ? Negari vero nequit , quamvis Neapolitanam gentem usque ab Apostolorum aevo sacro fonte tinctam adfirmemus ; tamen usque ad Constantini imperium , immo ulterius , ethnicorum superstitioni plerosque hactenus addictos . Quamvis enim Catholica Religio in cunctis Romani imperii urbibus , oppidisque palam ubique coleretur ; tamen sub Constantino Magno usque ad ejus obitum ann. CCCXXXVII. haud omnino eversus erat idolorum cultus, nec deorum delubra radicitus evulsa,licet permulta

cere Principes . Ob id patriae facta divisio , Beneventanorum Principatus duabus equidem partibus efficit divisus ; a quibus vicissim Franci , Saracenique unus contra alterum evocati , post tandem fraus Saracenorum

multa destructa cernerentur, sacraque vero Deo Opt. Max. Templa excitata , ac posita , ut narrat Theodoretus Lib. V. cap. 10. & Julian. Orat. 7. Post aliquot vero annos Constans Constantini filius Aug. Gentium sacra aboleri , ac templa illarum claudi , secus vero desolari praecepit ; quod inde & Constantius anno CCCLIII. confirmavit , licet Arianorum fautor , ac propugnator acerrimus : immo gladiatores quoque , cruentaque in Amphitheatris spectacula eliminavit , ut in Cod. Theod.L.V. & VI. de Pag. sacrif. & L.II. de Gladiat. Quae tamen Christianae Reip. bona vix delibata , Julianus ille impius apostata mox pessumdedit , & conculcavit, fideles exagitando, eorumque sacras aedes devastando , & ethnicorum denuo superstitionem instauravit anno CCCLXII. Nec suo , pestiferi scilicet Apostatae , consepultus est tumulo ethnicorum cultus. Valentinianus enim Imp. anno CCCLXXI. Romanis Senatoribus, adhuc ethnicis, profana in Capitolio in Victoriae ara Sacra fieri permisit : quod quidem immane facinus Christiano zelo inflammatus Gracchus urbis Praefectus paulo post ejusdem arae destructione vindicavit , quod non Romanae duntaxat , quam ceterarum civitatum exemplo esset ad aras Gentium evertendas , idolorumque cultum penitus exstirpandum . Vid. Baron. ann. CCCLXXIII. Patet igitur pene toto Chr. sec. IV. Ethnicorum sectam hactenus in oppidis , pagisque , quam in urbibus quoque floruisse. Neque hujus infandi incendii extinctas prorsus favillas esse testantur Scriptores , qui ad seculum usque VI. idolorum superstitionem in aliquibus pagis (unde *Paganorum* ethnicis nomen adtributum) propagatam affirmant . Testis Casinum, in cujus monte a S. Benedicto Apollinis idolum excisum fuisse ferunt , ut Ostien. L. I. c. 5. Nec Pantheon fortasse Romae sacra dedicatione a Bonifacio PP. III. expiatum , nisi ut Ethnicorum reliquiae ab illo deorum omnium coeno , haud templo , prorsus expurgaretur . Sic Neapolitana civitas fortasse, quae suos Graecorum ludos , numina , sacraque peculiaria habebat , quibus e longinquis etiam regionibus gentes illuc evocabantur , vix post IV. Christi seculum Gymnica heic certamina , Lampadiferi cursus , Cerealia sacra , aliave desuevere . Quae quidem ludicra Symmachus urbis Praefectus , pluries spectarat, atque ad haec spectacula , sacraque alludendo *Religiosam urbem* Neapolim fortasse adpellavit , in qua non omnino Christi fides colebatur , cum permulti idolorum cultores , aut Ariani saltem degerent , uti Romae etiam , ceterisque in urbibus Italiae, a quibus nondum

Bb elimi-

rum Barim noctu capiens, post demum Tarantum obsidentes, introeunt, totumque pene in integrum postmodum Regnum igne, ferroque vastantes, demoliti sunt, & ad solum usque perductum circiter per annos ferme (a) triginta.

V. Lan-

eliminata erat idolorum religio: sicuti in Oriente, in cujus regionibus ea citius secta extincta est, quamvis Christianae ibi fidei pene gemella haeresis exorta est, quae totum inde terrarum orbem infecit.

Haec tamen omnia sicuti veritatem plane adstruunt, ac meae opinioni consentanea videntur (amica quidem veritas consensum expostulat) ita Ignoto nostro nullatenus suffragari autumo. Nam esto, Neapolitanorum plerique ethnici fuisse dicantur usque ad finem IV. seculi (quod utique de omnibus adfirmare omnino non licet) vel etiam a paucis ibi coli coepta Christi Religio, Cathedrae institutio, Templorum constructio, aliave id genus argumenta plane ostendunt, jam inde ab Apostolorum aevo in hanc civitatem Christianam fidem invectam, quo hujus Anonymi Scriptoris calumnia apertissime convellitur; & ad hujus Ignoti fautorum argumenta refellenda unum illud Fortunati Episcopi Neap. exemplum satis sit, ut veritati omnino adquiescant. Hunc enim Antistitem, ut falsae Synodo Sardicensi subscriberet, per literas hortabantur Ariani Episcopi (ii quidem ut vera illius Synodi Acta intercluderent, in eadem urbe anno CCCXLVII. concilium rursus convocarant, ejusque Acta tanquam germana disseminare ausi fuerant). Quam quidem epistolam Baronius refert Annal. to. 4. novae edit. Luc. p. 480. eamque ad Fortunatum etiam Neapolis Campaniae Episcopum, simul & ad alios quamplurimos, datam adfirmat. Ante annum igitur CCCXLVII. jam Fortunatus Neapolitanae Ecclesiae praeerat Episcopus; ecquis ergo neget jam inde a principio Apostolicae praedicationis Christi fidem Neapolim invectam, etiamsi pauci fortasse cives Fortunati aetate vel Ethnici fuerint, vel Ariani? Quo Ignoti Casin. calumnia magis crescit, quandoquidem non seculo IV. Neapolites ad fidem perductos, ait, sed post Langobardorum in Italiam adventum, seculo nempe aut saltem VI. exeunte, aut VII. ineunte quod quam absurdum, incredibile, ac valde criminosum sit, qui haec legerint, dijudicent.

At rem manu nunc tandem attigisse credo, ac Neapolitanorum nostrorum vindicias, Ignoti defensionem, veritatis patrocinium suscepisse;

(a) Annos enumerat ab incursione in omnem Beneventi regionem, quae contigit anno fere 853. Confer Erch. num. 20.

V. *(a)* Langobardi vero dum nimia suis pro factis pericula sustinerent, ob hoc nimium afflicti, necessitateque compulsi Franciam legatos dirigunt, atque gloriosi Imperatoris Hludovici implorant Augusti clementiam, ut patriam

pisse; quod neminem adhuc fortasse fecisse reor. Scribebat Ignotus Casin. seculo IX. quo Sergius sanctissimi Athanasii Episcopi nepos, Neapolisque Dux impietate magis, quam prudentia atque aequitate, morumque probitate urbem regebat. Patruum Praesulem perfide insectabatur, sacrasque simul ejus res, ornatus, ac thesauros diripiendo Saracenis sibi foederatis distribuebat, Ecclesiaeque ministros non tam contumeliis afficiebat, quam fustibus, flagrisque caesos affligebat, condemnabat, exilio multabat, piam, religiosamque urbem Saracenorum flagitiis contaminabat, & instar impiae Babylonis vitiorum omnium coeno volutandam sinebat; sicque morum licentiam dogmatum perversitas ac pervicacia comitabatur. Quamobrem multoties Sergius ab Imp. Ludovico Pio, & Hadriano Pontifice monitus, nullo pacto resipiscere curabat, licet idem Pontifex sacro anathematis gladio in illum, ac civitatem ipsam pluries animadverterit; Caesar etiam gravia bella minatus fuerit, Neapolitanae Liburiae agros multoties depopulatus, ut supr. cum Erchemperto meminimus. Itaque sub Sergio Duce cum Neapolitum pietas nedum remittere, sed omnino pessum ire coeperit, ac Pontificis minis, suppliciis, terroribus posthabitis, vivendi licentia irrepserat, a Fide desciviſſe credidit fortasse Ignotus noster. Ad quod confirmandum confert epistola illa, qua Ludovicus Imp. Basilio Constantinopolitano Augusto per Auprandum legatum rescribit, quam habes ap. Baronium, & infra in Anon. Salern. hac ipse se excusatione tuetur, dum Neapolitanos ab eo offensos Basilius adfirmaret: *Nihil*, ait, *aliud quidem exegimus* (a Neapolitibus nempe cum Saracenis foedere non solum, sed fide conjunctis) *nisi salutem ipsorum, videlicet ut desererent contagia perfidorum, & plebem desisterent insequi Christianorum: nam infidelibus arma, & alimenta, & cetera subsidia tribuentes .... itaut facta videatur Neapolis Panormus* (ubi Agarenorum erat Regia) *vel Africa, sedes Saracenorum*. En quam male offenderint catholicos quosque eo temporis Neapolitano-Saracenica praelia, fidelium insectationes, Episcopi ac Sacerdotum persecutio, anathematum derisio, aliaque quibus obdurescebant facinora! Quid mirim igitur, si infideles prorsus ii censebantur, atque idolorum cultores? Cumque postmodum a Johanne PP. VIII. in sanctam Ecclesiae communio-

(a) Ostien. lib. 1. c. 35.

triam sua cum gente veniens, eos omnino a Saracenis quantocius eriperet. Qui veniens hoc decretum suae reliquit patriae.

VI. (*) *CONSTITUTIO promotionis exercitus observationis partibus Beneventi sub Indictione* (a) *quinta decima*.

Quicumque de mobilibus Widrigid (11) *suum habere potest, pergat in hoste. Qui vero medium Widrigid habet, duo juncti in unum qualitatem instruant, ut bene ire possint. Pauperes vero personae ad custodiam maritimam, vel patriae pergant; ita videlicet, ut qui plusquam decem solidos habent de mobilibus ad eandem custodiam vadant.*

nionem, Saracenis depulsis, Sergioque ab Athanasio II. Neap. Antistite ejus germano oculis, dignitate, libertateque orbato, Romamque ad Pontificem transmisso, Neapolites recepti fuissent, ac reconciliati, censurarum nodis soluti; tunc ad fidem quoque advocatos esse credidit Ignotus noster, quos antea noverat Saracenis immixtos, immo ipsis deteriores. Miror sane post Peregrinium, neminem hactenus nostrarum rerum Scriptorem, immo neque civilis Historiae Neap. Auctorem fuisse, qui diligenti animadversione expenderit, quod forti certoque nostrae urbis patrocinio ac defensione esse poterat.

Atque haec (ni fallor) ad Gordium quasi hunc nodum exsolvendum apta, ac veritati magis consentanea videntur, ut a religiosa nostrorum civium pietate, Ignotique memoria caliginem dissipemus. Nemo enim omnino persuadere sibi poterit, Ignotum tam iniquo in Neapolitanos animo fuisse, ut siquod falsum assereret, a suae gentis etiam affeclis hujus pessimi criminis fuisset expostulatus. Cum igitur ipse heic adfirmet: *Neapolites ad Fidem perductos*, in hanc sententiam locutus intelligendus est, illos ab Ecclesiae matris sinu abalienatos, rursus eidem fuisse reconciliatos. Quam denique meam opinionem aliis probandam spero, tanquam veritati, vel saltem verisimilitudini consentaneam, religioni, ac pietati nostrae urbis, atque Casinensi huic Scriptori aptiorem.

(11) *Widrigid*, quod alias *Weregeldum*, *Widrigildum* apud Eccardum in not. ad leg. salic. p. 97. illud hominis pretium significat, seu quamlibet compositionem, quo alia res compensatur: itaut sit aestimatio, qua caput alicujus, vel res quaepiam taxetur. Ducangius.

(a) Vide judicium meum de hac Historiola.

(*) Ann. 866.

dant. Qui vero non plusquam decem solidos habet de mobilibus, nil ei requiratur. Si pater quoque unum filium habuerit, & ipse filius utilior patre est, instructus a patre pergat. Nam si pater utilior est, ipse pergat. Qui vero duos filios habuerit, quicumque ex eis utilior fuerit, ipse pergat: alius autem cum patre remaneat. Quod si plures filios habuerit, utiliores omnes pergant; tantum unus remaneat, qui inutilior fuerit. De fratribus indivisis juxta Capitularem Domini genitoris nostri, volumus ut si duo fuerint, ambo pergant. Si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat: ceteri pergant. Si quoque plures omnes utiliores apparuerint, pergant: unus inutilior remaneat. De qua conditione volumus, ut neque per Praeceptum, neque per Advocationem, aut quamcumque occasionem excusatus sit, aut Comes, aut Gastald, vel ministri eorum ullum excusatum habeant; praeter quod Comes in unoquoque Comitatu unum relinquat, qui eundem locum custodiat, & duos cum uxore sua. Episcopi ergo nullum laicum relinquant. Quicumque enim contra banc institutionem remanere praesumpserit, propriis ejus amissis, quod subter ordinatum habemus, praesentialiter ad nostrum opus recipere jussimus, & illum foras ejicere. Omnibus enim notum esse volumus, quia jam a prioribus nostris juxta banc institutionem (12) *tultae fuerunt, sed prima recuperare meruerant: nunc autem certissime scitote, cujuscumque proprietas tulta fuerit, vix a nobis promerebitur recuperationem. A fluvio Pado usque Trebia sit Missus Lotselmus. Inter Padum, & Ticinum Eriulfus. Inter Ticinum, & Adda Erembertus. Inter Adda, & Addiza Landebertus. Ab Addiza usque ad Forum Julii Theobaldus. Petrus, & Arthemius Episcopi junctis secum Missis Episcoporum, & Comitum, Pisa, Luca, Pistoris, & Lunis. Theutmundus, Florentia, Volterra, & Aristio, Rodselmus, Vlusid, & Sena, Andreas. In ministerio*

(12) *Tultae*, .i. ablatae, Itali *tolte*.

sterio Witonis, Rimmo, & Joannes Episcopus de Forcona. In ministerio Verengari Hiselmundus Episcopus. In littore Italico Ermefridus, Macedo, & Wlferius. Hi volumus, ut populum ejiciant, & custodiam praevideant, & populum in Castella resídere faciant, etiam & cum pace. Nam si Missus aliquis ausus fuerit praetermittere, qui nominibus remanserint, praesentialiter proprium tollant, & eum foris ejiciant; & si inventus fuerit ipse Missus, proprium suum perdat; & si Comes aliquem excusatum, aut bassallum suum, praeter quod superius diximus, dimiserit, honorem suum perdat; similiter eorum ministri, si aliquem dimiserint, & proprium, & ministerium perdant. Quod si Comes, aut Bassi nostri aliqua infirmitate (detenti) *remanserint, aut aliquem excusatum retinuerint, aut Abbates, vel Abbatissae si plenissime homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant, & eorum bassalli & proprium, & beneficium amittant. De Episcopis autem cujuscumque bassallus remanserit, & proprium, & beneficium perdant. Si quoque Episcopus absque manifesta infirmitate remanserit, pro tali negligentia ita emendetur, ut in ipsa Martha resideat, quousque alia vice exercitus illuc pergat, in quantum Dominus largire dignatus fuerit. Et ut certissime sciatis, quia hanc expeditionem plenissime explere volumus, constituimus, ut Episcopus, Comes, aut* (13) *Bassus noster si in infirmitate incerta detentus fuerit, Episcopus quippe per suum Missum, quem meliorem habet. Comes vero, & Bassi nostri per se ipsos hoc sub sacramentum affirment, quòd pro nulla occasione remansissent, nisi quod pro certissima infirmitate hoc agere non potuissent; omnes enim volumus, ut omnem hostilem apparatum secum deferant, ut cum nos hoc prospexerimus, & inbreviare* (14) *fecerimus, non negligentes appareant, sed gra-*

(13) Familiares & domesticos intelligit, qui mittuntur a Principe in Provincias. Interdum ad fines ac limites custodiendos mittebantur.
(14) Videl. inscribere, & in *brevibus* adnotare.

gratiam quoque nostra habere mereantur. Vestimenta autem habeant ad annum unum, victualia vero quousque novum fructum ipsa patria habere poterit. Fragidis (15) *enim quicumque eundo, & redeundo commotionem fecerit, vitae incurrat periculum. Et quia temporis congruentia imminet Quadragesimale, in quo studenda sunt praecepta Dei, constituimus, ut quicumque Ecclesiam fregerit, adulteria, & incendia fecerit, vitae incurrat periculum. Quicumque Caballum, Bovem, Friscingas* (16) *, vestes, arma, vel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat, & liberum* (17) *armiscara, idest sella, ad suum dorsum ante nos a suis semotus bis dirigatur, & usque ad nostram indulgentiam sustineatur; servi vero flagellentur, & tundantur, & illorum domini, quae ipsi tulerunt, restituant. Quod si clamor ad Seniores venerit, & ipsi talia non emendaverint, tunc horum Seniores ipsam compositionem faciant, & eadem armiscara quamdiu nobis placuerit sufficere compellantur. Et hoc constituimus, ut ex utraque parte justitia servetur, videlicet nostri sicut circa vicini, quae necessaria sunt, emenda. Vicini autem nullatenus carius, quam suis circa vicinis, vendere praesumant. Qui vero homicidia indiscrete, & praesumptiose fecerit, vitae incurrat periculum.* (a) *Iter enim erit nostrum per Ravennam, & immediate mense Martio in Piscariam, & omnis exercitus Italicus nobiscum. Tuscani autem cum populo, qui de ultra veniunt, per Romam veniant ad Pontem Curvum, inde Capuam, & per Beneventum descendant nobis obviam Luceria IIX. Kalendas Aprilis.*

VII.His

(15) *Fragidi* sunt *Foragerii*. Ducang.
(16) Etiamnum apud Calabros *Frisinga*, seu *Friscinga*, *scropha* vocitatur.
(17) *Armiscara*, gravior multa, quae viris praesertim militaribus, & nobilibus irrogari solebat. Vid. Lexicograph.

(a) Sed postea non hoc itinere, sed per Soram Beneventum ingreditur.

VII. (*a*) His igitur praelibatis, & hac lege sancita; dictus Dominus Imperator Hludovicus Augustus cum uxore sua pariter gloriosa Angelberga Augusta Benevento properantes, Junio mense ad Monasterium veniunt Sanctissimi Benedicti Patris; ubi a venerabili Berthario Abbate cum sacerdotali officio, lampadibus, & thymiamatibus, nec non & Fratrum laudibus honorifice susceptus est. Ascendens autem montem, ubi dicti almi Patris pii Benedicti sacrum corpus humatum est, pari gloria ibidem susceptus, aliquid ibidem Sancto, & bene conferens munere, dictum omne Coenobium conspiciens, laudabiliter admiratus descendit. Inibi Capuanorum frustrata calliditate, post dies aliquot obsidens, obtinuit Capuam (18), ingreditur Salernum, navigans Malfim, Puteoli utitur lavacris, (*) & per Neapolim Suessulanam adiit urbem: dehinc castrametatur Caudim. Mense autem Decembri Dei omnipotentis opitulante gratia ingressus est Beneventum, anno quidem (*b*) septimodecimo Augustalis Imperii sui. Et ecce congreditur cum Saracenis: trophaeum primitus bellicans sumpsit ex eis victoriae, ac demum omnia illorum

(18) Ludovicus cum Capuam adventaret ann. DCCCLXVI. ut infra, haud statim, sed post trium circiter mensium obsidionem, illam subegit, ut sup. ex Erchemp. didicimus. Quo utique tempore, parte sui exercitus circa Capuam relicta, cum alia, suisque Optimatibus sociatus, Salernum petiit, & Amalphim urbem Neapolitano tunc Ducatui adnexam; postque Julio fort. mense exeunte, aut Augusto ineunte Puteolos perrexit, quorum balneis tam late celebratis usus est Imperator, ut e morbo, quo affligtabatur, convalesceret: inde per Neapolitanorum Liburiam Suessulam adivit, Capua jam potitus, collectisque suis omnibus copiis, Furculas Caudinas ingressus, Arpadii (quod olim Caudium oppidum) castrametatus est Decembri mense cit. anni DCCCLXVI. Beneventum tandem appulit anno saltem XVIII. regni sui, ut supra cum Peregrinio adnotavimus, secus anno XVII. ut Ignotus adfirmat.

(a) Erch. nu. 32. & 33. Leo Ostien. lib. 1. c. 35.

(*) Ostiens. l. 1. c. 36.

(b) Vide judicium meum de hac Historiola.

rum capiens castra, solae tantum illius civitates remanserunt, Barim scilicet, nec non atque Tarantum; nam omnium quidem eorum gloria, munitissima capta est urbs Materia, quaeque igne, ferroque ad nihilum redacta est; Augusto autem mense (19) reversus Beneventum. In cujus obsequium cum esset ibidem Bertharius Abbas, nam illic in Sancta Sophia inchoatum fuerat Oratorium a praedecessore suo reverendissimo viro Bassacio, quod omni studio perfecit, & in honorem Sancti construxit Benedicti. Dedicatum autem a Stephano Theanesis Sedis Episcopo, & ab Angelari Levitae studio opus perficitur.

VIII. Si forte nosse cupis, quis lector futurus eris, quam ob causam Beneventanorum regionem Saraceni dominassent, occasio videlicet extitit talis. *(a)* Sicardus Beneventanorum Princeps a suis interfectus, Radelchis Secretarius Palatii ei successit in Principatum. Tunc apud Tarantum morabatur Siconolfus armipotens, bonae memoriae Siconis magni Principis filius. *(b)* Interea his temporibus Capuanites plurima perpatrantes flagitia; etiam suos, majores sibi, occiderunt parentes, illorumque omnia diripientes, semetipsos sublime in spectaculum constituerunt mundi: ob hoc verebantur adire Beneventum, Principisque sui Radelchis obedire praeceptis. Nam novis fraudum iniere machinis; seque Tarantum contulerunt ad Siconolfum praedicti Principis filium, & cum ceteris sibi socios, & in flagitiis pariter consimiles dictum sibi constituerunt Siconolfum Principem; Qui nec multo post introiens Salernum, magnaque pars Beneventi regio secuta est eum. Contra quem Radelchis Principis libor (20) exarsit, & eum disperdere nitebatur e terra. Quatenus alterutrum per tempora longa dimicaverunt; quanta per hos gesta

(19) Sequentis anni DCCCLVIII.
(20) Idest *livor*, sive rabies.

(a) Ostiensis lib. 1. cap. 24.

(b) Erch. n. 15. & 53.

gesta fuerint vicissim mala, nulla sustinere valet pagina, nullus doctoris explanare sensus, sed neque scribentis potest esse omnino facultas. (*a*) Nam eo tempore dictus Radelchis Princeps per Barensem Pandonem Gastaldeum in auxilium sibi transmarinos invitabat Saracenos, qui divergabantur residentes. Intempesta videlicet noctis hora, more solito, nominatam rapuerunt civitatem, quae urbs juxta Graecorum stylum; Βαρὺς *baris*, gravis, sive fortis interpretatur: vocabulum ex eo olim promeruit, ob delinquentium facinora. Ab hac gravis, vel fortis Saracenorum vastatio, ut in nos utique sic nimium saeviret. Horum iniquorum primus venientium vocabatur Alfonses, (*) obsitis siquidem vestimentis, & calciamentis, saltem nec Tarabere (21) succintis, sed solis arundinibus manu gestantes. Cum his quoque Radelchis totam devastavit Siconolfi regionem; Capuamque (22) primariam redegit in cinerem, & inde hinc omnia corruunt pariter in pejus. Hoc (*b*) tempore bellum inter utrusque factum est in Cannis (23).

IX.

(21) *Tarabere*: Taraber idem fortasse, ac Tabardum, ut recte advertit Ducangius, & Tabaldus, sive Tabardus, sagum videlicet militare, seu longa tunica, qua nunc etiam Pannoniae Saviae, sive Ripensis gregarii milites, & Catalauniae in Hispania Provinciae utuntur, quam *Tavardum* hi, illi *Tabtbarta* (ut volunt) appellant; Italique nostri vulgo *Tabarro*.

(*) Hic Alfonses Saracenorum Dux, an idem fort. qui Calso ab Erchemperto dictus fuit, affirmare non dubito.

(22) *Capuamque primariam*, veterem scilicet Capuae urbem intelligit. Cum enim Ignoti Cass. aevo nova jam extiterit ad Casilini pontem Capua, veteri pene destructa, primariae, idest primae urbis reliquias ob incendium a Saracenis excitatum, Radelchisio Ben. Principe foederato eos impellente, designat, ut sup. in Erchemp. dictum est.

(23) Vide sup. in not. Erchemp. 46. & 47.

(a) Erch. n. 16. Leo Ostiens. lib. 1. cap. 24. (b) Erchem. num. 16.

IX. (*a*) His diebus Saraceni ingressi Romam, Oratorium totum devastaverunt Beatissimorum Principis Apostolorum Petri, Beatique & Ecclesiam Pauli, multosque ibidem peremerunt Saxones (24), aliosque quamplurimos utriusque sexus, & aetatis; Fundensemque (25) capientes urbem, vicinaque depraedantes loca, Septembri quoque mense secus Cajetam castrametati sunt. Contra quos pervenit Francorum exercitus; sed superatus a Saracenis quarto Novembris Idus, iniit fugam; quos persequentes Saraceni, illorumque omnia capientes, tandemque ad Sanctum devenerunt Andream, cujusque Cellam igne cremaverunt. Quique dum pervenissent ad Cellam Praesulis Beatissimi Apollinaris, cognomento Albianum, e vicino Sanctum Beatissimi Confessoris Christi conspexerunt (26) montem, quo illico pergere satagebant; sed tardior quippe eos transire hora vetabat. Igitur tanta tunc, & coeli serenitas, & terrae siccitas, ut fluvium pede quisque volens pertransire posset. Beatissimi vero Benedicti Patris Monachi tunc vicinam sibi mortem cernentes, protinus vicissim pacem (27) dederunt, obsecrantes misericordem Dominum, ut illorum propitius in pace animas susciperet, quas in velocitatem mortis continuo expectabant migrare. Illico universi nudis plantis, & cinere sperso capite, cum

(24) Saxones appellat, qui a Carolo M. & Ludovico Pio Augusto ejus filio Romam perducti ibi consederant ad urbis fortasse custodiam.

(25) *Fundensem urbem*, scil. *Fundos*, nunc *Fondi*.

(26) Montem nempe Casinensem S. Benedicti vocatum, quod ibi ejus Coenobium extructum, sacrumque ejus corpus quiescebat, quicquid Galli Floriacenses Monachi perperam contendant.

(27) Se invicem consalutarunt pacis osculo, ut qui proxime Saracenorum gladiis certo morituri, sicque mutuis amplexibus, vale dicto, adstringebant: sicuti Christus Dominus in coelos ascensurus vale dicens discipulis: *pacem*, ait, *relinquo vobis*, *pacem meam do vobis*.

(a) Leo Ost. lib. 1. cap. 26. Annal. Anast. Bibl. in Leone 4. Franc. a Pithoeo editi ad annum 846.

cum Litaniis (28) ad patronum suum se contulerunt Benedictum Beatum. Dum nimius esset pavor, & formidolosa expectatio, & copiosa fieret ad Omnipotentem Dominum exoratio, per (29) visum Bassacio Patri paruit praedecessor & Apollinarius Abbas: *Quid*, inquiens, *habetis, quare moerorem patimini?* & Bassacius ad haec. *Imminet iniqua mors, & non verendum? Nolite*, inquit, *timere: Benedictus pius Pater vestram obtinuit salutem; deprecamini igitur sedule Dominum cum Litaniis, & Missarum solemniis, Dominus cito exaudiet voces clamantium ad se: denique & nos vobiscum in Ecclesiis stantes coelorum cum civibus communiter pro vobis Jesum Christum Dominum exorare non desistimus.* Cumque a somno surrexisset Bassacius Pastor, & hoc fratribus indicasset, in commune omnes excelsa voce Dominum benedixerunt, qui salvat misericorditer sperantes in se. Tunc subito immanis facta est pluvia, coruscationes, & tonitrua tam vehementia, ita siquidem, ut etiam (30) Carnellus fluvius, ultra terminos excrescens, redundaret; & quem pridie adversarii transire poterant pede, sequenti videlicet die, Divina coërciti repulsione, neque ripam attingere valebant fluvii: nitebantur quolibet fluvium transire modo, sed dum nullus adesset eis ad Coenobium transmeandi aditus, sicut est illorum dira barbaries, digitos corrodentes manuum, fremebant, qui stridebant dentibus, huc, illuc-

(28) *Cum Litaniis*, idest, majoribus, seu poenitentiariis, quarum antiquissimus in Ecclesia usus, ut passim apud sacros Scriptores mentio.

(29) *Per visum*, *ex visu*, & *ex biso* passim in veteribus inscriptionibus, & apud Scriptores mentio: nec aliud sibi volunt, quam *per somnium*: quod etiam inferius explicat: *cumque e somno surrexisset*.

(30) *Carnellus* fluvius idem, ac Lyris, sive Garilianus, qui medio aevo varium nomen e locis, per quae excurrit, sortitus fuit. Cum Casini montis radices radit ad Ofellium usque montem non longe a Suessa urbe, Carnellus nuncupabatur. Cum vero e radicibus illius urbis excurrens mare versus perfluit, Lyris & Garilianus vocitabatur, ut advertit Nucaeus in not. ad Ostiens. L. I. c. 5. not. 522.

illucque furibundi discurrentes. Et ut non abesset illorum assuetum facinus, Cellas Beatissimorum Martyrum Stephani, seu Georgii igne cremaverunt, & per duos (a) Leones ad castra remearunt. Post dies aliquot suos subnervantes equos, navigare coeperunt; qui dum propius suae adessent Provinciae, ita ut etiam jam vicinos cernerent montes, nautico plausu laudes suo more dederunt: mox inter eos una paruit navicula, quae duos ferebat homines, unius velut speciem Clerici, alterius velut Monachi habitum habentis. Qui dixerunt ad eos. *Unde venitis, vel quo itis*? At illi responderunt dicentes: *A Petro revertimur, Roma; omne illius devastavimus Oratorium, populum cum regione depraedata; Francos superavimus, Cellasque Benedicti igne cremavimus: Et vos*, inquiunt, *qui num estis*? Ajunt illi: *Qui nos quoque sumus, modo visuri eritis*. Illico facta est tempestas valida, & procella vehemens; omnes igitur naves confractae sunt, cunctique adversarii peremti; nullus unquam ex eis penitus remansit, qui ceteris talia nunciaret (31). Sequenti itaque tempore Leo venerabilis Papa Oratorium ambiens Beati Petri, muris firmissimis, & excelsis munivit (32), ne unquam talis Romae ulterius aliquando eventus eveniret.

X. (b) Per idem tempus Siconolfus Princeps pro (33) Spa-

(31) Quomodo haec praescierat Ignotus noster? Ac si aliquo oraculo sibi fuerant detecta, quare reticuit? seculi quidem illius vanae superstitioni indulgendum potius, quam illudendum est! Ostiensis tamen, qui ex Ignoto nostro narrationem suam exscripsit, affectatae hujus sortis infortunium aliquo pacto emendat: *ita ut*, inquit, *vix aliquanti evadere potuerint, per quos haec ad aliorum notitiam pervenirent*. Ita, *medicamine vulnus detersit miserans*, Ostiensis.

(32) Unde urbs *Leonina*, cujus passim apud illius aevi Scriptores mentio.

(33) *Pro Spanis*, videlicet, pro Hispaniae Saracenis, quos Siconulfus

(a) Locus est, ac finis ditionis Monasterii Cassin. Leo Ost. lib. 1. cap. 5. lib. 3. c. 12.

(b) Ostiensis lib. 1. cap. 25.

Spanis tribuendum de Beatiſsimi Benedicti Coenobio theſaurum abſtulit perplurimum. Siquidem vice prima Baziam (34) argenteam unam: Vaucas (35) par unum in gemmis, & ſmaragdis: Spara (36) par unum, Sericamque (37) ſericam de Filſori cum auro & gemmis. In alia

igitur

ſus in auxilium invitaverat. Confer quae meminit Oſtienſ. L. I. c. 25. & epit. ejuſdem Oſt. Chron. ap. Murator. to. II. p. 366. *Poſt haec Siconulſus ad Caſin. Coenobium veniens ſub praeſtationis nomine Hiſpanis tribuendum Agarenis univerſum fere theſaurum, quod glorioſae memoriae Reges* (ut optime Nucaeus loc. cit. emendavit) *Carlomannus, & Pipinus frater ejus, & Carolus Magnus, & Ludovicus ejuſdem Caroli filius, & alii quamplures ſeu Reges ſeu Principes religioſi ibidem contulerant, abſtulit. Prima ſiquidem vice abſtulit in calicibus, & patenis, crucibus, phialis, annulis, bociis, ac fibulis auri puriſſimi libras CXXX. Saricam inſuper ſericam de ſylfori cum auro, & gemmis pro aureis decem millibus. Item & ſecunda vice, &c.*

(34) *Baziam*, quam etiam *Vatiam*, *Variam**, & *Vaciam*, ſeu *Vaucam* infra vocat Ignotus, Scriptoreſque alii diverſimode uſurparunt, videl. *Baucas*, & *Batiolas* apud D. Gregor. L. I. ep. 42. Eas crederem paterae genus eſſe, ſeu vas illud, vulgo *Bocale*, adpellatum, ut explicat Bulenger. de Donar. Pont. L. II. c. 28. cujus etiam Plautus meminit: *batiolis bibunt*. Videſis Magr. in Lex. Eccl. Buleng. & Ducang.

(35) *Vaucas*, idem procul dubio ac *Bazias*, ut ſupra notavi; ſed pro diverſa fort. forma, eas multipliciter uſurpatas autumo: aut pateram illam praegrandem, quam Italice *Bacino* dicimus. At alii aptius expendant. Barbariei illius ſeculi parcendum ſane, ſi parum Latine heic loquatur Ignotus.

(36) *Spara*, ſeu *Sparra*, ideſt, pectorale, ſive pectoralis illa gemma, qua ſacra penula, ſive pallium, vulgo *Piviale*, ante pectus adnectitur, & alligatur. Vide Lexicographos.

(37) *Sericamque ſericam*, lege: *ſaricamque ſericam*, videlicet ſpeciem quamdam pallii, aut veli, ut habet Buleng. loc. cit. c. 38. ex Anaſtaſii verbis in Benedicto III. *Sarica de Olovero cum chryſoclavo*, ubi *τὸ olovero* explicatur *purpureo* a Nic. Alemanno in not. ad Hiſt. Procopii, ut habet Nucaeus, ut ſup. Idemque fort. erit *Sylphori* Ignoti noſtri: In notis enim Latino-graecis *Blatta Silphe*, & in Lex. G. L. *Silphe Blatta* eſt purpura, & purpureum; a quo Sylphori & Silfori, a *Sil* coloris genere, cujus meminit Auſonius in Monoſ. *Sitne peregrini vox nominis, aut Latii Sil?* & Plin. L. XXXIV. c. 12. *In argenti, & auri metallis naſcuntur etiam nunc pigmenta Sil, & caeruleum:*

Sil

igitur vice centum triginta in vasis auro libras. Tertia itaque vice trecenti sexaginta quinque argento libras, & tredecim millia solidos auro figuratos. Quarta videlicet vice Vacias duas pensantes libras triginta, & Fandatos (38) duplices septem. Quinta nihilominus vice (39) Matiatos solidos praedolatos quatuordecim abstulit millia. Et post haec in (40) Agrisis Baciam unam, & Scaptonem unum Constantinopolitano deaurata fabrefacta vasa opere. Porro in sequenti vice sexta per Landonem (41) Comitem

Sil proprie limus est; optimum ex eo quod Atticum vocatur. Quare corrigendus hic amanuensium error, qui pro *Silfori*, *Filfori* exscribunt. Pallium itaque, sive velum erat *Sarica* purpurei coloris auro, gemmisque acu varie contextum. An ex Sarica nomen Saricae, ortum vulgariter *Sargia*, quod pallium est, sive *Cuculla* vulgo dicta Monachorum, ac Monialium ordinis S. Benedicti, ipsis expendendum relinquimus.

(38) *Fandatos*, lege, *Fundatos*, ut in Ost. loc. cit. Fundati, sive Fundata ap. Buleng. & Magrum, ut sup. erant Blattae auro textae, vel acu pictae, & uti Italice dicimus *drappi con fondo d' oro*, quasque *lastre*, aut *lame* vulgus appellat. Anastas. in Leone III. rem confirmat: *Fecit vela holoserica majora sigillata habentia perichysim, & Crucem de Blattis, sive Fundata*: ubi Anastasius particula *sive* non distinctim, quasi vocem praecedentem explicet, sed conjunctive utitur, ut Nuc. notavit. *Duplices Fundatos* nominat Ignot. ad eorum pondus, & soliditatem explicandam; non autem numerum, quem jam septenum dixerat. Quos *septem* ipse *Fundatos* enumerat, octo legit Ostiens.

(39) *Matiatos solidos*. Divinandum profecto est: Monetae quidem genus, & fort. parvi, sive *dimidiati* solidi erant aut aurei, aut argentei a Gallico vulgari verbo *Metoyen*, & *Mitoyen*, apud Italos *Mezzano*; apud Ost. legitur *Mazatos*, fort. idem ac dimidiatos, sive *Mezzani*. Judicent alii pro libito, aut mecum etiam divinandum detur.

(40) *In Agrisis*, legendum fort. *Anaglyphis*, ut legit Ost. *Baciam unam* (Bariam ex errore in Ost. epit.) *& Scaptonem unum* &c. Anaglypha quidem, seu anaglypta vasa illa dicuntur, quae caelata, figurisque extantibus sculpta. Vasa, quae explicat Ignotus, caelata seu sculpta fuisse nemo est qui dubitet. At *Baciam* hic *inauratam* caelatamque a super. dictis distinguit, quae argenteae, gemmisque, ac smaragdis ornatae erant, ut not. 26. & 27. Quid autem *Scaptonis* nomine intellexerit, illud occentare liceat: *Davus sum, non Oedipus*.

(41) Landonem scil. Comitem Capuae filium Landulfi senioris intelli-

tem, & Aldemarium (42) Gaſtaldeum vi ex Coenobio ſuſtulit idem Siconolfus praedolati ſolidos duo millia, & ſui Principis coronam Siconis, (43) genitoriſque de auro, ac gemmis ſmaragdinis ornatam. Ex hoc neque ſibi profuit, animamque jugulavit ſuam; ſed neque quod fallere Monachos promittendo niſus eſt, ei neque profuit nihilominus, ſeu patriae; ſed videlicet ab hinc nullum ei amplius evenit triumphus victoriae.

XI. His diebus inter utroſque Principes factum eſt in (a) Cancellis (45) bellum perexecrabile.

XII. Ali-

telligit, qui Comitatum regendum ſuſcepit ab anno DCCCXLII. ad DCCCLX. Unde penſiones haſce, ſeu tributa ab anno DCCCXLI. quo primum Siconulfus Caſinum petiit ad exeuntem annum DCCCXLIV. quo Romam ipſe ad Ludovicum Lotharii filium adiit, ut habet Anaſtaſ. in Sergio II. ſoluta a Caſinenſibus fuiſſe conjicimus: quod quidem clarius ab Oſt. loc. cit. explicatur.

(42) *Aldemarium* hunc *Gaſtaldeum*, militarem Praefectum puto Salerni, cujus poſt Siconulfi mortem, Sicone ejus filio ab Ludovico Imp. in exilium pulſo, Princeps electus eſt: ex eaque inde urbe alii quoque Aldemarii prodiere, qui Capuam poſtea, alioque translati ſunt, quorum in Langobardis Scriptoribus frequens memoria.

(43) *Sui Principis, genitoriſque Siconis coronam &c.* ſcil. quam in capite gerebat Sico Princeps ejus pater ex more ab Arichi, qui primus Beneventi Princeps appellatus, & more Regis inunctus coronam uſurpavit (ut alibi, & infr. dicendum) & Caſinenſi Coenobio, Divoque Benedicto ipſemet obtulerat. De coronis, variiſque earum differentiis vide Caſſan. in Cat. Gl. Mundi par. 2. concl. 2. Buleng. de Spol. Bell. c. 13. & Paſchal. de Coron. Coronae typum, qua Capuanus olim Princeps utebatur, dabimus to. III.

(44) Ad aliorum exemplum, atque emendationem Siconulfi damna, ac perniciem in ſeipſum converſa ob rapinas, & ſcelera, quae patrarat, exaggerat Ignotus; quod utique crimen Caſinenſes omnes Scriptores perpetuo notarunt.

(45) Pugnam *in Cancellis* atrociſſimam, quam hic num. XI. Ignotus memorat, diverſam omnino ab ea, quae ab Erchemperto nu. XVII. enarratur, fuiſſe puto; in qua ſcilicet apud *Cancelli* Caſtrum Siconulfi fuſo exer-

(a) An de hoc bello Erch. num. 17.

XII. (*a*) Aliquantis interim elapsis temporibus, Masfar Dux Benevento residens in auxilium Radelchisi Principis, Beatissimae Dei Genitricis in Cingla Mariae Monasterium devastavit, Castellumque postmodum Sancti, qui cognominatur (46) Viti, cepit: Telesinum possidens Castrum humiliavit, totamque devastavit Apuliam, & cetera nihilominus loca; quandoque pervenit secus almi Benedicti Monasterium, cujus adeo ita divinitus mens immutata est, ut dum unus ei Canis vellet in pratis unam comprehendere Aucam (47), per semetipsum cum flagello cu-

exercitu, mox collectis copiis, prope Caudinas Furculas, quae ab eodem Cancello parum distant, Beneventi Principis copias adortus, illas prostravit. Hoc ex horum Scriptorum contextu plane constare quisque dijudicet.

(46) Castrum S. Viti illud fuisse suspicor, quod non longe olim ab Aesernia urbe situm erat, nunc penitus desolatum, ejusque adhuc rudera visuntur, & veteres ejusdem urbis chartae ostendunt: necnon Cinglense Chron. anno MII. haec habet: *Castrum S. Viti de Monte per Serniensem Comitem Gaidolfum occupatur. Abbas ad Capuae Principem conquestus ivit*. Quibus ex verbis multa nobis consideranda offeruntur. I. Hocce in Castro Monasterium priscis temporibus Casin. Monachorum fuisse, cujus nulla apud Ostiensem, aliosque Scriptores extat memoria. II. Hujus Castri ditionem penes Abbatem fuisse. III. Gaidulfum Aeserniae Comitem nullibi adhuc, neque a Peregrinio relatum. Castrum hoc situm erat sub collis illius planicie, in qua *Macchiae* oppidum: Monasterii adhuc rudera sunt, ejusque redditus, qui supererant, compositis litibus in Romana Curia agitatis, anno MDLXXXIV. Aeserniensis Ecclesiae Canonicis tandem addicti ad congruentem illorum alimoniam, ut diurnis in Choro Horis Canonicis recitandis, ac sacro adessent, quod primum ob redditum pensionem non solutam minime praestabant. Haec omnia ex ejusdem Ecclesiae monumentis eruenda curavi.

(47) Avem *Aucam*, idest, Anserem, quam vulgariter *Oca* adpellamus. Hanc mirabilem Aucae narrationem exscripsit etiam Ostiens. ut Casinensium, ac Langobardorum genio indulgeret. Animi utriusque levitati parcendum! Non autem Nacaeo, qui verissimam credidit, quippe acclamando epiphonemate usus est in ejus not. loc. cit.

(a) Ostiensis lib. 1. c. 28.

lo cucurrit, & eandem de ore raptoris expulit avem; cumque ante januas assisteret Monasterii, protinus portas claudere jussit, ne subsequentes introire (48) praesumerent. His expositis, pertransiit Aquinum, ac depraedavit Arcem, viciniaque loca. Novembrio autem mense post dies octo reversus est Beneventum (49).

XIII. (a) Mortuo itaque Siconolfo apud Salernum, Sico filius ejus specie tenus ei successit in Principatum. Isque post aliquantulum Franciam puerulus transducitur.

XIV. (b) Mense Junio (50) generalis per totam Beneventi regionem terraemotus factus est magnus, ita ut Iserniensem funditus urbem obrueret, multumque perimeret populum: ad ultimum etiam & Praesulem extinxit ejusdem civitatis. Par ruina aedificiorum extitit apud Sanctum Vincentium; similisque vis fuit terraemotus ad Benedicti Beati Coenobium, sed nec unus quidem lapis suo de loco lapsus est. Quod dum Massario renunciatum fuisset, ut ruinosam depraedaret Iserniam, ait. *Dominus omnium illuc*

(48) Post *introire*, supplendum *illic*, quod in Ostien. etiam legere poterat Peregrinius.

(49) Non quod octo tantum dierum spatio Saraceni excursiones suas expleverint, sed Beneventum octava Novembris die remigrarint. Irruptiones namque, incendia, ac depopulationes menses circiter tres perdurasse notum est.

(50) Mense Junio anni DCCCXLVIII. sub Leone IV. Ind. X. ut habet Anastas. Tunc Aesernia omnino destructa, ac desolata, ejusque Episcopus (nomen desideratur) sua cum Ecclesia, Clericisque consepultus est. Nova inde urbs extrui sub veteris ruinis coepit anno insequenti, sed angustiore illo situ, quo Episcopalis etiamnum Basilica extat Forum usque, ubi Principis aedes constructa; quem dehinc situm posteriori aetate cives circumquaque protenderunt: nunc autem a novis terrae concussionibus protrita, incolis urbs pene destituta conspicitur.

(a) Erch. num. 20. & 23.

(b) Ostiens. lib. 1. cap. 28.

illuc iratus est, & ego peramplius desaeviam? Non utique ibo (51).

XV. Telesis nova secus primariam in planitie sui cognominis construitur (52).

XVI. (*a*) Inter haec tempora, breviter ut superius dictum, intra Capuanites filii Landolfi Gastaldei, hoc est Lando Comes, Landolfus Episcopus, Pando Marepahis, Pandenolfus Gastaldeus hujus patriae insignes habebantur. Sed ob scelera commorantium crebro eorum urbs (53) incendio cremata est: non poenitentiae remedium, neque Divinam postulantes misericordiam, aut emendationem facinorum, sed quodam tandem reperto consilio, ad Casilini pontem (54) construunt civitatem, quam (55) ludo secundam vocitabant Romam. Nam sicut qui effugerit a facie leonis, & incurrerit in ursum, sic ab istis remota civitas ipsa ab igne, pari in ultione corruit in abyssum (56).

Qua

(51) Ipse viderit Ignotus, qui verba haec fortasse audiit, quae Saracenus prodiderat.

(52) *Telesia* antiqua parvo sub colle olim sita a Saracenis primum, inde a terraemotu penitus excisa est, ejusdem cives biennalis spatii tempore transfugae novam aedificandam curavere in collis ejusdem planicie, quae itidem posterioribus seculis bellorum factionibus, terraeque motibus destructa, vix hodie suum in ruinis nomen ostentat.

(53) Urbs tamen haec non Capua, sed *Sicopolis* erat, ut supra notatum, quae in Triflisci colle ultra veterem Capuam, ac Vulturni aquas prominebat.

(54) Deficit *novam construunt civitatem &c.* quae *nova Capua* ad Casilini adhuc pontem extat, ut dixi.

(55) Non illudebant profecto, cum *secundam* obtrectatores *Romam* vocitarent *Capuam urbem*: satis enim tunc apud omnes exploratum habebatur ab antiquis Scriptoribus, atque a L. Floro & M. Tullio praesertim, *Romam alteram* fuisse adpellatam.

(56) Ad varia, quibus suberat Capua, incendia, alludit Ignotus noster, qui Capuanos quidem multimodis pupugit.

(a) Erchem. num. 21. & 24. Leo Ostiens. lib. 1. cap. 31.

Qua gloria sperabatur erigi, carmen indicat istud (57).
„ *Quae primum senio marcebat tempore longo*
„ *Cernitur en amplis consurgere moenibus urbem*.
„ *Illa Senatorum pollebat fulta catervis* (58),
„ *Nomine sed Capua vocitatur & ista secunda*.
„ *Providus in cunctis patriae, populique juvamen*
„ *Lando Comes studio solerti hanc condidit urbem*.
„ *Aurea Porta vocatur, fert quia lucis honorem*.
„ *Arma, salus, virtus perpetua Christus in urbe*
„ *Hac maneat populo tempus in omne suo*.
„ *Pellat & hinc hostem saevum, fraudemque malignam*,
„ *Civibus & praestet pacis honore frui*.

XVII. Hoc videlicet tempore Tarantum fame obsessa a Saracenis capitur (59).

XVIII. (a) Per idem tempus Bassacius Abbas rogatus a Primatibus patriae adiit Franciam; qui obsecrans gloriosum Imperatorem Hludovicum veniens Barim, & in quantum possibilitas fuit, totis viribus cum Saracenis dimicavit. Post complures autem dies venit Beneventum: igitur Sabbato vigilia Sanctissimae Pentecostes infra Beneventanam urbem interemptis Saracenis, Radelchis Principatum

(57) Hanc inscriptionem, seu titulum super urbis Capuanae portam positum fuisse credunt, quae *Aurea* olim dicebatur, Beneventi instar, ubi *Aurea Porta* etiam extabat, quod *inaurata* fortasse circumpigmenta habuerit in ejusdem extructione, quaeque meridionalem Liburiae plagam spectabat, cujus quoque meminit Peregrinius.

(58) Veterem illam, celeberrimamque Capuam designat, antequam a Romanis subjiceretur, Hannibali foederatam.

(59) Tarentum urbs capta ann. circ. DCCCLVI. Eam Gothi olim occuparunt: inde a Graecis, sub Belisario Italiam oppugnante, recepta est: illam postmodum Romualdus Benev. Dux anno circ. DCLXXX. expugnavit; e Langobardorum manibus Saraceni eandem rapuere cum aliis simul Calabriae, sive Apuliae urbibus; Ludovicus denique Imperator, Saracenis expulsis, illa potitus est, ut in Erchemperto narratum est.

(a) Erchem. num. 19. Leo Ost. lib. 1. c. 29.

patum gerens, Massarim capit; ad Imperatorem adductus, capite plectitur. Hludovicus exinde repedavit in patriam.

XIX. (a) His temporibus Bassacius Abbas defunctus est, (60) expletis in regimine annis decem, & novem; cujus quale, quantumque fuit sursum, deorsumque in Ecclesiis studium, & ipsi VIDIMUS, QUI SCRIBIMUS (61), & carmina illius nobis descripta resonant. Huic successit in regimine Bertharius Sacerdos, ejus discipulus, moribus, & vita strenuus, & omni bonitate conspicuus. Castelli sursum munitionem ipse ambiens, calicem ad honorem Dei officium operatus est, civitatem .... (62) fieri voluit, & inchoavit. Et quomodo totis viribus contra Saracenos in Gaeta dimicavit, NOSTRA PLENISSIME

(60) A vero abludit: *expletis annis XIX.* quin potius nondum exactis dicendum foret: Bassacius namque annis XVIII. & mens. X. non adhuc absolutis Casinensi Coenobio praefuit, ut alibi disserendum.

(61) Igitur anno DCCCLVI. quo Bassacius Abbas vivere desiit, jam Ignotus noster Monachi habitum induerat Casinensem, qui eodem aevo vixit, ac Erchempertus; *viderat* enim *ipse*, *quae scripsit*.

(62) *Civitatem* (supplet *juso* Nucaeus in Not. ad Ostiens. cap. 23.) *Hic itaque Abbas Bertharius* (ait Ost.) *reminiscens periculi, quod nuper a Saracenis eidem loco acciderat: totum undique Monasterium quod sursum erat, muris, ac turribus fortissimis in modum Castelli munivit. Civitatem quoque ad radicem hujus montis circa Monasterium Domini Salvatoris construere inchoavit, quae Eulogimenopolis, idest Benedicti Civitas dicta est*. Ubi Nucaeus ita adnotavit not. 5 *Ignotus Casin. num. 19. dixit: Civitatem juso fieri voluit, & inchoavit. Unde adverbium juso pro deorsum adhuc nostratibus retentum licet observare, quod nitidius alii efferunt Giù*. At Nucaei supplemento non acquiesco. Amanuensis fortasse errore corrupta vox, *jussu*, vel *jusso*, quo plane intelligeretur jussu Bertharii nova urbs S. Germani aedificari coepta. Quod vero ait Nucaeus, nimis abstrusum est, & veritati minime consentaneum. Eruditorum sententiae subscribo.

(a) Ostiensis lib. 1. cap. 32. & 33.

SIME COMPERIT AETAS. Quomodo autem suos dilexit commissos, & quatenus pro ipsis decertavit (63), Praecepta indicant Coenobio facta Imperatorum.

XX. Eo tempore Ademarius Princeps erat apud Salernum. Teanensis Ecclesiae Praesul Jupoaldus (64) obiit. Et (*a*) Hilarius Levita B. Benedicti Monachus ad Episcopale decus eligitur.

XXI. Bonae memoriae Aloara Landonis (65) conjux Comitis una cum Surano medico, ejusque interventu tam benefactrix erat Monachorum, ut Madium totum mensem stipendia praeberet, ac aleret Fratres.

XXII. (*b*) Lampert filius Widonis, & Ildepert Comites (66) nisi sunt manus erigere contra Hludovicum Imperatorem: sed relata illorum fraude, persecutus est eos Hludovicus usque Marsim. At illi demum ante faciem ejus fugerunt Beneventum apud Adelchisum Principem. Ildepert vero pertransiens abiit Barim, libentissime quidem a Seodane Rege susceptus est, & habitavit ibi tempore, quo voluit. Hludovicus ergo Imperator persequens eos devenit in Iserniam, quam cum infidelem sibi comperisset, bellando cepit, ac deinde pertransiens Alifem, post plura bella urbs capta est. Per Telesiam igitur devenit

(63) Mira sane Ignoti heic loquendi ratio, dum utitur voce *decertavit*! Monachorum suorum curam ac sollicitudinem innuit in aggerandis opibus, & ab Impp. Augg. privilegiis sibi cumulandis. Multum quidem elaborandum, ac prope decertandum Berthario fuit, ut opimam victoriam suis compararet.

(64) Quem heic *Jupoaldum* Theani Episcopum appellat Scriptor noster, *Lupum* vocat Ostiens. c. 33. Nucaeus fort. neutri cedens, utrumque conciliat, ac *Lupoaldum* legit.

(65) Aloara Landonis Senioris conjux, ut in stemm. n. 2.

(66) Quae hoc num. XXII. confusim, nec sine aliqua discrepantia refert, alibi aptius repetenda.

(a) Ostiensis lib. 1. c. 33.

(b) Erchem. num. 35. Ostiensis lib. 1. c. 36. & Anonym. Salern. ineditus. Sed non sine aliqua discrepantia. Vide Guilielm. Bibl. in Hadrian. 2. pag. 334.

venit ad civitatem, quae dicitur Sanctae Agathae, & urbem expugnare coepit; quae dum valde esset munita, multis diebus obsedit; erat etenim tunc aestivum tempus. *Nemo enim unquam*, ut (a) Apostolus ait, *carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam*. Tandem Berthariuѕ Abbas condoluit super Hisembardum consanguineum sibi, & Gastaldeum obsessae civitatis, & intervenit pro eo apud Imperatorem Augustum, cujus & promeruit gratiam, & pactum dedit civitati, ac illius juri protinus urbs mancipata est. Adelchis Princeps ad pedes prostratus clementissimi Imperaroris, & suam obtinuit veniam, & fugacibus Comitibus; abhinc tandem Hludovicus rediit Franciam. Hoc in tempore Magenolfus Clericus Ingenam neptem Imperatricis cepit conjugem.

XXIII. (b) Ademarius junctus cum Neapolitanis nitebatur quiddam dolose erga suos; ob hoc oculi ejus evulsi, spernitur a Principatu, & Warferius Salerni factus est Princeps. Nam (c) dictus Ademarius Suram, Arpinum, Vicum Album, & Atinum tradidit Francis, idest Widoni Comiti. In his locis praeerat Landolfus Gastaldius, quae dum amisisset loca, prae nimia est tristitia defunctus.

XXIV. Juvamine Landonis Comitis, & fere Sacerdotis Teano Monasterium construitur famulabus Dei. (67)

XXV. (d) Defuncto igitur apud Capuanam urbem Landone Comite, Pando germanus ejus ei successit in Comitatum; qui junctus cum Landolfo Episcopo venerabilem Aloaram cognatam suam de Capua excutientes, quae exul cum natis, & facultatibus propriis apud Salernum habi-

(67) De hoc Theanensi Monialium Coenobio breviter inferius differemus, ne Ignoti hujus interrupto cursu, legentes heic demoremur.

(a) Ad Eph. cap. 5.
(b) Erchem. num. 26.
(c) Erchem. num. 25.
(d) Erchem. num. 28.

habitatura devenit (*a*). Per idem tempus Neapolites audaciter ſuper Capuanos (68) venire in bellum conati ſunt; eo

(68) Acerrimam hanc Neapolites inter, & Capuanos Langobardos pugnam, quam utriſque Landonibus vita functis, ſeniore ſcilicet patre Februario menſe ann. DCCCLXI. & juniore filio menſe Aug. ejuſdem anni contigiſſe Ignotus adfirmat, illam duobus annis ante Erchempertus commiſſam fatetur. Ignotus ſiquidem anno DCCCLXII. menſe Majo eam accidiſſe memorare videtur, Erchempertus vero ad annum DCCCLX. illam figit. Si Ignoto habenda fides erit, falſum omnino eſſet, quod narrat Erchempertus, a Landone ſcilicet juniore Langobardorum copias imperatas, & cum Neapolitibus confixiſſe; eo vero tempore, quo illam Ignotus contigiſſe innuit, Lando aut defunctus omnino erat, aut ſaltem paralyſi laborans (quo tandem morbo oppreſſus periit) in lecto detinebatur. At non una haec duntaxat Ignoti haud propria, & veritati minime conſona narratio, ut erroris nota is merito afficiatur. At Erchemperto utpote magis accurato Scriptori procul dubio adſentiendum. Is enim num. VII. perhibet, Sergium Neapolit. Ducem Campanis nimium infenſum quantumvis foederatum occaſionem arripuiſſe, ut illos oppugnaret, ſubigeretque. Verum Lando prope Sueſſulam, nec procul ab Clanio amne cum exercitu praeſto fuit, ac Neapolites praelio ſuperavit, ac fregit; quam victoriam B. Michaëlis Archangeli (quae poſtr. non. Majas accidit, quo quidem die ipſius feſtum celebrarant) patrocinio, cui plurimum fidebant Langobardi, cultu praecipuo illum colentes, acceptam retulerunt. At neutri Scriptori annuendum videtur, cum ea, quae aliorum aevo contigerint, inconſulto fortaſſe, & ex vulgi etiam inconſtanti rumore nimium ſibi indulgentes, ut ſuae gentis virtutem extollerent, ac religionem, ipſi memoriae prodiderint. Ac ſane cum ii buccis crepantibus victoriam illam praedicent, quam Langobardi Beneventani, ac Sipontini prope Garganum montem e Neapolitibus, Templum S. Michaëlis Arch. diripere cupientibus ſub Grimoaldo Principe poſtr. nonas Majas, ejuſdem Archangeli feſto recurrente die, retulerunt, aut fabulam ceciniſſe neceſſario ſunt credendi, aut ſaltem hujus facinoris immerito Neapolites expoſtulandi videntur. Hujus victoriae Paulus Diaconus imprimis meminit, ut ſup. *Qui* (Grimoaldus) inquit, *cum eſſet vir bellicoſiſſimus, & ubique inſignis, venientibus eo tempore Graecis, ut oraculum S. Michaëlis Archangeli in Gargano ſitum depraedarentur, Grimoaldus cum exercitu veniens, ultima eos caede proſtravit*. Ubinam, quae-

(a) Erchem. num. 27.

eo ſiquidem die, quo B. Michaëlis feſtivitas eſt. Hujus Langobardi auxilio freti exierunt adverſus (*) Quirites, & tan-

quaeſo, heic Neapolitum mentio? Nec quidem pro Graecis Neapolites intelligendi, quod Graecorum imperio ſubeſſent. Eadem quippe ratione & Amalphitani, & Surrentini, & Stabienſes, & Puteolani, aliique Graeci quoque dicendi forent, qui Orientali parebant Auguſto, quod utique prorſus improbabile, ac veritati minime conſentaneum videtur. Quinam vero hi Graeci fuerint, qui divi Michaëlis Templum diripere tentarunt, quamvis id haudquaquam contigit; (quod Paulus profecto non reticuiſſet) nec ipſe Diaconus, nec ceteri deinceps explicarunt. Hoſtiles inimicitiae, quae Neapolites inter, ac Langobardos perpetuo exardebant, Erchempertum fortaſſe, ac Caſinenſem Ignotum impulerunt, ut adfirmarent, a Neapolitibus hoc ſcelus attentatum, arrepta occaſione alterius pugnae ſub Landone Capuae Comite, ac Sergio Neapolitano Duce prope Clanium amnem anno DCCCLX. aut DCCCLXIII. commiſſae. At quâ tuto itinere Neapolitibus tranſgrediendum erat, cum loca omnia Langobardorum copiis circumſepta illos praepedirent, neque per Salernitanos, aut Nolanos agros tranſmittere exercitum in Apuliam omnino puſſent? Ac profecto a Langobardis Neapolitanum Ducatum circumquaque urbibus, ac munitiſſimis arcibus clauſum Nuceriam uſque, Nolam, Acerraſque, ne ulterius fines ſuos protenderent Graeci, quis ignorat? Quâ igitur via per urbes hoſtium ditioni ſubjectas Neapolitibus patere poterat, ut ad Sipontinum Divi Archangeli ſpecum accederent praedaturi, niſi certo periculo committendum exercitum vellent?

Verum ne ipſi quidem Graeci, qui tunc Apuliae dominabantur, hujus ſceleris expoſtulandi videntur. Ii enim praecipuo etiam honore D. Michaëlem colebant, ut apud omnes perinde Graecos, Latinoſque Scriptores (quod etiam Peregrinius teſtatur) omnino compertum. Templum illud ab iis excultum, exornatumque Scriptores innuunt, quodque ſaepius pie inviſendum curabant. Igitur neque Graecos hos, neque Neapolites Garganici Templi praedones fuiſſe ſatis abunde probatum videtur, niſi malint alii hujus ſceleris auctores Graecos illos fuiſſe, qui ſub Conſtantino, aut Conſtante Aug. in Apuliam appulere, ac cum Beneventanis Langobardis pugnaturi Luceriam haud longe a Siponto diſſitam urbem occuparunt, ac ſolo prorſus aequarunt, Paulo ipſo teſte Lib. V. c. 6. & 7. ac poſtmodum ad ſpe-

(*) Ann. 861.

& tanta in illis caede bacchati sunt, ut plurimi ex eis gladio fuerint perempti, multique capti, nonnulli in fluvium se projicientes; residui vero perpauci vulnerati in urbem

specum S. Michaëlis praedatum perrexere. Quod tamen mihi improbabile videtur; Paulus enim uti Luceriae, Acherontiaeque eversionem descripsit, hujus facti quoque proculdubio meminisset, si tum vere illud contigisset.

Neque item Langobardos hujus sceleris reos conjicerem, quod Peregrinius fortasse suspicatur, cum Langobardos, si Paulo Diac. L. V. c. 3. adsentiamus, cultui jam S. Mich. Archangeli sub initio Regni ipsiusmet Grimoaldi tam impenso studio addictos cognoscimus, ut Hunulfo Bertharidi Principis familiari, in quem Rex Grimoaldus animadvertere cogitabat, ac interficere, penitus ignoverit, statim ac illum ad Templum Divi Michaëlis confugisse sibi nunciatum fuit. Ex quo profecto colligitur, magno in honore D. Archangelum apud Langobardos fuisse, cum ob ejus tutelam nocentium crimina condonata cognoscimus. Si igitur Paulo falsitatis, & mendacii notam impingere nolimus (qui suo haec ingenio inventa nobis obtrudat, ut Langobardorum virtutem, pietatemque extollere videatur, quamvis immerito, cum ethnici adhuc, aut Arianismi faece eo tempore Langobardi inficerentur) neque Graecos, neque Neapolites, nec etiam Langobardos Beneventanos hujus sceleris auctores censerem, sed Slavos fortasse, aliosve exteros populos (secus vero Saracenos, ut sup. in Pauli not. diximus) qui e Graeciae litoribus solventes Sipontum appulere; exploratum quippe est, paucis adhinc annis ante ab eodem Beneventi Principe Grimoaldo illos profligatos, ut ipsemet Paulus innuit, qui sub Sipontinis moenibus eam pugnam accidisse narrat. Anne Slavi ipsi, qui anno DCXLII. ad Sipontinas oras accesserant, illuc rursus regressi, ut suis transfugis in proximis regionibus dispersis praesto essent, Templum illud diripiendum tentarint? Ii quidem a Langobardis devicti haudquaquam suas naves conscenderant in patriam redituri, sed eos, ut idem memorat Historicus Lib. IV. c. 46. *qui hostes remanserant*, fugam arripere compulit Grimoaldus. At quo tandem se receperant? In Samnitium fortasse regiones, ubi praedis assueti montes inter, silvasque degebant, donec alio sibi migrandum licuisset, aut a sociis auxilium praestandum sperarent. Quocirca nihil dubii est, quin Slavi, vix quadriennii spatio exacto, anno scilicet DCXLVII. rursus ad Apuliae regiones adpellerent, ut suis transfugis auxilio essent, amissumque militiae decus, novo commisso praelio, recuperarent. Slavi quidem multoties vicinas invaserunt regiones, Histriamque praesertim, quae, mari in-

urbem reversi sunt suam: Caesarius autem Magistri Militum filius capitur, Capuamque adductus ferro in compedibus habetur. Secunda Neapolitis haec ruina extitit simi-

ri intermedio, Apuliam spectat. Illinc igitur saepius discedere poterant, & Apuliae regiones, cum libebat, depopulari.

Nec contrarium omnino videtur, quod Paulus innuit, Slavos nempe primum a Grimoaldo prope Sipontum prostratos, inde Graecos, qui S. Michaëlis sacram Aedem invasisse dicuntur. Cum enim e Graeciae oris in Apuliam appulissent aut Slavi, aut Bulgari, aut Thraces, aliive, omnes quidem Graecorum nomine recte adpellari poterant, cum revera aut Graecorum ditioni quodammodo subessent, aut e Graeciae maritimis oris discessérant. Meam hanc conjecturam eruditis expendendam relinquo, cui si fortasse adsentiant, necne, parum curo. At videant siquae veritati satis consentanea in medium attuli, Paulo, aliisque ejusdem sententiae Scriptoribus suffragentur; quin potius omnino adversentur. Exploratissimum siquidem est, haudquaquam a Paulo Sipontini Templi direptionem adfirmari, sed duntaxat tentatam. At Auctor ille, qui S. Michaëlis Archangeli Apparitionis acta descripsit (quae apud Bollandum die VIII. mensis Maii licet legere) atque Scriptor quoque actorum S. Barbati Episcopi Beneventani, quos Langobardos quidem fuisse proculdubio omnes fatentur, direptionem revera patratam adfirmant, direptores tamen omnino reticent. Cui igitur potius habenda fides? Paulone, an illorum actorum Scriptoribus? Si Paulo adsentiendum erit, in dubio profecto haerebimus, an Graeci Templum illud invaserint, necne, cum praedam hanc ipse omnino reticeat. Sin actorum illorum Scriptoribus; eam reapse contigisse certissime adfirmabimus; nec a Graecis quidem, sed Langobardis illam patratam omnino fatendum. Ex actis quidem S. Barbati satis constat, illum plurimam operam navasse, ut Langobardos ad veram Christi fidem perduceret anno circ. DCLXIII. Ac sicuti Casinense prius Monasterium, aliaque fortasse tum sacra loca fuerant praedati, veritati haud absonum videtur, ab iisdem Garganici specus sacram D. Michaëlis aedem fuisse direptam, quam rursus ornandam, excolendamque Sanctus Episcopus suadebat, ut illius patrocinio adjuvari mererentur: *Et quoniam* (ut in cit. Actis legitur) *illic* (scilicet, in B. Michaëlis specu) *absque cultoribus omnia depraedantur, unde nec sedulum ibi sacrificium persolvi potest, melius a nobis disposita sibi proficiant ad salutem*. Quamobrem Peregrinius noster in Diss. Fin. Duc. Benev. ad Sept. non immerito conjicit *vere tunc Graecos cum Langobardis pro Gargani possessione, sicuti pro aliis alibi frequenter conflixisse; atque hos victoria potitos sacram Archangeli specum diripuisse*: quae quidem

 aliis

similis, qua olim in Gargano, cum B. Michaëli Archangelo ageretur festivitas, corruerunt; quod ex utroque latere Seodan audiens, factum irrisit, dicens. *Stuppa cum tormentis* (69) *pariter junctae fecerunt bellum*.

XXVI. (*a*) Eo autem tempore in Aquini Villa Rodoaldus Gastaldius secus Pontem Curvum construxit Castellum: hoc facto subduxit se a jure Capuanorum (70), qui vehementer ob hoc affligebatur a Capuanis. His diebus (71) Magenolfus, de quo supra, pergebat Franciam, ut

aliis argumentis Peregrinius confirmat, quem consule.

Si igitur Pauli fundamentum ex jam dictis nutare videtur, everti etiam Ignoti, atque Erchemperti simul textus mihi videtur. Nam aut haec apud Langobardos antiqua traditio fuerat posteris demandata, vel ab ipsis conficta. Si tradita posteris haec memoria fuit, cur Graecos eos fuisse affirmat, secus vero Neapolites: & Erchempertus, Ignotusque Neapolitibus ejusmodi crimen imponunt? Cur rursus Ostiensis, qui Langobardicam Historiam uberius descripsit, hujus tam insignis victoriae haudquaquam meminit, Grimoaldique Principis minutim acta narravit, ejusque cum hostibus certamina, triumphosque cecinit? Ab iisdem conficta esse neutiquam credendum; at vel e vulgi tunc fama Garganica haec victoria ob nationum inter se decertantium aemulationem initium habuit; vel de aliis olim victoriam obtentam in Neapolites Langobardi retorserunt, quos ut infensos sibi hostes offendere satagebant.

(69) Lege: *Sarmentis*. At etiam hoc ab Ignoto nostro perbelle ad animi solatium fortasse inventum.

(70) Ex hoc Ignoti nostri loco facile perspicitur, Capuanae Dynastiae ad septentrionem fines Pontem Curvum usque, & Soram fuisse protensos; a Rodoaldo enim Gastaldo, qui Capuano quidem primum Comitatui subdebatur, in sua ditione arce constructa secus Pontem Curvum ad suorum profecto finium custodiam, exploratum plane fit eo usque Campanae Dynastiae fines fuisse propagatos. *In Aquinensi villa*, ait, non quod villam pro urbe acceperit; sed in villa, idest, in agro Aquinate, in quo Ponscurvus situs erat, qui *ab ejusdem Pontis situ* (verba sunt Ost. Lib.I. c. 38.) *& nuncupatione Ponscurvus nomen retinuit*.

(71) Magenolfus Clericus, qui neptem Imperatricis conjugem duxerat,

(a) Ostiensis lib. 1. cap. 38.

ut ſibi ab Imperatore glorioſo peteret, quo vivere loco; ſeu & habitare poſſet; cui Rodoaldus legatarium quendam Urſum tranſmiſit Presbyterum, ut reverſus veniret, ac pariter commorarentur, ſuoque praeſidio juvaret eum a perſequentibus ſe. Reverſus ergo Magenolfus de itinere cepto, & in Pontem introivit Curvum; nec multo poſt profectus eſt Salernum, ſumptaque conjuge omni cum ſupellectili, ac familia rediit in Caſtrum. Neque diu latuit myſterium iniquitatis, nam quadam die cum ſuis cepit Rodoaldum, eumque in cuſtodiam retruſit, duos quoque filios ejus in Turrim projecit, omnemque facultatem ipſius abſtulit, theſaurum, peculia, mancipia, ſervos, populum, Caſtrum, Villam, & omnia ſubjugavit ſibi: rudem, populumque indiſciplinatum, quem invenit, docuit more Palatii eſſe prudentiſſimum; & qui prius non noverant, niſi caepe, & allia, nunc ab eis centum principales exquiruntur ſolidi, etiam & in hoſtili armati proficiſcuntur exercitu. Rodoaldus (72) oſſertus dum Beato Benedicto fuiſſet, vix a venerabili viro Berthario Abbate, & Monachis liberatus eſt: ut Aeſopus doctor fabularum ait: *Hoc patiatur, qui fortiorem ſibi induxerit in domum ſuam.*

XXVII. (a) Dum in Eulogimenopolis urbis moenia ſtruerentur, unus quidam tunc ibi erat cum ſuis ſociis in conſtructione civitatis. Is quondam prae nimia infirmitate lin-

xerat, ut ſup. n. XXII. Ludovicum Aug. convenit, ut aliquid ſibi ad matrimonii onus ſuſtinendum ſubſidii praeſtaretur. Timens Rodoaldus Campanorum Comitum opes, qui ſuam a Campanis defectionem ſe ulturos minabantur, Magenolfum in auxilium advocat. Verum, juſto Dei judicio, uti Hiſtoricus ſubdit, ipſe ſibi nolens jugum impoſuit, ac mala fabricatus eſt.

(72) Ut in libertatem tandem Rodoaldus vinculis ereptus vindicaretur, Monaſtico S. Benedicti habitu induendum petiit, quod facile Berharii Abbatis precibus a Magenolfo impetrandum ſperabat.

(a) Oſtienſis lib. 1. c. 33.

te linguae perdiderat officium, & per annos circiter septem nullum omnimodo valuit proferre sermonem. Quadam itaque nocte lassus ab opere manuum, dum Fratres in Oratorio Beatissimi Benedicti Deo laudes peragerent, idem mutus ad columnae pedem cum aliis residens, obdormivit; quem B. Benedictus per visum baculo capite percutiens, increpans ait. *Huc properasti*, inquit, *ad dormiendum? Evigila ergo, & tribus vicibus expue in terram*. Qui cum hoc fecisset, surgens a somno, beneficium sibi collatum coepit omnibus effari, & ita perfecte loqui, ut ante septennium nec minus solitus erat, & omnes Deo laudem pariter dederunt.

XXVIII. (a) Interim gladius Dominicae indignationis huc, illucque discurrens, in delinquentium cervicibus grassabatur; nam egressus de vagina sua, omnes terminos per circuitum devastabat. Ille impiissimus, atque crudelissimus latro, quem (b) *Dominus percutiat gladio oris sui, & destruat illustratione adventus sui*, ille pestifer Seodan (73) quodam tempore egressus a Bari, totam deva-

(73) Seodanus Saracenorum Califus, dequo pluries in Erchemperti historia mentionem fecimus, Bari egressus per Beneventi Principatus fines Capuae Comitatum invasit, locaque omnia tam citra, quam ultra Vulturnum, & Clanium fluvios, quae olim terra Cantiae, sive Canciae vocitabatur, in veteribus chartis atque Scriptoribus saepissime memorata; & quae Lebore, sive Liburia, & Leboria dicebatur, ut diximus: quae utique loca, sive agri ad Campanorum Dynastiam pertinebant. Hinc *totam Capuam*, seu Campanorum ditionem, agros illos vocat Ignotus. Occinit quoque Ostiens. Lib.I. c. 35. *Interea Rex Seodan venit Capuam, quam totam circumcirca devastans Cantiam quoque, & Liburiam . . . . peragrans in Campo Neapolitano tentoria fixit, plurimos interficiens. Campum de Neapoli*, in quo castra posuit Seodanus, eundem fuisse puto, qui partem illam suburbii Neapolitani etiamnum occupat, quod vulgo *S. Antonii Abbatis* nuncupatur, a Paroecia nempe Sanctorum Johannis & Pauli recta mare versus tendens cis fluvioli (quem male vulgus Sebetum vocat, in veteribus enim

(a) Ostiensis lib. 1. cap. 35. (b) Paul. ad Thessal. 2. cap. 2.

devastabat Capuam, Cancias, Leborem, & suum nequissimum thronum posuit in campo de Neapoli. Nullus omnino praeteribat dies, quin ad quingentos, & eo amplius interficeret homines, & hoc patri inesse dicebat, ut illud compleretur (a) Evangelicum: *Omnis qui interficit vos,*

enim chartis *Rubeolus*, *&* *Riviolus* semper appellatur, nusquam vero Sebetus) aquas, ut manifeste patet ex Johan. Diac. in Chron. Episc. Neap. in Athanasio, ubi: *In Ecclesia* (inquit) *S. Januarii foris sita Monachorum Collegium sub Abbatis regimine ordinavit, offerens eis unum hortum in Campo Neapolitano situm.* Ejusque horti meminit charta in Tabulario Ecclesiae S. Nicolai ad Pistasi adservata (quam Cl. vir rerum antiquarum cultor eximius Scipio de Christophoro mihi familiarissime conjunctus invenit, ac exscriptam mihi legendam dedit) anno IV. Wilielmi Regis Ind. III. descripta; cujus haec sunt verba: *Ecclesiam, seu Monasterium S. Januarii situm foris ad corpus juris S. Neap. Ecclesiae* habuisse *hortum*, cujus confinia erant *parte septentrionis, & occidentis cum hortu, & interficu* (via vulgariter vicinalis) *de heredes de illis de Pantaleo, a parti Orientis via puplica, qui bedit a illu ponte de flubeu* (pons iste Guiczardus olim cognominatus) *fitus erat hic hortus at illa fuga* (quo fluvioli aquae concludebantur, ut molendis frugibus inservirent) *ha Sanctu Januariu, qui est foris urbis hujus cibitatis, & nominatur ad illa Rota* (scilicet pistrinum). Hujus Neapolitani campi pars ad Neap. Antistitis redditus etiamnum pertinet, ubi vulgo dicitur, *la Polveriera*; e quo fortasse campo Athanasius Episc. hortum divisit, quem olim Monasterio S. Januarii adsignavit. Ejusdem campi de Neapoli mentio est in duabus chartis sec. XII. & XIII. exaratis quas affert V. Cl. P. Ludovicus Sabbatinus de Anphora in suo Kalend. Neap. mense Junio pag. 63. & seqq. ac prima quidem haec habet: *Foris hujus Neapolitanae Civitatis in campo de Neapoli prope & cum facie de Ecclesia SS. Joannis & Pauli.* Altera vero: *Positi in loco S. Joannis in Campu de Neapoli prope ipsa Ecclesia S. Joanni.* Consonat etiam Peregrinius noster in Camp. Disc. 2. c. 21. afferens campum Neapolitanum non longe a Porta Neap. Orientali, quae *Capuana* dicitur, situm, ibique Neapolis urbis fines fuisse adfirmat; ac in suae opinionis testem Falconem Chronol. Beneventanum vocat, qui ann. MCXL. Rogerii Regis Neapolim adventum describit: *Cives igitur*, inquit, *cum militibus Civitatis foris Portam Capuanam exierunt in Campum, quem Neapolim dicunt, & Regem ipsum honore & diligentia multa amplexi sunt,*

(a) Johan. cap. 16.

vos, arbitratur se obsequium praestare Deo. Nam stans ille Tyrannus super cadavera mortuorum, sedens edebat tanquam unus putridus canis. Tandem quasi e gravi somno evigilantes, sed gravate, atque praepediti nimis miseriis Waldelpertus, & Majelpotus Gastald, & (74) Garard Comes cum plurimis aliis nobilibus, properaverunt (*) Beneventum, ut communi consilio ulciscerentur se de Saracenis: salubre quidem fuit consilium, sed inutilis ordo. Non uno agmine, non una eademque intentione per cohortes incedebant, sed divisi ab altero inordinate proficiscebantur. Igitur propinquaverant secus Saracenos a Barium, quod hic erigentes se protinus straverunt in terram, jamque Sol ad occasum tenebat; hi vero, qui a Benevento venerunt, sicut fuerant lassi, & nimium quidem fatigati, sitientesque valde, continuo in aciem introierunt. Illico Saraceni subito erecti, ut erant in uno agmine conglobati, repente irruerunt sequi eos; hi vero terga vertentes fugere coeperunt; plurimi interempti a gladiis, nonnulli cadentes, in alterutrum impingentes praefocabantur; alii in fossatis, sepibus, & cavernis terrae illaesi a gladiis, sed prae siti mortui inveniebantur: Saraceni autem victores effecti, ceptum peregerunt iter.

XXIX. Inter Capuam, Teanum, nec non Alifam AUDITUR esse mons quidam, in quo DICITUR adesse An-

sunt, & sic usque ad praedictam portam Capuanam perductus est. Qua de re patet, Seodanum in Campo de Neapoli, idest, prope urbis portas constitisse, ut Neapolitanis incolis vias intercluderet, ne res ad victum necessariae in urbem immitterentur, sicque cives ad deditionem cogeret.

(74) Quamvis ab Ignoto reticeatur, quibus praefuerint Gastaldatibus Wardelpertus, aliique, aperte vero Erchempertus, & Ostiensis declararunt, qui secus pugnam accidisse fatentur, nec suos Langobardos accusare verentur, ac Ignoto haud adstipulantur.

(*) Ann. 869.

se Angelica virtus, ad instar B. Michaelis Archangeli in (75) Monte Gargano, ubi distillari aquam, & jugiter effossam

(75) Mons, in quo specus hic B. Michaëlis Archangeli situs erat, *Melanicus* olim adpellabatur, nunc vulgo, *Monte di San Michele*, in Principatu Formiculae Dioecesis Cajacensis situs, mille circit. pass. a villa *Sclavorum* vocitata. Ibi olim Monachorum cella Ordinis S. Benedicti ad Telesinum Monasterium pertinens; quam D. Anselmum incoluisse ferunt, dum in Campania degeret, ibique, ut fama est, opus illud, quod inscribitur: *Cur Deus homo*, composuit, testis est Edimarus in ejus vita. Mons hic, ac sacer D. Michaëlis specus mox describendus, licet Cajacensi Dioecesi conjunctus fuerit, priscorum tamen seculorum memoria penes Campanum Archiepiscopum erat jurisdictio, convenientibus illuc undique e dissitis etiam regionibus hominibus pietatis causa, ut patet ex nostro Ignoto, & ex Bullis etiam Atenulfi Capuae Archiepiscopi Jaquinto, ac S. Stephano Episcopis Cajacensibus datis, quae in Cajacensi item Tabulario adservantur, plane colligitur: *Non dedimus vobis*, (sunt verba Bullae) *vestrisque successoribus Ecclesiam S. Angeli in Melanico* (monte) *quam in nostram, nostrorumque successorum potestate reservavimus &c.* Nunc temporis decursu in desuetudinem abiit Campani Antistitis hujus speluncae jurisdictio, & mons, specus ipse, ac cella pene diruta Calatino Episcopo subjicitur. In hujus igitur montis vertice spelunca sive ab arte, sive a natura in praegrandi silice excisa patet, in qua duae fornicatae cernuntur camerae, suis quaeque portis distinctae; quae dextrâ patet, arctior, laevâ vero latior est, ac magis insignis vel casu, vel ex arte fortasse suis ornamentis ostium elaboratum praefert, cujus aditum praegrandis arbor undique circumtegit ad solis aestum declinandum aptissima. Tria ibi altaria posita cernuntur, in quibus postr. non. Majas plura Sacra quotannis Deo in honorem D. Michaëlis offerri solent, quo summa pietate, ac religione, indictis publicis supplicationibus, maxima populorum multitudo, ac finitimorum incolarum conveniunt. E dextro introrsum speluncae latere silices duae mamillarum instar prominent, e quarum altera ab imo papillae cuspide fortasse undique in mamillam a qua collecta leniter manat; aret omnino altera. Neque hinc duntaxat aquae fluunt, sed quaquaversus guttae spisse stillant, ut pene saxa omnia pluere videantur. Aquae in unum concretae prope aditum speluncae lacum efficiunt, quibus non tam sitis adventantium extinguitur, quam ad pietatis argumentum omnes haurire consueverunt. Dexterâ etiam speluncae parte aqua manare cernitur; quod & in Sipontino quoque specu in Apulia, & Novensi in Lucania, & Tiphatino in Campania, aliisque in variis terrae partibus quamplurimis animadvertere licet. Quod optimae notae Philoso-

fossam Cryptam, & jacere Basilicam, atque ibidem nunc crebro fieri prodigia. (76) Ex hortatu autem Landolfi Praesulis Ilarius Teanensis Ecclesiae Episcopus dedicavit illuc Sanctorum altaria, & peramplius ex tunc fiunt multorum sanitatum signa, & prodigia ad gloriam, & laudem nominis Jesu Christi.

XXX. (a) Mos etenim est apud Monachos utrorumque Coenobiorum, videlicet Sanctorum Vincentii Martyris, & Beati Confessoris Benedicti, diebus Sanctae Quadragesimae vicissim sibi rogum exhiberi, caritatis gratia. Dum hoc quadam die apud Sanctum Vincentium Fratres spiritualiter agerent, & illic de Sancto AD HOC Benedicto fratres adessent die Veneris . . . .

(77) *Cetera legi nequiverunt, quae facile supplebis ex Ostiense loco hic ad oram indicato* (*).

XXXI.

losophis inde argumento fuit, ut de vera fontium, fluviorumque origine optime differere occoeperint, ac paucis ab hinc annis eruditissima de hac de re ediderint volumina; ut videre est apud Vallisnerium *de font. orig.* Romansinum *de font. Mutin.* aliosque quamplurimos.

(76) Landulfi Praesulis Capuani hortatu illius specus altare dedicatum est anno DCCCLXVII. ut ex monumentis Ecclesiae Calatinae. Qua ratione mons iste, & Ecclesia, Capuano Episcopo, non autem Calatino, adhortante, dicata fuerit, superiori nota dictum est.

(77) Ne Lector Ostiensem Lib. I. c. 34. necessario consulere cogatur, ea, quae in Ignoto deperdita sunt, hic supplenda censui, cujus verba hoc signo (--) notantur. *Die Veneris* X. *Octobris* (Chron. S. Vincentii Vulturn. habet *Fer. III.*) *quae secunda lux Lucinae rotam ducebat anno ab aedificatione hujus Monasterii* CLXV. *repente illuc Seodan nequissimus cum suis satellitibus pervenit, cujus Monachi rumore comperto, mox ad Castellum suum Monasterio proximum* (nunc etiam extat pagus, cui nomen *la Roccbetta* Abbatiae Vulturnensi subjectus) *maturato cursu incolumes confugiunt. Saraceni Monasterium ingressi cuncta vastaverunt, frumenta in fluvium* (Vulturnum videl. qui paulo superius oritur, unde Coenobium ad *Fontes Vulturni* vocitatum) *qui secus effluit, projecerunt; & thesaurum, quem Monachi absconderant, repererunt. Ita incensum Monasterium, Monachis partim dispersis, ad*

XXXIII.

(a) Osticnsis lib. 1. cap. 35.

(*) Ann. 870.

XXXI. Pando Capuanitis Gast. (78) . . . . in bellum . . . . . (*a*) quidem ipse prius corruit; de hinc qui fuerunt cum eo, victoriamque adeptus est . . . . *Desunt nonnulla* . . . .
. . . .
(*b*) Pandenolfus Pandonis dicti filius Capuana in urbe factus est Gast. . . . . . quem (*c*) non post multum Landolfus Episcopus sua reduxit ab urbe, & sua cum facultate veniente (*d*) habitavit in Sessam.

XXXII. Landolfus autem extitit suis civibus non solum Episcopus, sed & Comes, & Judex; non solum Praesul, verum etiam Gastaldius; neque tantum Pontifex, quin & velut Miles super cunctos praeerat (*per (e) annos duodecim. Quo defuncto, Pandenolfus nepos ejus factus est Gast. qui tribus annis, & octo mensibus in ea residens, a parentibus suis captus est, & Lando frater Landolfi Episcopi factus est Gast. residens annis duobus, & mensibus decem. Cui successit Landonulfus frater ejus Gast. Capuae anno uno, mensibus quatuor. Per Indictionem quintam mense Januario cepit Capuam Atenolfus Comes, quam tenuit annis decem; quibus expletis. Princeps Beneventi factus est, dominans eam annis decem, mensibus sex.*)

XXXIII. (*f*) Ita benefactor (79) noster, idest omnium contra-

XXXIII. *usque annos desolatum permansit*. Hoc quidem (ut recte Peregrin. adnotavit) anno DCCCLXX. contigisse manifestum est.

(78) Ea, quae hoc loco in autographo temporis edacitate nimium corrosa, neque Peregrinius, neque Nucaeus, aliique interpretari potuerant, facillime ex Erch. num. 28. & 30. & e Chronico Comitum Capuae num. 6. supplere per se quisque poterit: neque heic repetenda opere pretium duxi, ne taedio lector humanissimus afficiatur.

(79) Ut sup. etiam in Erchemp. notavi.

(a) Erchemp. num. 28.
(b) Chron. Comitum Capuae n. 6.
(c) Erchem. num. 30.
(d) Erchem. num. 30.
(e) Ista his signis ( ) inclusa in exemplari Cassin. ad oram adjecta fuerunt; quae si conferas cum Ch. Com. Cap. n. 5. 7. 8. & 9. comperies ab eod. conscripta auctore. Vide me in judicio illius Chron. & in Chronol. Com Cap. locis citat.
(f) Ostiens. lib. 1. c. 35.

contrarius hostis Seodan, venit in Venafrum, postquam eorum ceperat civitatem, & postquam omnem devastavit Villam (80), & in circuitu ejus tamquam Rex potens in medio resedit terrae. Initium siquidem tunc erat (81) Quadragesimae Sanctae. Eo autem die Sanctam Dominicam, more solito, Bertharius Abbas suum exhortabat divinis praeceptis beatissimum gregem; cujus vicinitatem cum certo Fratres comperissent, concito gressu ad Sanctum conscenderunt Benedictum. Sequenti die Mercoris (82) nefandus ipsius Regis exercitus secus Sancti Benedicti pervenit Monasterium, haud non longe quasi stadia duo. Hoc dum vellent Saraceni per montes descendere Atinem (83), hic, qui eos deducebat, descendit cum eis in Vallem Rotundam, de hinc in (84) Rapidum; cumque in planitiis devenissent, praedari coeperunt. In Sancti Ecclesiam dum introissent Heliae parum aliquod damnum ibidem facientes, per Circlarios (85) in Hortum Domini cum & per (*a*) Pascatium (86) in Fontanam Lucii, ab hinc (*b*) Pedem (87), ibidemque senem ante Cancellos interfe-

(80) Hic quoque villam pro agro accipit, ut not. 62.

(81) Videl. Fer. IV. Cinerum, qua sanctam Domini Quadragesimam, praedicando verbo Dei, annunciabat populo Bertharius Abbas, Ecclesiae de more.

(82) *Sequenti die Mercoris*, i. Mercurii (inde vulgo dictum *Mercordì*) Fer. V. intelligit, qua Saraceni Seodano Duce prope Monasterium Casinense pervenerunt.

(83) *Atina*, urbs olim, nunc oppidum, non longe a Casini monte sita, Boream versus. Episcopali sede expoliata, Praepositurâ tantum seculari insignis.

(84) *Rapidus* fluvius etiamnunc Italis *Rapido* dictus, urbem S. Germani praeterlabitur.

(85) *Circlarios*, sive *Cerchiaro*, pagus Casinensis ditionis. Pleraque ex his locis priscum hactenus nomen retinent.

(86) Legendum *Pascuarium* ex Ost. l. cit.

(87) Lege *Peolam* cum supracit. Lib.I. c. 35. qui eadem clarius descri-

(a) Al. *Piscarium*, Ostiensis *Pascuarium*. (b) *Peolam*. Ostiens.

terfecerunt, qui eorum fallitus eſt vias. Ceſam Conſtantii, Olivetum, Matronolam loca perſcrutantes, omnes jumentas, & vaccas Monaſterii auferentes, ad ſocios in Venafrum jam ſero reverſi ſunt. Hic finis in his fuit, Deo propellente, in partibus B. Benedicti, tam Seodam Regis, quam omnium ſatellitum ejus (88).

AD

ſcribit. Peola pagus olim prope olivetum S. Michaëlis Archangeli, cujus rudera adhuc extant, teſte Nucaeo ibi.

(88) Deeſt: *nequitiam*. Hic finis Caſinenſium periculi, atque Hiſtoriolae Ignoti noſtri, qui paulo poſt fortaſſe decubuit, vel cui in hac inſigni Aera calamum ſuſpendere opus fuit, ut rebus ſuis conſuleret.

AD EXPLANATIONEM

NUM. XXIV. IGNOTI CASSINENSIS DE MONASTERIO THEANENSI.

DISSERTATIO.

QUoad Monasterium Virginum a Landone Campano Comite Theani extructum anno DCCCLX. paucis quidem absolvit Ignotus Cassinensis: *Juvamine*, inquit, *Landonis Comitis, & fere Sacerdotis Theano Monasterium construitur famulabus Dei*. Cum vero de hoc Monasterio neque Card. Ostiensis in suo Chron. Casin. in quo pene omnia, quae ad hanc pertinent historiam, sane memorantur; neque Erasmus Gattula Abbas Casinensis, qui ejus historiam diligentissime persequitur, quaeque Ostiensi vel exciderant, vel omnino erant praeterita, sedulo explicat; nec item ceteri moderni Scriptores meminerint, ac silentio praetereundum putarint, heic aliqua de eo addenda non abs re fore existimavi, ut & Ignoti historiolae novam faculam praeferrem, & Campaniae nostrae Cl. viris jucunda sane disputatio ob oculos poneretur. Quo fortasse obtrectantium convicio obviam iturum spero, cum aliquid diligentiae meae in illustranda Langobardorum historia adcesserit, ne operam lusisse omnino, & extra omnem aleam iis disputasse videar. Quae enim in Paulo Warnefrido, Erchemperto, Ignoto, ceterisque illius aevi Scriptoribus legerint, quomodo inter Langobardos perpetua exarserint bella, eorumque opes sensim creverint belli ipsius fortuna, suosque fines latius protenderint, insignes primum nequitiâ ii fuerint, dehinc pietate, ac religione praefulserint; hac qualicunque elucubratione nostra profecto nonnihil patebit. Quid, quod illius aevi Scriptores de positis tot Ecclesiis, Monasteriis, Hospitaliis meminerint: tot Pontificibus suppetias eos venisse, tot praedia, honoresque Ecclesiis adtributos, in impios graviter animadversum praedicent? Haec profecto Langobardorum pietatem, ac reli-

religionem singularem satis ostendunt, qui prius morum feritatem praseferebant, aetate postmodum labente, gentis suae sceleribus luendis incubuere. At licet haec ad illorum pietatem comprobandam satis firma videantur argumenta, planius tamen ex mox dicendis patebit. Ac duo quidem sacrarum Virginum Monasteria, ut ex MSS. Codicibus mox afferendis eruitur, Theani extructa cernimus; quorum primum antiquiùs, de quo nunc sermo habetur, simul cum Calvensi altero, ac itidem Cinglensi Capuam postmodum translatum fuit; recentius alterum, de quo infra.

Ut ad ea igitur, quae Ignotus innuit, illustranda ordine accedamus, advertendum est anno DCCCLX. a Landone Capuae Comite hocce Monasterium sacrarum Virginum e solo excitatum, eique praedia quamplurima ad victum necessaria fuisse adtributa, ut ex quadam charta manifeste colligitur, qua Atenulsus I. Capuae Princeps anno CM. die XVII. Septembr. Indict. III. sui Principatus anno I. (eodem quidem Septembri mense Indictio illa imponi coepta) illi concessa privilegia confirmat. Haec cum ceteris chartis in Monasterio Monialium S. Mariae nuncupato Capuae hactenus adservatur, cui Theanense simul, & Calvense eodem titulo S. Mariae insignitum adjunctum fuit, ut supr. Charta haec ex autographo exscripta a nostro Michaële Monacho adfertur; quam ex suis MSS. Codicibus erutam edendam curavi.

„ In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi „ Dei Aeterni. Atenolfus Dei ordinante providencia Langovardorum gentis Princeps cum princivalis excelencia „ peticione dilectorum suorum juste petentis clementer „ favet. Non eos solum quibus hec impendit devociores „ opsequiis reddit, verum etiam Divinam Magestatem sibi „ propensius parare creditur adjutricem. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum presencium scilicet & „ futurorum solercia, quot cum (1) Cuntberga venerabilis „ Aba-

(1) Cuntberga Abbatissa, quam Atenulfus consanguineam vocat, filia

„ Abatissa fidelis nostra comsanguinea, adque Stephanus „ Prepositus Monasterii S. Mariae Ancillarum Christi, „ quot est situ intro cibitate nostra Teanense nostram obsecrassent excelenciam, quatenus suo Monasterio, quot „ annis supra Lando Patruus noster edificare cepit per „ Agilpert suum Castald & Radulfum judice, & Esenar- „ du Marepahis sub Indiccione (2) VII. nos concedere- „ mus adhuc idem Monasterio confirmaremus omnes of- „ ferciones & preceptora, que in huic loco S. Marie con- „ cessa adque firmata sunt a bone memorie Landoni Pa- „ trui nostro, & ejus ucsore Aloara necnon & a Landonulfo „ genitori nostro & Yselberga (3) genetrici nostre, & A- „ gilpert, Majelfrit, & Poto (4) Comitibus nepotibus suis, „ sive ab aliis concessa adque firmata sunt omne conti- „ nencia quas continet, & omnes quascumque scripciones „ & moniminas idem monasterio pertinentes in omni lo- „ cu Principatus nostrisque Gastoldatibus . . . . „ *deficiunt (5) aliqua temporis edacitate consumpta* . . . . assen-

filia fortasse vel soror erat Comitis Theanensis, qui Campano Dynastae consanguineus erat ex supra narratis, & ut alibi opportunius differemus.

(2) Annus Indictionis VII. Landone regnante, fuit vel DCCCXLIV. aut XLV. vel DCCCLX. aut LIX. At veritati magis consentaneum videtur, anno vel DCCCLX. aut LIX. a Landone Theanense Monasterium extructum; anno enim DCCCLIV. res Campanorum Comitum adeo bellis, factionibusque miscebantur, ut Monasteriis excitandis Landoni locus, ac vires haud superessent. Anno igitur DCCCLX. illud constructum videtur.

(3) *Patruum* Atenulfus appellat Landonem; is enim filius erat Landonulfi Theanensis Gastaldei, (ut in stemm. num. IV.) qui frater supradicti Landonis. Ejus uxoris nomen nondum Peregrinio, sed omnibus ignotum hactenus erat. Yselberga igitur Landonis senioris conjux fuit, filia, ut habet Peregrinius, Potelfrit Proceris Beneventani.

(4) Nepotes *Yselbergae* erant Agilpertus, Majelfrit, & Poto Beneventi Primores; & quoniam in hac charta Comites appellantur, ii in Capuano fortasse Comitatu, vel Theanensi *Feuda* possidebant, ac praedia, ex quibus Monasterium opibus augerent.


(5) Verba sunt Michaëlis Monachi in suis Codd. MSS. e quibus & alia

„ : : . . . . . affentientes hos firmitatis apices . . . . .
„ fieri juffimus . Per quos omnino fancivimus & perpe-
„ tualiter havendum noftris adque futuris temporibus
„ concedimus adque confirmamus in prephato fancto Mo-
„ nafterio omnia preceptora & offerciones quas ividem
„ conceffa adque firmata funt , una cum opnibus fcripci-
„ onibus , & monimina prephati Monafterii pertinenti-
„ bus , ut quematmodu ipfa preceptora continent , &
„ ipfis fcripcionibus & moniminas ipfas fcripto reperitur
„ & avetur ita in opnibus inviolaviliter maneant . . . .
„ *Defunt alia* . . . . adque confirmavimus at po-
„ feffionem prephati Monafterii S. Mariae famularum Dei
„ fitu intro cibitate noftra Tiano & tibi Cuntberga Aba-
„ tiffa confanguinea noftra , & Stephanu Prepofitu , & ve-
„ ftris aliis famulabus Chrifti de dicto Monaft. at avendu
„ & pofidendu & faciendu pars prephati Monafterii lega-
„ liter opnia que ei placuerint apfque contrarietate ali-
„ cujus Comitis , Gaftald , Judicis vel Sculdahis aud cujuf-
„ cunque perfone haud hominis contradiccione vel inquie-
„ titutine ; fet perpetualiter is prephatu Monafteriu fir-
„ miter illut aveat & pofideat nemine ecxinde contrati-
„ cente . Quot fi quifpiam hanc noftram concefionem &
„ confirmacionem quomodocunque molefiare & biolare
„ perpetuis temporibus prefumferit , fciat fe at partem
„ prephati Monafterii compofituros auri puri & riczati (6)
„ liuras centum , & hec noftra concefio in opnibus que
„ continet firma & inviolavilis permanead in perpetuum.
„ Ut autem hec noftra concefio & confirmacio verius op-
„ fervetur manu propria fupfcribfimus , & anulo noftro
„ fupter juxfimus figillari

ATE-

alia nobis fuppeditentur ad noftram Langobardorum hiftoriam elucubrandam .

(6) Quid fibi velit , *riczati* vocabulum , Lexicographi omnino filent . Eruditorum diligentiam exquiro .



„ Joannes clericus Pal. & Scriba ex juſione ſupradicte Po-
„ teſtatis ſcribſi. Datum quintodecima calend. Octubri an-
„ no primo (7) principatus Domini noſtri Atenulfi excel-
„ lentiſſimi Principis Indiccione tercia. Actum in cibitate
„ Capua.

Qua ex charta, ſeu diplomate plane patet, Theanenſe hoc Monaſterium cuſtodiendis Virginibus a Landone ſub Regula S. Benedicti fuiſſe dicatum, uti cetera tum Caſinenſium non in noſtris duntaxat regionibus, ſed per totam fere Italiam puellarum Coenobia extructa quoad animarum curam, Praepoſitis ipſis Caſinenſibus parebant; ad quos una cum Abbatiſſa bonorum omnium etiam adminiſtratio, eorumque locatio, aut alienatio, modo aliqua urgeret neceſſitas, pertinebat; ut paſſim ex aliis in ſacrarum Virginum Monaſteriis adſervatis id genus chartis facile colligitur.

Et Ignoto inſuper Caſſinenſi Landoni Theanenſis Monaſterii fundatori titulum *fere Sacerdotis* adtributum diſcimus, quo ſcilicet ejus pietatem extolleret. Cum enim is, labente aetate, variis affligaretur morbis, ac paralyſi praeſertim laboraret, ad Dei opem pro ſuis ſceleribus implorandam animum appulit, ſicque Eccleſiis, ac Monaſteriis exſtruendis incubuit, itaut *fere Sacerdotis* honore illum

(7) Anno DCCCC. die XVII. menſis Septembr. ſcriptum Diploma manifeſte patet; anno ſcil. I. Principatus Atenulfi, Indictione III. eodem Septembri menſe incoepta.

illum adpellandum censuerit Historicus. At ad Theanensis Monasterii historiam sermo redeat.

Post annum ferme DCCCLX. cum Saraceni in Italiam venissent, ac prope Garilianum amnem Capuani, Theanensisque Comitatus agros praedaturi consedissent, hujus Monasterii praedia ab iis devastata cernimus usque ad ann. CMXV. quo hinc discedere Saraceni coacti; ut habet Ostiens. I. 52. At, in pristinum statum rebus restitutis, non diu sacris Virginibus pax stetit. Rursus enim, ut idem Ostiens. I. 55. ex Hungarorum in Campaniam invasione in pejus ruere res Monasterii coepta, ita ut summa rerum inopia illae laborarint; idcirco anno DCCCCXXXIX. adnitente Landulfo I. ejusque germano Atenulfo II. Principibus ad earum inopiam levandam Capuam tandem migrarunt, ac simul in Monasterium S. Mariae olim Cinglense (jam tum Calvensis quoque Virgines huic sociatae) adscitae fuere, quo Theanensis Monasterii res omnis, domestica sacraque supellex translata, ut ex alio Diplomate in ejusdem Monasterii Tabulario adservato videre est, *protritis tamen adeo literis, ut vix* tempore supralaudati Mich. Monachi circa annum scil. MDCXL. *quaedam intelligere potuerit* (ut ipsemet fatetur in suis MSS. Codd.) *quibus Monasteriorum istorum Capuam translatorum, & bonorum suorum confirmationem extricare nec sine labore potuerit*. Quae tamen in membranaceo hujus Coenobii veteri Regesto uberius explicantur: itaut dubitari neutiquam possit, quin & anno, ut diximus, & a praedictis Principibus haec translatio, & contubernium mutua Virginum adprobatione, atque summa animorum consensione fuerit constitutum. Sed ad hanc rem confirmandam ea meminisse praestat, quae in praecit. Regesto habentur; anno scilicet MXVI. Saracenis profligatis, ac e Campaniae finibus prorsus expulsis, Benedictus Pap. VIII. *Monasterio olim Cinglensi, nunc S. Mariae Sanctimonialium de Capua* (verba sunt Bullae ejusdem Pontificis) conjunctionem Monasterii *Calvensis & Theanensis* confirmat, ac utriusque Monasterii bona inposterum praefato Monasterio S. Ma-

riae de Capua unita esse, atque adnexa decernit. Quodque itidem altera Bulla Leo Pap. IX. anno MLII. Beneventi data (ibi enim tum Pontifex morabatur) confirmat. Utraque Bulla in Tabulario Monasterii habetur, eaedemque in Regesto membranaceo collectae leguntur.

Incensa, seculo Christi XI. Teanensi urbe & vetus etiam Monasterium S. Mariae incendio absumtum fuit anno scil. MLXIII. ex Ost. l. 3. c. 16. Quare Ecclesiam, Coenobiaque diu desolata Moniales instaurarunt, ac in nova illius dedicatione anno Dom. MCLXXIV. Alexandro PP. III. mandante, Mathia Abbatissa XVIII. Kal. Jan. Theanensem, Calvensem, Suessanum, & Calenensem Antistites invitavit, cui etiam ipsa interfuit Abbatissa. Instaurato tandem, absolutoque opere, sacrae Virgines Monasterii S. Mariae *de Foris* vulgo nuncupati (de quo mox sermo, quodque extra urbem positum erat) ut ad illud transferrentur, petiere, donec suum quoque pene excisum Monasterium reficeretur; quo obtento, ibi quamplurimos annos degerunt; tandem anno circiter MCCLX. ad suum Monasterium *de Foris* regressae. Verum cum anno MCCCIV. hoc Coenobium S. Mariae sacris Virginibus, quae illud incolerent, destitueretur, ac Theanensis Antistes sibi vindicandum tentaret, illae Summi Pontificis, ad quem confugere, auctoritate, Praesulem inhibuerunt, quominus illo potiretur; donec ab insignis famae Milite Bartholomaeo de Capua, Monialium patrocinio suscepto, pactum cum Theanensi Antistite initum fuerit, ac a publico tabellione Nicolao Rubeo de Theano scriptum; constitutumque fuit, ut jus Ecclesiae, ac Monasterii hujus penes Abbatissam S. Mariae de Capua omnino esset, secus Theanensem Praesulem: excepta nihilominus pensione duarum cerae librarum illi quotannis solvenda a Presbytero illius Ecclesiae Vicario, qui Crucem ubique attollere posset, eidemque Ecclesiae in posterum cum suis clericis inservire, ut in cit. Reg. *fol.* 458. & 203. Attamen ut tam Sacerdos, quam Clerici Theanensi Synodo interesse, atque *Cathedraticum* solvere tenerentur.

Mul-

Multoties Ecclesia, adnexumque Monasterium Monialibus S. Mariae de Capua instaurandum fuit, praesertim anno MCCCIXC. & MDXLIII. quo a Thoma Caracciolo Capuae Archiepiscopo, & S. Sedis Apost. a Paulo PP. III. delegato ad Templi hujus instaurationem illae adactae ac condemnatae, instantibus magistratibus, ac viris Theanensis civitatis; quae licet ad Sacr. Rom. Rotam reclamarint, delegati tamen Apostolici sententia valuit, ac fuit perscripta. Rursus anno MDCXXI. restituendum fuit, sacraque supellectili ornandum. Verum, nostra ferme aetate, pene diruta Ecclesia, ac continenti Monasterio, Moniales ipsae S. Mariae de Capua ne novis ad ea instauranda expensis adigerentur (jam tum enim magnificentissimum sane Templum Capuae extruxerant) Summi Pontificis accedente auctoritate, exacto anno MDCCXLVIII. Ecclesiâ concessâ, bona omnia Theano Capuam transtulere, alienatis fundis; quo Monasterii aes alienum dissolutum, ac praediorum redditus in Campano agro aucti.

Ad alterum Theani Puellarum Monasterium descendamus, cui nomen etiam, & titulus S. Mariae *de Foris*, quod extra urbem primo constructum fuerit. Hujus novi Theanensis Monasterii aedificatio ex eo profecto procul dubio originem duxit, quod veteri altero, anno CMXXXIX. ut supra innuimus, Capuam translato, nec reditus spes ulla haberetur, Theanenses Comites Lando, & Atenulfus filii olim Atenulfi, Campanorumque Dynastarum consanguinei (ut alibi dicemus) novum hoc in urbe Monasterium excitandum curarunt anno CMLXXXVII. Indict. XV. ut ex fundationis autographa Scriptura membranacea literis Langobardicis descripta, in Tabulario ejusdem Theanensis Monasterii adservata colligitur, quam hactenus ineditam praelo subdendam curavi; magnum sane nostrâ memoriâ, ac dignum medii aevi monumentum, ut merito nedum Italiae, sed transalpinis Cl. viris rerum antiquarum eximiis cultoribus summopere expetatur. En igitur chirographum, seu *Instrumentum* illius Monasterii fun-

fundationis a Cl. viro Johanne Baptista de Quattro Theanensis Ecclesiae Decano, ac tunc temporis, scilicet XX. Kal. Novembres ann. MDCCXLIV. Provicario Generali ad exemplum descriptum, signoque Illustriss. Theanensis Episcopi cusum, impressumque.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Aeterni:
„ Quinto anno Principatus Domini Landenolfi (1) gloriosi
„ Principis mense Octuber quintadecima Indiccione. Ideo-
„ que nos Lando & Atenolfo Comitibus ex cibitate Tea-
„ nense filii quondam bone memorie Domini Atenolfi Co-
„ mitis declaramus nos habere terram que est Toro justa
„ eandem cibitate in cibitate (2) vetere Tianense propin-
„ quo Turrim ex eadem cibitate, que vocatur Turre ma-
„ gna, quo habet fines, de una parte fini Carbonario (3)
„ antiquum, unde via pergit adveniens ribu; & alia par-
„ te alio Carbonario unde similiter via modo pergit; de
„ tertia parte fini via que badit infra hec terra, & terra
„ nostra cui supra germanorum, que est conjuncta cum
„ ipsa jam dicta Turre magna, de quarta parte Carbo-
„ nario qui est inter hec terra, & terra de homines de
„ casa Johanniperti de Tianu, in qua Monasterium & Ec-
„ clesia cupimus costruere pro amore Dei omnipotentis;
„ & pro salbacione anime nostre in onore Sante Dei Ge-
„ netricis & Virginis Marie, & B. Michaëlis Arcangelu;
„ & Veati Johanni Vaptiste, & duodecim Apostolorum,
„ adque omnium Sanctorum. Et abemus alia petia de ter-
„ ra justa eadem cibitate intus in cibitate vetere ubi jam
„ fuit oliveito plantato, & desuper ipsum oliveitum in
ipsu

(1) Landenolfus Capuae Princeps Pandulfi I. Caputferrei filius, qui cum matre ejus Aloara regnavit ab anno CMLXXXII. Quare annus V. respondet anno CMLXXXVII. quo Indictio XV. recurrebat.

(2) Vetus Theanum, cujus adhuc Amphitheatrum, Circus, aliaeque supersunt ruinae, subtus novam urbem pass. circ. CCCL. extabat.

(3) Fornax, in qua carbones accendebantur.

„ ipsu Toru ejus edificata esse videtur Ecclesia Santorum
„ Cosme & Damiani, & habet as finis, de una parte si-
„ lice (4) qui venit per porta vetere, qua dicitur S. Sal-
„ vatoris, de alia parte via que decurrit inter hec ter-
„ ra, & terra cum vinea Episcopatus de Santi Teren-
„ tiani, & ut rebolvit & vadit per Carvonario, & ascen-
„ dit & conjungit in muro de predicta cibitate, de tercia
„ parte fini ipsu muru de eadem cibitate, in qua sunt
„ edificate duab. turri, ut volvit & rebolvit justa pedes
„ de ambe ipse Turri, de quarta parte sicuti incipit de
„ trasaricu (5), qui est in muru de preditta cibitate,
„ & dirette descendit in silice, que est via que venit a
„ ista cibitate, & ut ipsa silice se conjungit ad Croce cum
„ ipsa priore fine, & de una ex ipse jam ditte petie si
„ Dei voluntas fuerit, cupimus costruere Monasterium ut
„ dixsimus in ea ratione & ordine, ut ibi fiad semper
„ congreacio Monachorum, aut Monasterio puellarum,
„ qui ibidem cotidie laudes Deo referant, & debitum (6)
„ Ecclesiasticum peragant. Nunc autem qualiter nobis con-
„ gruum esse videtur pro mercede & redemcione ani-
„ me nostre, ut jam & in futuro seculo de pecca-
„ tis nostris requiem & misericordiam invenire possi-
„ mus, per hoc scriptu disponimus & judicamus, ut
„ si Deo avente una ex ipse petie de terra per nos
„ vel per nostris eredibus, & aliis hominibus, cui
„ per nos dispositum aut in manum missum fuerit con-
„ structa fuerit, & firmato Monasterio, quatenus sint in
„ ipso Monasterio, & in ejus Ecclesia offertum & ju-
„ dicatum ambo ipse superius ditte judicate petie de
„ terris per ipse jam dittis finis & aliis omnibus re-
„ bus, adque substantiis nostris, que inferius declaramus.
„ Pri-

(4) Via Latina antiqua, qua Theano Calvum itur, de qua alibi diximus.
(5) Parvus ingressus portae urbis.
(6) Horas scilicet Canonicas, sacraque.

„ Prima vero curte & Turris que abemus in finibus Tea-
„ nense super Curnelianu (7) que abet finis de una par-
„ te ribio, qui dicitur Mamme (8), unde per tempus
„ (9) aqua decurrit, & ut advolbit justa terram Eccle-
„ sie S. Angeli, que fuit Guiselgardi Gastaldei. Alia par-
„ te via antica que decurrit inter hac terra, & terra
„ quam suptus dicimus, & ut revolbet per terram Ciri-
„ ni liberti nostri, filii Amici Jumentari, & aliquantulum
„ terre quam ego qui supra Atenolfus Comiti datam abeo
„ Johanni Ferrarii, unu capite tenet in bia que dicitur
„ Tramzista (10), aliu capite terra de homines de ipsu locu
„ Cornelianu. Secunda petia ibique loco in qua Ecclesia
„ S. Castrensi costructa est, & vinea plantata abet finis,
„ de unu latere fini ipsa jam ditte via antica, alio late-
„ re fini ribiu, qui descendit sub ponte marmoriu (11),
„ unde per tempus aqua decurrit per ipsi ponticello &
„ descendit in via que vadit per ipsu vicu de Cornelia-
„ nu & pergit contra campu justa ipso lacu, qui est in-
„ fra jam dittis finis & fini terra, que fuit Visancii Ju-
„ dici, & ut rebolvit justa terram cum vinea de ipsi ho-
„ mines de Cornelianu, & conjunget se cum eadem via
„ antiqua, que est in priore fine. Tercia vero petia de
„ terra & curte quam abemus in finibus ejusdem Tea-
„ nensis locu ubi nominatur Rusi (12) abet finis de una
„ parte via, que est silice, inde abet passus ducenti op-
„ tuaginta, de alia parte fine Severola (13), inde abet
„ passus

(7) Pagus antiquus vulgo *Cornigliano*.
(8) In aliis chartis dicitur *Mammola*.
(9) Videl. hyberno tempore cum pluviae excrescunt.
(10) Fortasse intermedia, seu *transigia*, idest transitoria. Vid. Ducang.
(11) Pons iste marmoreus magnifice super plurimos antiquos fornices extructus, non longe a Theanensi urbe hactenus extat.
(12) Adhuc nomen retinet *li Rusi* haud procul a Theani planicie.
(13) Locus mihi ignotus. Theanenses fortasse norunt. Nisi Spelmanni opinionem sequi velimus ap. Ducang. qui Seuverolas, fossas fuisse

„ paſſus mille biginti de tertia parte terra que fuit quondam Baſſi & de conſorte ejus abet inde paſſus quatrigenti quinquaginta & ſex, de quarta parte fine ribio de S. Felice qui eſt de parte de monte qui dicitur Ceſema, inde abet paſſus mille duocenti ad paſſum juſte perſone homini menſuratum. Quarta petia de terra & monte in ipſo monte noſtru qui vocatur Ceſema qui eſt ſuper aqua. qui dicitur A Sextu, in qua Eccleſia S. Angeli & S. Nazarii conſtructa eſt, finis abet de una parte (14) rabe, que dicitur de Almannu, alia parte via antica que vadit per pede de eodem monte, tertia parte alia rabe que dicitur Meldara, & deſcendit de ipſo fenoculare, quarta parte fini ſerra de ipſo jam ditto monte noſtru, que eſt ſupra jam ditta Ecleſia S. Angeli & S. Nazarii. Quinta petia de terra in planu ſub ipſo monte propinquo badu qui eſt in aqua de ipſo Sextu abet finis uno latere & amba dua capita terra cui ſupra germani, & alio latere fini ipſa jam ditta via (15) antica que vadit per pede de ipſu monte noſtru per ſingula latera abet paſſus ducenti & per ſingula capita abet paſſus octoginta ad paſſum juſtum. Sexta petia de terra & monte qui eſſe videtur in eodem monte noſtru de Ceſema in Cirritu planu, in qua Eccleſia S. Potiti & S. Nicolai conſtructa eſt abet finis incipiendo ab ipſu Cirritu, & badit per coſta de Ordicara que eſt pertinentem noſtra cui ſupra germani, & vadit per ſerra de monte (16) Calbellu, & deſcendit in puteum Taſſellarii,

fuiſſe, ait, in locis paluſtribus ad aquas eliciendas: Sic dictis, quod limitum loco eſſent, a Gallica voce *Seuver*, quæ ſeparare ſignificat.

(14) *Rava* hic pro nemoroſa valle accipitur, ſicuti & infra: Unde *Rave* noxium Papias apud Ducang. interpretatur, quod aër ibi fortaſſe parum ſalubris.

(15) Via antiqua, Latina olim appellata.

(16) Nomen adhuc *Calviello* retinet, e quo Johannem Antonium Campanum vere ortum duxiſſe ferunt.

„ larii , & aſcendit per colle Traverſu , & deſcendit in
„ jam ditta rave que eſt priore fine . Septima petia de
„ terra & monte eſſe videtur in ipſu monte noſtru de
„ Ceſema , & badit in locu de Valieri , in quo Ecleſia
„ S. Petri conſtructa eſt finis abet ex omni parte terram
„ de monte noſtru cui ſupra germani & abet per ſingu-
„ las partes paſſus centu quatraginti ad paſſu juſtu . O-
„ ctaba petia de terra. eſſe videtur in finibus Bairanu
„ (17), que eſt ſup. locum qui vocatur Teſtola infra mon-
„ tem de lapillu & monte de Cevarola , in qua Ecleſia
„ S. Mattei Apoſtuli conſtrutta eſt abet finis da una parte
„ terram Jeſualdi Clerici, & terra q. Roſi, & Joanni fi-
„ lii Joanni clerici de Capua, de alia parte fini ipſu mon-
„ te de Cevarola , da quarta parte . . . . monte
„ noſtru qui ſup. germanorum & de homines de caſa . .
„ . . . . . terre decem inſimul cum omnibus . . . . . .
„ . . . Nona petia de terra eſſe videtur in locu Marcza-
„ nu (18) , in qua Eccleſia S. Caſti edificata eſt , abet
„ finis una parte ribio, alia parte foſſatu unde per tem-
„ pus aqua decurrit, ut ſe jungunt ſimul de tertia par-
„ te terra noſtra cui ſupra germani, quarta parte . . . .
„ . . . abet paſſus centum. Decima petia de terra & Sil-
„ ba noſtra que eſt ſupra colli Planu (19), quam abemus
„ in locu piccilli (20) abet finis da una parte foſſatu un-
„ de per tempus aqua decurrit, alia parte terra Marti-
„ ni de Varvolano, & noſtra qui ſupra germani , tertia
„ parte terra Joannis Orci & Gauti filii Selterami, & no-
„ ſtra , quarta parte alia terra noſtra cui ſup. Comiti-
„ bus. Undecima petia de terra, que eſt in finibus Bai-
„ ranu

(17) Nomen hactenus habet *Fairano*.
(18) Marzanum etiamnum appellatur oppidum trans Theanum Calinum verſus ſub ditione Ducum de illuſtri familia de Petio Salernitanorum.
(19) An hic etiam mentio *Pilani* caſtri jam fort. deſtructi ? rite dubitandum.
(20) Fort. *Pacuilli*, locus ibi valde notus.

„ ranu in qua Eclesia S. Marie construtta est que est ea-
„ dem Ecclesia construtta sub ipsu monte qui dicitur Mor-
„ rone insimul cum quatuor terzaria (21) de terra in qua
„ eadem Ecclesia S.Marie construtta est, simulque Eccle-
„ sia nostra que ibi construtta est vocabulo S. Agapiti
„ justa fines de loco Mineanu (22) in ipso montem no-
„ strum, qui dicitur S. Leuci cum triginta modii de ter-
„ ra propinquo eadem Eclesia, abente per singula ipsa
„ modia tam in longitudo quam in latitudo per quatuor
„ partes per singulas partes passus triginta ad justa men-
„ sura. Duodecima petia de terra que est prato (23)
„ quam abemus in loco Petra mellaria (24) abet finis de
„ uno latu fini fossati ut decernit inter hec terra, & ter-
„ ra S. Benedicti, inde habet passus nonaginta unum &
„ revolvet per viam que fuit (25) antica abet inde pas-
„ sus sedecim & iterum revolbit justa terram de filiis
„ Sassi & inde abet passus sexaginta tres, & inde revol-
„ bet justa (26) riellu; unde per tempus aqua decurrit,
„ & vadit volbendo, abet inde passus trigintasex alio la-
„ tere terra que fuit qu. Aldefridi, & terra S. Vincentii
„ abet inde passus centu & tres, & ab inde volbet ju-
„ sta ipsa terra S. Vincentii, inde abet passus centum tri-
„ ginta tres ad justu passu. Tertiadecima petia de ter-
„ ra & presa & casa in quo habemus coquina, & fuit
„ cisterna que esse videtur intus eadem cibitate Teano
„ prope ipsa Porta (27) de subto habet finis unu latere
„ casa

(21) Terra *terzaria*, e qua pro tertia parte directo domino fructus pendebantur, etiam num locationes ad tertiam fructuum partem domino pendendam fieri cernimus.

(22) Fort. *Mignano*.

(23) Videl. ad animalium pascua.

(24) Vulgo *Pietramelara*, oppidum Dioec. Thean.

(25) Quae Aliphiam versus ducebat, ut alibi diximus.

(26) *Riellus* .i. parvus rivus.

(27) Theani adhuc Porta extat, quae vulgo *Porta di sotto* nominatur, parum ab illa distat praesens S. Mariae Monasterium.

„ casa fabrita Unerici & Radoaldi Diaconi filii Sadalgri-
„ mi; aliu latere via nostra cui supra germanis unu ca-
„ pite ipsa via nostra que est justa platea aliu capite ci-
„ sterna nostra de mesu (28), quod nobis reservabimus.
„ Quartadecima petia casa fabrita vetere ibique in quo
„ est guaizo (29), & terra vacua, que est terra in unu
„ conjuntum finis habet una parte scripta via nostra que
„ vadit justa ipsa cisterna, alia parte fini muru de ipsa
„ casa nostra noba (30) fabrita, in quo de subto abemus
„ stabblu (31) & valneum & desuper janeczu (32) tertia
„ parte fini muru de preditta Cibitate, de quarta par-
„ te fini trasenda nostra que pergit ad ipsu pristinu (33) no-
„ stru. Quintadecima petia de presa & casa nostra ibi-
„ que in quo abemus ipsu jam dittum pristinu abet finis
„ una parte jam ditta trasenda alia parte fini ipsu mu-
„ ru de scribta Cibitate tertia parte alia trasenda quar-
„ ta parte fini presa & casa quod resides Allo Castald
„ fil. Guiselgardi Castaldi. Sextadecima petia de presa
„ & casa intus eadem Cibitate propinquo Ecclesia S. Ma-
„ rie abet finis uno latere via nostra cui supra Germa-
„ ni, alio latere presa & casa scripte Ecclesie S. Marie
„ unu capite presa quod nos datum abemus in Monaste-
„ rio nostro Domini Salvatori de monte Cucuruzu (34),
„ alio capite presa nostra cui supra Germani quot nobis
„ reserbabimus per singula latera in longitudo abet pe-
„ des triginta, & per singula capita pedes triginta ad
„ pede

(28) Hic fons qui in media via excurrit, & adhuc extat, intelligendus omnino est.

(29) Vulgo nunc *Gaifo*.

(30) Nova Comitum Theanensium sedes.

(31) Stabulum, & piscinam.

(32) Hic aqua haeret. Aliis explicandum vocabulum relinquitur.

(33) Pistrinum lege, idest, *Panettaria*. Unde Pistrinarii Pistores.

(34) Mons qui supra Theanum, vulgo *Cuccaro*, seu *Luccaro* appellatus: Monasterium olim ibi Casinensium; inde desolatum, de quo nemo hactenus, quo ad scio, meminit. Post plura secula concessum Fratribus Servis B. M. Virginis, quod hactenus incolunt.

„ pede juste mensuratum, & unum molinu nostru quem
„ abemus justa fines de ipsa curte nostra de Sanctu Ste-
„ fanu de finibus Alifana quod fuit Papares filii Barusi,
„ simulque & duo molina in aqua que dicitur Sextu,
„ ubi pars jam dicti Monasterii ipse edificare boluerit
„ omni tempore da badu de ipsu sextu in ipsu alveu de
„ ipsu flubiu in subtus descendente passus duomilia a per
„ traversu passus decem cum aquis & ripis, & sedimen
„ & formali & clusurii eorum, & cum omnia que ad ipsa
„ jam ditta molina pertinent, & una petia de terra de
„ ipsa locora & curte nostra que abemus in loco Vaira-
„ nellu (35) super ipsa molina monacisca in longitudo
„ per singula latera passus viginti, & per singula capita
„ passus quindecim ad passu justu. Igitur & ego qui su-
„ pra Lando Comes dispono & judico a mea parte ut sit
„ offertum & judicatum in ipso jam ditto Monasterio una
„ petia de terra que est Valle in Cibitate vetere que di-
„ citur Broilu que abet finis & mensuris unu latere ter-
„ ra scripti Episcopii super ipsum cilium (36) Valle men-
„ surando passus centu quatraginta sex, aliu latere per
„ ipsu aquariu passus septuaginta octo, & aliquantulum
„ terre mancole, qualiter vadit & volbit passus septem,
„ & ab inde volvendo passus septuaginta unu capite su-
„ bto ipsa Vripta (37) passu biginti tres & ab inde bol-
„ vendo passus tres, & quomodo vadit volbendo per ipse
„ Vripte passus tredecim, & avinde bolvendo fini ipso
„ aquario & via publica passus decem & octo, alio ca-
„ pite terra scribti Episcopii passus triginta septem ad
„ passum Landoni (38) Seniori Castaldei mensuratum. Et
„ septem petia de terre mee quas abeo in finibus ejus-
„ dem

(35) Etiam nunc dicitur *Vairanello*.
(36) Idest Vallis labrum, seu ripam.
(37) Id est Crypta.
(38) De hoc Landonis senioris passu, quo totus Capuae Comitatus sub Langobardis utebatur, passim Tabulariorum nostrorum veteres chartae.

„ dem Teanenſis. Prima petia in loco qui vocatur Riu „ Cajani (39) prope ipſu Caſtellu abet finis cum latere „ riviu inde abet paſſus duocenti biginti, alio latere via „ unde abet paſſus duocenti decem uno capite terra de „ filiis Majoni Wiſci, abet inde paſſus centuvigintiquin- „ que & alio capite terra de filiis Venerusi, & inde ha- „ bet paſſus ſexaginta quinque. Secunda petia de terra „ intus in Cibitate vetere Teanenſe quam mihi in co- „ mutatione datum habet Dominus Lando (40) Epiſco- „ pus, abet finis una parte terra mea cui ſupra Lando- „ ni Comiti que fuit S. Benedicti incipiente de via que „ eſt ſilice quomodo vadit uſque in limite qui decernit „ inter hec terra & terra que eſt Toru que fuit Bene- „ dicti famulo ditti Epiſcopi inde abet paſſus octoginta „ quinque, alia parte fini ſcripta limite, & quomodo va- „ dit volvendo circa terram Ecleſia Domini Salbatori in „ qua (41) Xenodochio eſſe dignoſcitur ſubjecta ſcripti Epi- „ ſcopii & inde abet paſſus nonaginta quatuor, tercia „ parte limite qui decernit inter hac terra & terra de „ filiis qu. Stefani abet inde paſſus ſeptuaginta tres. Ter- „ cia petia de terra in ipſa cibitate vetere ſupra capu „ qui dicitur de Angelperti qui fuit de Gualpertu Pre- „ sbiteru, ubi ſupra nomen dicitur Priſtinaru (42) quam „ mihi in commutacionem datam abet Andrea filius qu. „ Joan-

(39) Fort. idem quod nunc *Cajanello* appellatur, Pagus, quem prope rivus excurrit.

(40) Lando hic Epiſcopus Theanenſis neque Ughellio, neque aliis hactenus notus. In Ughellio ipſo poſt Angelarium, qui vixit uſque ad ann.circ.CM.lacunam videmus annorum CVI. Quare in ſerie Epp. Theanenſium Lando collocandus videtur ab ann. circ. CMXC. ad ann. MVI. quo degebat Sandrarius Epiſcopus Theani. Non abs re etiam conjiciendum puto, Landonem hunc Epiſcopum e genere fuiſſe veterum Capuae Comitum, & fortaſſe e familia Comitum Calvenſium. At aptius, ac fuſius alibi.

(41) Eccleſiam S. Salvatoris cum Hoſpitali intelligit.

(42) *Priſtinaru*: locus Piſtrinorum, ubi urbis *Panetteria*, ut ſup. notavi: aut quod inde Gualpertus cognomen ſumſerit *Priſtinaru*. Lectoris judicio diſcutiendum relinquitur.

„ Joannis finis habet amba latera & unu capite terra que „ fuit ſcripti Epiſcopi abet de ipſu latere de ſupter quomodo advolbet ipſe interſico inſimul cum ipſo interſicu paſſus ſeptuaginta octo, & de ipſu latere deſuper abet in longitudo paſſus ſexaginta & de ipſu capite fini terra fuit S. Benedicti abet inde paſſus quatraginta. „ Quarta petia in ipſa Cibitate Vetere quam mihi in comutacionem datam abet pro pars Ecleſie S. Auguſtini Radoalt Subdiaconus & cuſtos ipſius Eccleſie finis abet unu latu via, abet inde paſſus nonaginta quinque, aliu latu terra ſcripti Epiſcopi & terra mea cui ſupra Landoni Comiti inde abet paſſus centum unu capite fini meo carvonariu, inde abet paſſus triginta alio capite fine terra ſcripti Epiſcopii paſſus biginti quinque. Quinta petia ibique adjunta quam mihi datam abet Ubberto & Joanne & ucxoribus eorum finis abet una parte ipſu carvonariu per ipſu ciliu deſuper menſuratum abet inde paſſus biginti quatuor alia parte fini limite de terra ſcripti Epiſcopii inde abet paſſus trigintaduo, tertia parte ſupradicta quarta petia que fuit S. Auguſtini paſſus trigintaſex, quarta parte terra, in qua ſuptus dicimus paſſus bigintiduo. Sexta petia ibique conjunta quam mihi venditam abet Jaquinto filio Grimoaldi & Guiſelgardo & Juliano filio qu. Gauti que eſt terra vacua (43) & riparia una ſe tenente finis abet unu latere fini medio carvonariu qui eſt de parte da barcu (44) nobu inde abet paſſus quinquaginta tres, alio latere fini limite qui eſt de terra ſcripti Epiſcopii, ſic quomodo advolbit ipſu limite abet inde paſſus quinquaginta ſex unu capite terra que fuit ſcripti Epiſcopii ſic quomodo menſurando incipit de preditto meo Carvonariu inde abet paſſus trigintatres alio capite fini ſupradicta quinta petia paſſus quatraginta unu. Se-

„ ptima

(43) Vacua, ideſt, in qua arbores non ſunt ſatae, vulgo *campeſtris*.
(44) *Barcus*, ſeu *Bargus*, erat patibulum, e quo ſceleſti, qui capite pleAendi erant, ſuſpendebantur. Ducang.

„ ptima petia in campu qui dicitur de Angelperti quam
„ mihi venditam abet Petri filii Juge abet finis unu la-
„ tere fini mediu ipſu carvonariu de ipſa cibitate vete-
„ re inde abet paſſus octoginta, alio latere terra mea cui
„ ſupra Germani dico Landoni Comiti, inde abet paſſus
„ octoginta, unu capite fini terra & riparia mea cui ſu-
„ pra Landoni Comiti paſſus triginta nobem alio capite
„ ſimiliter terra mea paſſus quinquaginta nobem ad paſ-
„ ſum qui fuit ipſius Landoni Senioris Caſtaldei menſu-
„ ratum. Inſimul cum ipſe ſcripcionibus meis quod de
„ ipſa petia de terra firmitatem abeo. Igitur nos qui ſu-
„ pra Lando & Atenolfo Comitibus diſponimus & judi-
„ camus ut ſit offertum in ipſo jam dicto noſtro Mona-
„ ſterio hoc eſt de ipſe terre noſtre quas abemus in fi-
„ nibus Capua foras ipſa curte noſtra de Maiuliſi (45)
„ in ipſa ceſa juſta via publica que pergit ad campu (46)
„ Caliani modii de terra duodecim, & decem modii de
„ terra in ipſu pratu noſtru de Santa Fauſtina (47) ad
„ ſcriptum paſſum menſuratum: & una preſa terranea in-
„ tus Capua propinquo ipſe caſe (48) noſtre fabrite per
„ as finis & menſuris, de unu latere & unu capite pre-
„ ſa noſtra quod nobis reſervabimus & alio latere fini
„ muru de caſa que fuit Algiſi (49) filii Adelgiſi, & pre-
„ ſa de filii Aurenti, & alio capite traſenda puplica per
„ ſingula latera in longu abente pedes quadraginta, &
„ per

(45) Oppidum olim *A cento*, inde *Majoriſe*, cujus etiamnum ve-ſtigia ſuperſunt, & locus hactenus *Majoriſe* appellatur; e Capua Si-nueſſam verſus paſſ. circ. M. diſtat. de quo alibi meminimus.

(46) Nunc *Campogagliano*, quem a floribus ſponte naſcentibus, *Campoſiorito* etiam vocitant, haud procul ſupra memoratum locum *Ma-joriſe* ſitum.

(47) Ita etiamnum adpellatur.

(48) Theanenſes igitur Comites, Campanorum Principum conſan-guinei, Capuae etiam ſuam domum habebant; ſicuti & ceteri Co-mites Aquinenſes, Aeſernienſes, Preſentiani, Gallutii &c. de quo alibi fuſius agendum.

(49) E quibus nomen huic familiae ortum, ut ſupra.

" per singula capita pedes biginti quinque ad pede de
" manu qui fuit ipsius Landoni Castaldi mensuratum.
" Insimul & quindecim petie de terra quas abemus in
" finibus Capua in locu Faucianu (50) foras ipsa curte
" nostra de eodem loco. Prima petia cum sedivilia finis
" abet unu latere terra de filiis Domini Landenolfi (51),
" alio latere terra de filiis Domini Landolfi (52) per sin-
" gula latera abet passus centum triginta sex amba ca-
" pita bie, da uno capite passus quadraginta duo, &
" alio capite passus quadraginta unu. Secunda petia ubi
" est Eclesia destrutta vocabulo S. Naczari finis abet uno
" latere terra de ipsi filii Domini Landenulfi, alio late-
" re terra que fuit Domini Landoni Episcopi per sin-
" gula latera passus centum duodecim unu capite bia
" aliu capite tenet in ipsu fundu Sancti Naczari per sin-
" gula capita passus biginti quatuor. Tertia petia finis
" abet unu latere terra que fuit Domini Landoni Epi-
" scopi abet inde passus quatraginta septem; alio latere
" terra de ipsis filiis Domini Landenolfi, inde abet pas-
" sus quinquagintasex unu capite terra que fuit ipsius
" Domini Episcopi passus quatraginta nobem, alio capi-
" te terra Retalgerimi & inde abet passus quinquaginta.
" Quarta petia finis abet amba latera terra de ipsis filiis
" Domini Landenolfi passus quinquaginta sex amba ca-
" pita terra nostra cui supra germani per singula capita
" abet passus quindecim. Quinta petia finis abet unu
" latere terra nostra qui supra germani & terra de filiis
" Domini Landenolfi, alio latere terra de filiis Domini
" Landolfi per singula latera abet passus septuaginta no-
" bem, unu capite terra de filiis Domini Landolfi, alio
" ca-

(50) Locus haud longe a Sinuessano monte Massico, ortum, ac meridiem prospiciens, qui adhuc *Fauciano* appellatur, ubi fortasse tunc temporis finis Capuae Principatus, ac Comitatus Theanensis initium.

(51) Capuani Principis.

(52) Landolfi V. Benev. Principis.

„ capite terra Rottelgrimi per singula capita passus octo.
„ Sexta petia finis abet unu latere terra de ipsi filii Domini Landolfi alio latere terra Sante Nastasie per singula latera passus octogintasex unu capite terra de ipsis filiis Domini Landolfi passus tredecim, alio capite via passus quatuordecim. Septima petia finis abet unu latere via passus octogintaseptem, alio latere terra que fuit Domini Episcopi passus octogintaduos uno capite terra S. Nastasie passus trigintaquatuor, alio capite terra de homines de Arzanu (53) passus sexagintaduo. Octaba petia finis abet uno latere terra de hominis de Arzanu, alio latere terra que fuit Domini Episcopi per singula latera passus octoginta nobem unu capite bia passus sexdecim, alio capite terra Rottelgrimi passus decem & septem. Nona petia finis abet unu latere terra Pandenolfi alio latere terra de homines de Sarczanu per singula latera passus bigintiocto amba capita terre Domnuandi per singula capita passus sexdecim.
„ Decima petia finis abet unu latere & unu capite bia & alio latere & alio capite terra Oderici per singula latera passus septuaginta & per capita passus biginti duo.
„ Undecima petia finis abet unu latere terra Oderici passus trigintasex aliu latere terra Ursi Maczamauri passus triginta & conjungit cum terra de filiis Roczi, unu capite terra Orderici alio capite terra scripti Ursi per singula capita passus bigintinobem. Duodecima petia finis abet unu latere terra de filiis Roczi alio latere terra Sancti Stefani per singula capita passus trigintaduo . . . .
„ . . . . Quartadecima petia finis abet unu latu terra de filiis Roczi alio latere terra S. Arcangeli & terra scripti Ursi per singula latera pass. centusedecim, unu capite terra Orderici pass. decem & nobem alio capite bia pass. qua-
„ tuor-

(53) Fortasse *Marczanu*, aut, *Sarczanu*, ut infra.

„ tuordecim. Quintadecima petia finis abet unu latere
„ terra que fuit Domini Episcopi alio latere terra de fi-
„ liis scripti Ursi per singula latera pass. centumsex unu
„ capite bia, alio capite terra S. Maximi per singula ca-
„ pita passus quadragintaquatuor ad scriptum passum
„ mensuratum. Necnon offertum & judicatum sit in ipso
„ jam dicto Monasterio & in ipsa ejus Ecclesia quadra-
„ ginta modia de terra infra fines de una petia de ter-
„ ra nostra quam abemus in finibus (54) Calbiu in loco
„ pastena in qua Eclesia nostra vocabulo S. Mariae con-
„ strutta est que est propinquo curte nostra de loco Fran-
„ culisi (55), & abet finis eadem petia de terra de unu
„ latere fini Saone (56), de alio latere fini bia que de-
„ cernit inter hec terra & terra nostra cui supra germa-
„ ni, & terra Eclesie S. Germani. Infra autem judicate
„ finis a parte de ipsa bia & caba que est saxata . . .
„ . . . . . . cum ipsa Eclesia S. Marie sit in eodem Mo-
„ nasteriu ut diximus offertum & judicatum ipsa quadra-
„ ginta modia de terra ad scriptum passum mensuratum,
„ seu & alia terra nostra que est Toro in eodem loco pa-
„ stena ad badu de ipse Caldanelle (57) que abet fines
„ da duabus partibus eodem Saone, de tertia parte via
„ & caba de quarta parte terra de filiis Bassi, insimul
„ & albeum de ipso Saone. Hec autem omnia que &
„ qualiter superius dicta sunt & declarata insimul cum
„ omnibus scripcionibus nostris que ipsas continere bide-
„ tur in ipso preditto Monasterio & dispositum & judi-
„ ca-

(54) .i. urbis Calvensis, seu *Calvi*, inter Theanum & Capuam sitae.

(55) Castrum, seu Turris Francolisii etiamnunc vocitatum in Dioec. Calvensi, eo tempore Comitatui Theanensi adscriptum.

(56) Fluviolus, qui a Theano Francolisium versus decurrit, cujus alibi meminimus.

(57) Locus balneorum, seu aquae morbis medendis aptae *Caldana*, & *Candana* tunc temporis appellata. Vide Peregrin. in Camp. & me in Appia. Hic locus *Caldanelle* erat fortasse ille prope Francolisium, ubi aqua acidula effluit, nec longe a Saonis cursu.

„ catum adque offertum cum biis & aquis & cursus aqua-
„ rum, & cum anditis (58) & sepis ac limitibus & ripis
„ & omnibus pertinentiis suis cum omnia inferiora & su-
„ periora sua ad possessionem ipsius Monasterii, & de ejus
„ Rectoribus (59). In ea videlicet ratione & inclinati
„ omnibus supradictis rebus & substantiis & in ipsa eadem
„ Eclesia abere deveant cuntis diebus bite sue Lucas
„ (60) Presbiter & Monacus adque Abbas, & Cristovoli
„ & (61) Niciforu Ancille Christi & eorum successore
„ que ab ipsis ibidem preordinati fuerint ad suam utili-
„ tatem, & de ipsa frugia (62), que in de dies annua-
„ liter dederit peragendum & faciendum inde omnia que
„ eorum placuerint ea videlicet sanctione super judicatum
„ in ipso monasterio & in ipsa Ecclesia sit dispositum &
„ judicatum, adque offertum & ubi Deo ausiliante invio-
„ labiliter consistere valeant in perpetuum sicuti a nobis
„ attenus & dispositum esse videtur. Itaut superius dicti
„ Lucas Abbas & ipsae ambo Ancillae Christi que jam
„ a nobis ibi preordinati sunt Rectores licentiam abeant
„ in ipsu Monasteriu ordinare Rectorem sive Da . . . .
„ aut virum bone operationis Abbatem aut religiosa
„ femina Abbatissa, & propterea cum monachis &
„ eodem Monasterio una cum jam dicte Eclesie &
„ predicte case seu nominate turris, terris, moli-
„ na & omnibus ceteris rebus adque substanciis & qua-
„ liter superius scripte sunt, vel qui ibidem Domino opi-
„ tulante augenda sunt cuncta & integra in suo juris do-
„ mi-

(58) *Andita* a Langobardis dicebantur terrarum repugula palis circumsepta: *Sepes* spinis & arbusculis: *limites* foveis, aut lapidum acervis obsiti.

(59) Pro Rectoribus hic intelligendi Praepositi, aut quicumque alii, quib. cura Monasterii committebatur.

(60) Lucas Casin. quidem Monachus, primusque Monasterii Praepositus, qui Abbas ob honorem dictus erat.

(61) *Cristivolis*, & *Nicifora* Sanctimoniales, ac Monasterii facile Fundatrices aliunde fort. a Comitibus evocatae.

(62) Terrarum quicumque fructus, seu cibaria. *Frugia* quoque aliquando pro *Frui*.

„ minio & poteſtate tenere dominare & regere adque gu-
„ bernare deveat , ſiquot ut ubi ille Rector quod illi
„ preordinaberit obierit, quatenus eligat ſibi Abbatem
„ vel Rectorem ex ipſe monaſterio (63) , ut Monache
„ Abbatiſſe & propter quale voluerint ipſa Congregatio
„ (64) cum conſenſu noſtrum vel de noſtrorum heredi-
„ bus, adque aliqua datione non preſumet vel quolibet
„ premium ut & pietatis & omnia inſtituta in lucra car-
„ nalium comutetur: ſet propter reberentia & amore Di-
„ vine Majeſtati talem Rettorem ibidem ad regendum
„ & dominandum & gubernandum ut diximus ſive quo-
„ libet premium ordinare deveant qui ſecundum Domi-
„ num qualiter nos inſtituimus dicta gubernet adque diſ-
„ tribuat per fratres & ſorores & per peregrinis & egen-
„ tibus & nullum noſtrum heredum unquam de ſupradi-
„ ctis rebus, vel que ividem Domino opitulante agenda
„ ſunt quomodo per vim auferre & ſubtrahere , & per
„ ſingulos annos dare deveant ipſe qui ſupra Lucas Ab-
„ bas vel ipſa jam dicta Ancilla Chriſti & ejus ſucceſſo-
„ res, quam & illi hominibus qui eodem Monaſterio re-
„ gere conſpicitur nobis cui ſupra Landoni & Atenolfi vel
„ ad noſtrorum heredibus per aldietatem (65) cenſum
„ unu cerea duplice gubitum ſemper in Paſca Reſur-
„ rectionis Domini aut infra ipſum annum quale tempo-
„ re pars ipſius Monaſterii voluerint. Seu & ego Radel-
„ garda Comitiſſa genitrix ipſorum cui ſupra Landoni
„ & Atenolfi & relicta ſuperius dicti Domini Atenolfi Co-
„ mitis filia Attoni Caſtaldei quam & ego Gerviſa Comi-
„ tiſſa filia Actoni Comitis, & uxor bidelicet ſcripti Lan-
„ doni Comiti ; necnon & ego Blacta Comitiſſa filia Ser-
„ gii Patricii , & uxor jamdicti Atenulfi Comiti , ſicut
„ nobis

(63) Ex ipſo Monaſterio Caſinenſium urbis Theanenſis eligi poterat Praepoſitus.

(64) Sive, ut dicunt, *Capitulum*.

(65) *Aldii*, ſive *Aldiones*, quibus opus imponebatur, aut ſervitus. Vid. Ducang. Lindebrog. Murator. alioſq. paſſim.

„ nobis cui supra mulieribus congruum est pro salbatio-
„ ne animae nostrae consentientibus nobis ipsi jam nomi-
„ nati Lando & Atenolfo (66) mundualdi nostri, in quo-
„ rum mundium nos esse cognoscimus, ut cum eorum
„ boluntate & per hoc scriptum disponimus & judica-
„ mus, ut sit offertum tam in ipsu jam ditto monaste-
„ rio, & in ipsa ejus Ecclesia cunta & integra omnem
„ partem pertinentiam nostram de ipsis omnibus supra-
„ dittis rebus & substanciis que superius ditta sunt & de-
„ clarata cum omnia inferiora & superiora sua. & una
„ cum biis & aquis & anditis suis & cum sepis & limiti-
„ bus & cum pertinenciis suis & cum omnia que ibidem
„ Domino opitulante ajenda (67) sunt totum, & inte-
„ grum ipsos sit offertum ad posessionem ipsius locis &
„ de Rectores in ea racione & ordine ipsa pars & perti-
„ nenciam nostram de ipsis viribus (68) nostris & mulie-
„ ribus (69) licenciam & potestatem abeant Rectores
„ ipsius monasterii, & de ejus scribtis rebus & substan-
„ ciis fieri sibi inde tutori & defensori per ipsum scri-
„ ptum & cum ipse scribcionibus nostris quod ibidem of-
„ ferimus, & pro aliis eorum racionibus ut melius potue-
„ rint & scierint, tantummodo omnia supradittis rebus
„ obligamus tam nos & nostris heredibus ipsos defendere
„ ad pars ipsius monasterii ab omnibus hominibus vel
„ partibus que ipsos per nostri datum abereque fierent.
„ Quapropter ut cunta que & qualiter superius scribta
„ esse videntur firma stabiliter incommutabili ordine per-
„ maneant in eternum, & ut nobis & omnibus nostris
„ parentibus quorum justa fuerunt vel que ibidem Do-
„ mino opitulante a nobis vel quibuslibet & fidelibus Cri-
„ sti-

(66) Mundualdus a *Mundio*, quod idem ac tutela, securitas, patrocinium. Unde Mundualdus uxoris vir erat, scil. ejus tutor, ac defensor. Passim ap. Scriptores mundualdos invenies.

(67) .i. Agenda.

(68) .i. Viris.

(69) .i. Uxoribus.

„ ſticulis aduc agenda ſunt perficiatur ad eternam remu-
„ nerationem, & perpetuam felicitatem, & illut nequa-
„ quam a nobis vel a noſtris eredibus diſrumpendum aut
„ minuendum pariterque conſenſu obligavimus nos omnes
„ ſupra nominati viri & mulieribus nos & noſtris eredi-
„ bus, nos autem que ſupra mulieres cum conſenſu &
„ boluntate de ipſis jam dittis mundualdis noſtris, vobis
„ cui ſupra Luce Abbati & jam dittae Ancille Chriſti
„ & ad Rectores ipſius Monaſterii qui eum regere con-
„ ſpicitur, quam & ad illis hominibus qui unc ſcribtum
„ pro parte prefati monaſterii in puplico judicio oſten-
„ ſerit, ut ſi aliquando tempore vos ipſis vel quiſcun-
„ que de noſtris eredibus de cunta que & qualiter ſupe-
„ rius legitur diſrumpere aut retornare vel inde aliquod
„ minuere queſierit per qualiſcumque homo qui ipſos
„ inde ſuptrahere queſierit per qualecunque modum, abeat
„ partem in igne perpetuum cum Juda qui Dom. Jeſum
„ Criſtum traditit ad crucifigendum, & cum Anna &
„ Caifa & cum aliis impii Judei qui Dominum tratide-
„ runt & cum Anania & Saffira ad diem judicii ſedead
„ cum impiis at ſiniſtram partem & audiat vocem D.
„ N. J. Criſti dicentem ſibi ite maledicti in ignem eter-
„ num quia paratum eſt vobis perpetuum incendium
„ quia male perpetraſti: & totum & integrum illut ad
„ partem & poteſtatem ipſius monaſterii non dimiſerimus
„ in ipſa racione que ſuperius diximus, vel ſi hunc ſcri-
„ btum in qualibet parte refutare temptaverimus, aut
„ ſi omnia ſupraditta in preditto monaſterio, & at ejus
„ Rectores non compleberimus ut dictum eſt mille ſolidi
„ aureos Vizanteos penam nos & noſtrorum eredibus com-
„ ponimus & dare obligamus vobis Luce Abbati & ad
„ jam ditte Ancille Chriſti vel ad pars jam dicti Monaſte-
„ rii ſeu ad illis hominibus qui hunc ſcribtum pro par-
„ te ipſius monaſterii in puplico oſtenderit in cauſacione
„ contrariam partem, & omnia ſupradicta per inibitis
„ vobis compleamus in ipſa racione que ſuperius legitur,
„ & ſi de omnibus ſupradittis rebus & ſubſtanciis que

„ ſu-

„ superius legitur qualiscumque homo aliquid inde sup-
„ trahere quesierit, & beniat & ipsa anatema que supe-
„ rius legitur excepto persolbentes vos & pars ipsius mo-
„ nasterii nobis cui supra Landoni & Atenulsi & ad no-
„ stris eredibus jam dicta aldietate annualiter semper ut
„ supra diximus, & nos que supra mulieribus abeamus
„ ipsam partem nostram ad frugiendum (70) ipsa cuntis
„ diebus vite nostre ut superius legitur & scribtum ipse
„ de omnibus que continet firme permanead perpetuum.
„ Et taliter nos qui supra Lando & Atenulsus germani
„ Comitibus, & nos que supra mulieribus Radelgarda &
„ Gervisa & Blacta Comitisse unanimiter, pariterque cum
„ consensu supraditti mundualdi nostri pro salbacione ani-
„ marum nostrarum fecimus, & te Martinum Clericum &
„ Notarium scribere rogabimus. Actu Teanense ✝ Ego
„ Suppo Iudex ✝ Ego Sauus ✝ Ego Sactico.

Plura equidem sunt, quae hoc in Diplomate adnotanda videntur I. Atenulsum patrem horum Teanensium Comitum (e quibus Presentiani Comites, Gallucii, Roccaeromanae, Cajanelli, aliique hujus Principatus Capuani Comites prodiere, ut alibi dicendum erit) Landonis & Atenulsi, germanum fuisse Landenulsi Capuae Principis, ejusque uxorem fuisse Radelgardam, de quo nihil omnino meminit Peregrinius noster in Stemm. Princ. Langob. de quo inferius. Quare Lando & Atenulsus Landenulsi Capuani Principis nepotes erant.

II. Landonis uxor Geruisa, seu ut aliter Jervisa, vocabatur, ut habet etiam Peregrin. l. c., quem immerito carpit Abb. Gattula Hist. Cas. to. 1. p. 106. ac Jesulsam appellat ex male transcripta donationis charta, quae extat in Tabulario Casin. exarata sub Abb. Mansone, qui sedit ab ann. CMLXXXVI. ad CMXCVI. quam ibi producit: nam in illa, aliisque chartis in Reg. Petri Diac. legitur semper *Gervisa*, & *Jervisa*, non autem

(70) Ad fruendum scil.

tem *Jesulsa*, ut ipse legit in charta donationis anni CMXCV. videlicet: „ Ideoque ego mulier nomine Jer-
„ visa (*a*) Comitissa que fui (*b*) uxor bo. mem. Landoni
„ Comitis (*c*) de Comitatu Tiano & filia Actoni (*d*) Co-
„ mitis, & modo sum uxor Rainaldi Comitis (*e*) filii bo.
„ rec. Berardi Comitis (*f*) declaro me abere quartam
„ partem de curtis & terris que fuerunt supraditti Lan-
„ doni Comitis viri mei quibus prima ex ipse curtis &
„ terris esse (*g*) videtur in Gualdu Patriense, secunda
„ curte & terris in Liburia (*h*) loco Griciniano . . . . . .
„ alia in loco qui dicitur Faucianu (*i*) que sunt in Can-
„ cie loco S. Faustina &c. Neque hoc unum, aut alterum Gattulae erratum in veterum chartarum transcriptionibus, ut omnes fere norunt. Miror tamen, quam ob causam ipse Peregrinium notare audeat, qui plura fortasse scripturarum, ac Codicum monumenta evolverat, nondum in Casinensium omnium, sed in aliis etiam totius Neapolit. Regni tabulariorum pluteis, ac bibliothecis. Ad rem nostram redeat sermo. Gervisa isthaec Teani Comitissa, viro Landone defuncto, cum Rainaldo Marsorum Comite anno CMXCIX. secundo conjugium iniit, ut habet Peregrin. sed perperam, excusoris fortasse lapsu. Nam anno CMXCV. ut ex Charta a Gattula producta patet, jam uxor erat Rainaldi Gervisa. Imo etiam anno CMXCIII. exeunte, quo occisus fuit Princeps Cap. Landonulfus, jam Gervisa, ut suspicor, nupserat Rainaldo; qui Capuam cum fratre profectus fuerat, ut mortem

(a) *Jesulsa* legit Gattula.
(b) *Fuit*, Gatt.
(c) *Comiti Comitato Theano*, habet Gattula.
(d) *Adtoni*, Gatt.
(e) *Fili*, Gat.
(f) *Comiti*, Gat.
(g) *Exe*, Gat.
(h) *Liburiae*, Gat.
(i) *Fancianu*, Gat.

Landenulfi ulcisceretur, ut habet Ost. L. II. c. 10. Rainaldus enim Marsorum Comes multiplici affinitatis nodo cum eodem Principe conjunctus erat. Neque a Peregrinio fortasse epigramma in tumulo Landonis hujus inscriptum rite intellectum opinor. Ex illo namque, quod extat in Paroecia S.Johannis ad Curtim Capuae, clarissime ni fallor, evincitur & aetas Landonis, & dies, annusque emortualis. Ibi detritis quodammodo literis ita legitur.

Comes M . . . . (a) Tianense Cibitatis
Subter hoc tumulo requiescit nomine Lando
Corpore dum vicsit cristicola denique mansit
Nobilis & magnus clarisque parentibus ortus
Omnibus acceptus multa bonitate refertus
Annorum (b) triginta sue post tempora vite
Adgestus (c) septem tunc terram terra recepit
Nobem (d) nongentis tribus annis fulcsiit astris
Primo (e) mense dies decimu qua datus in orbe (f).
Criste tuo succurre fideli dicite cunti
Huc venientes & redeuntes ita legentes ✝.

III. Blacta uxor Atenulfi Comitis Theanensis etiam adhuc cunctis ignota prorsus erat. Filiam Sergii Patricii, Neapolitani illustris viri fuisse conjicio, ac de Sergiorum fortasse Ducum, seu Consulum familia, cujus frequens in Neap. chartis memoria extat. Quandoquidem Sergii nomen Graecum fuisse, non vero Langobardum, fatendum omnino est; quodque magis Patriciorum dignitas confirmat, quae tum Neapoli, ceterisque in urbibus Graeco Imperatori subjectis, plurimum vigebat.

Cae-

(a) Fort. *Magnanimus*?
(b) .i. *Vixit ann.* XXXVII.
(c) *Adgestus* participium ab *Aggero*; .i. *sepultus*;
(d) *Ann.* 993.
(e) Mense Januario die X.
(f) Eodem, quo natus fuerat, die. Neque a veritate absonum puto.

Ceterum, hoc S. Mariae Monasterio vel terraemotibus, vel hostium incursionibus, aliove infortunio exciso, ac pene desolato, Sacrae Virgines in vetus alterum S. Mariae quoque nuncupatum, fuerunt cooptatae, ibique demoratae, donec novum deinceps ad pomerium urbis, ac juxta Portam olim Planam, nunc Episcopalem appellatam, extructum fuit Coenobium; priscumque semper suum S. Mariae *de foris* nomen retinuit, ut ab altero jam Capuam translato, ac S. Mariae *de intro* vocato, distingueretur. Viget hactenus hoc Monasterium, licet antiqui splendoris aliquantum amiserit, ac in pejus profecto ruisset, nisi CL. Annae Galluciae Neap. patriciae e veterum Theanensium Comitum sanguine ortae, quae illi multoties praefuit Abbatissa, cura ac diligentia accessisset, quo in pristinum splendorem, ac decus illud restituendum curavit.

F I N I S.

INDEX
TOMI I.

A

ABella 163
Acerentia a Graecis obsessa. 17
Adelcisus Desiderii Regis filius. 45
Adelmarius contra Radelgisum sociatus. 96
Ademarius Salerni Princeps. 103. 109. Ejus inimicitiae cum Guaiferio. 110. Ejusdem obcaecatio. ibid.
Aesernia. 209. seq. & 214.
Agropolis sub Saracenis. 144. seq. 152.
Agebrandus Spoleti Dux. 35
Agelgisus, seu Algisus. 57. seq. 79
Ajo Dux, Arechis filius. 9. ejus mors. 12
Ajo a Graecis rebellat. 162. a Graecis victus. 172. Barium cedit. 176. a Guidone Spol. Duce captus. 158. 166
Ajo, Radelchis frater, Benev. Princeps. 143. Ejus inconstantia. 150. Liburiam praedatur. 166.
Alezecus Bulgarus. 24
Angelarius Abb. Cass. 164
Anglena locus prope Capuam. 158.
Annus Embolismalis. 94
Antinianus locus prope Capuam. 140.
Apocrisarii qui sint. 128
Aquinum. 210. 220. seqq.
Arechis Zotonis Ducis successor. 5. Fide Catholica imbutus. 6. Ejus mors. 9
Arechis alter. 81. 84
Arena. Vide Colossum.
Arioaldus Rex. 8.
Arodus ab Arodia Sveciae urbe. 8
Astulfus Rex. 41. & 42. Ejus mors. 44
Atenulfus a Pandenulfo captus. 137. Fratribus foederatus. 149. ad Athanasium recurrit. 159. Capua potitus. 160. 164. cum Ajone Liburiam praedatur. 166. Ab Athanasio devictus est. 167. & seq. cum Saracenis Neapolim vastat. 173
Atella. 156
Athanasius Mag. Milit. Neap. Saracenis foederatus 134. Cum Langobardis inde. 143. Pandonulfum & fratrem fraude capit. 145. Ejus machinationes in Capuae Comites. 148. & seqq. Capuam praedatur. 165. ab Atenulfo debellatus, foedus init 170. post dies foedus scindit, & superatur. 172
Autharis Rex & ejus Columna. 1. & 2.

B.

BArium a Ludovico Imperatore captum cum Saodan Sa-

Saraceno. 121. a Graecis occupatum. 110. Ab Ajone) Graecis cessum. 176
Basilius Imp. ejus mors. 146. Ejus filii Leo, & Alexander Aug. & Stephanus Patriarcha, ejecto Photio. 146. seq.
Bassacius Abb. Cass. ad Ludovicum Imp. legatus. 103.204
Beneventani Ducatus divisio. 102. ejus fines. 17. Saraceni praedamur. 115. a Graecis subjugatur. 174. a Saracenis multoties devastatus. 194. Qua da causa Saraceni Beneventanam Regionem introijerunt. 201
Beneventi obsidio. 18
Beralais, Amphitheatrum V. Colossum.
Bertharius Abb. Cass. 120. 139. 201.
Bovianensis Gastald. 116
Brutiorum Provincia. 6
Bulgarorum Dux, Gastaldus efficitur. 24.25
Bulgarorum lingua. 26

C

CAesareus Sergii Neap. Ducis filius capitur. 112
Calfo Sarac. Rex. Barium fugit. 99.
Calatia, Cajacia, ejusque Castrum. 114. 117. 131.
Calinium, seu Calinulum. 157
Calor fluvius. 21
Calvense Castrum. 137. seq. ejus Monasterium Capuam translatum. 123
Campus de Neapoli ubi fuerit. 222. seq.
Capuae Novae constructio. 108. 211. obsessa 110. iterum obsessa 132. a Ludovico Imp. submissa 120. Ejus incendium 133 ab Athanasio iterum impetita. 144. 151.
Capuani Comitatus extensio. 104. 131. 229. Salernitano Principatui adnexus. 106. Ejus territorium a Saracenis vastatum. 146. inde ab Athanasio. 151.
Capuanus Episcopatus divisus. 139. Dioecesis exensio. 144. Ejus urbis Portae. 141
Carlomannus Caroli Regis Francorum filius Monachus 40. seq. in Galliam missus; moritur, ejus corpus in Casin. Mon. transfertur. 42.43
Carolus Magnus Desiderium Regem Langob. subjugat. 45. 80. Romam petit 45. Beneventum pergit. 85. seq.
Carolus Calvus Imp. Romae coronatus. 129
Carolus Crassus. 174
Casairta, seu Caserta. 114.117
Casinense Monasterium Langobardi invadunt. 5. a Ludovico Aug. invisitur. 120. Instauratur. 157
Clanius fluvius. 168.216
Colossum, seu Castrum Colossense Capuae quid. 135.165
Constantiniana Basilica Capuae. 138. seq.
Constantinus seu Constans Imper. 17. Tarentum venit. 17. Beneventum obsidet, sed fugere cogitur. 18. seq.
Contum quidnam fuerit. 22.23
Cumanum Castrum a Beneventanis captum. 31
Cuneus quid. 112

Dau-

D

DAuferius insidias Grimoaldo tendit. 86. a Neapolitibus susceptus. 87. a Grimoaldo veniam impetrat. 89
Desiderius Rex. 44. urbes Exarchatus multas aufert. 45. a Carolo fugatus. 45.& seq.
Diaria & Dietae quae fuerint. 81
Docibilis Cajetae Dux Saracenos secum detinet. 150

E

ECclesia Sanctae Mariae ad Perticas 33. Sancti Stephani Capuae 139. & S. Petri 141. S. Scholasticae Theani. 216
Episcopi sub Langobardis quasi Comites censebantur. 142
Erchempertus Viri Patricii filius 46. seqq. Ejus Monachatus 48. Ejus captura 137. ejus mors. 157. ejus legatio ad Stephanum PP. 51.& seq.164

F

FAroaldus 1. Spoleti Dux. 4
Faroaldus 2. Trasemundi filius. 28. 32.
Forinum Oppidum. 21
Forojulii Ducatus. 7
Fundi urbs a Saracenis direpta. 203.
Furculae Caudinae. 99

G

GAstaldus apud Langobardos quis nam fuerit. 25
Gaideris Benev. Princeps. 132. Landonis cognatus. 142. Capitur 143. & fugit ibid. Constantinopolim perveniens ab Augusto honore afficitur. 143.seq.
Gisa Romoaldi Ducis soror. 19
Gisulfus Grimoaldi germanus Dux 27.Soram, aliaque loca depraedatur. 28. Cuncta inde restituit. ibid. Ejus mors. 29
Gisulfus Romoaldi Ducis filius.31. Contra eum parvulum insurgunt. 32. a Beneventanis defensus ibid. a Rege Liutprando ob suam aetatem expulsus.ibid. Rex Conibergam uxorem dat. 33. & ducatum obtinet. 36
Godescalcus Dux 34. ejus uxor Anna 35. fugiens Regis Liutprandi iram a Beneventanis occiditur. ibid.
Gregorius Dux Benev. 32. ejus mors. 34
Grimoaldus & Radoaldus fratres Ducatum Benev. administrant. 10. seq. Ducatum obtinet, mortuo Ajone. 12. Rex Italiae Grimoaldus creatur. 16. Beneventum ab obsidione liberat. 16.18.
Grimoaldus Romoaldi filius Dux 27. Vigilinda ejus uxor. 27
Grimoaldus Dux Arechis successor. 84. Uxorem repudiat. 85. quae cum Pipino egerit 86. insidias Dauferii superat 86. 87. Cum Neapolit. pugnat 88. dona recipit, inde occisus. 89
Guaiferius, exturbato Ademario Salerni Prin. ejus uxor Landelaica Landonis Comitis filia. 110. Monachus efficitur: ejus mors, & sepultura 142.Capuam obsidet. 132.seq.
Guaiferius Colossensis ab amicis ca-

captus, & Atenulfo traditus. 169.
Guaimarius I. Salerni Prin. Guaiferii filius ab Athanasio Neap. Duce expulsus 144. Graecorum auxilium implorat 150. Constantinopolim pergit. 162
Guido Spoleti Dux Capuam obsidet 108. seq. Benev. subvenit, inde discedit. 110. Saracenos in Gariliano dispergit. 153. Capuam capit 154. Benev. potitur 155. cum Capuanis foederatus. 161
Guido junior cum Saracenis pacem init 174. fugam arripit ibid. Saracenos ad Furculas perimit 175. Diademate coronatus. 178
Guinchisius Spoleti Dux. 85

H

Hilldericus Rex 33. Liutprando sociatus 34. ejus mors 40.
Hildericus Dux Spol. a Rege electus 32. ejus mors. 34

I

Johannes PP. VIII. Capuam venit. 140
Isernia & Bovianum combustae. 142.

L

Lambertus Dux Spoleti 115. Capuanos recipit 121
Lambertus II. Dux. 170
Lando Senior Capuae Comes 103. 104. paralysi percussus 111. moritur. 112
Lando Junior Neapolites subigit die S. Michaelis Arch. 111. Calvense Castrum instaurat 137. Saracenos Theano expellit 151. Capuae auxilium porrigit. 155
Lando Comes clam Capuam immissus pellitur ab Atenulfo, & Teanum regreditur. 163
Landulfus Cap. Episc. 107
Landulfus Suessulanus 163. Landulfus Cap. Episc. captus 132. 164. Inde electus Landenolfus. 131.
Landulfus Cap. Gastaldus, ejus crudelitas 96. 139. a Radelgiso desciscit, & Neapol. sociatur 97. ejus mors 104. quatuor filiis hereditatem relinquit. ibid.
Landulfus Episc. solus Capuam regit 114. 116. ejus mali mores, vitiaque descripta 117. 118. seq. Comitatum dividit inter nepotes 119. Ludovico Aug. carus 124. ejus mors. 130. seq.
Landulfus Landonis junioris fil. 100
Landonulfus Teanum regit 114. ejus uxor ibid. Suessulam capit 107. ejus mors 109
Langobardi Ariani 8. Regum eorum series. 176. seqq. 188
Leo PP. oratorium B. Petri moenibus cingit post Saracenorum irruptionem. 205
Liburia, ejusque fines 136. 161. 166. 222.
Lintres quid. 132
Liutprandus Rex in Trasemundum Ducem Spol. arma vertit 32. 35. expellit, & suo loco Agebrandum constituit. 35. Nepotem Gi-

Gisulfum in Benev. Ducatum remittit 36. ejus mors. 39
Lucania pro Pesto usurpata a Langob. 82
Luceria a Graecis prostrata. 17
Ludovicus Pius Aug. Caroli M. fil. 91. ejus collega Lotharius Aug. 92. a Landone in Saracenos vocatur 101. seq. iterum veniens Barim pergit 103. Ademarium Salerni Princ.creat,ibid. ejus constitutio 196. seqq. cum Saracenis pugnat, & Barim expugnat 120. seq. a Beneventanis captus 122. seq. ejus mors. 126
Lutharius Galliae Rex 100. ejus mors. 101

M

MAssar Sarac. Rex. 101.209
Melanicus Mons, seu S. Michaelis, ejus crypta mirabilis. 225
Mitola Capuae Comes. 20
Monasterium Cassin. Langobardi praedantur 5. 32. & Saraceni. 137. ejus custodia,postquam fuerit derelictum 32. S. Vincentii in Vulturno aedificatio 31. incensum 136. S. Sophiae Benev. 83. S. Mariae in Cingla 209. Theanense. 230. seq.

N

NEapolim Constantinus seu Constans Aug. pergit 20. a Sicone obsidetur 90. cui occurrit Ludovicus 91. peste ob Saracenos afflicta 143. ejus Religio propugnata 190. seqq. ejus bella cum Langobardis 111. an sacram S.Mich. Archang. specum in Siponto diripuerint. 216.seqq.
Nummi Langobardorum. 84

O

ORia, Oeria urbs. 143

P

PAndo Marepahis Landulfi fil. 104.
Pando Landulfi Praesulis frater occisus. 115
Pandonulfus Suessulae Comes. 107
Pandonulfus cum fratribus contendens, cum Gaiderisio, & Graecis foedus init 131.seq.Capuae obsessus 132. cum fratribus paciscitur 133. cum Neapol. & Saracenis sociatur 134. Colossum obsidet, pacem init, recepta Liburia 136. Johanni PP. VIII. se subdit 140. Neap. exulat cum fratre & filiis 145. Capuam obsidet Graecis & Neap. adjunctus.156. seqq.
S. Paulinus Cap. Episcopus. 106
Pertica quid apud Langob. 33
Petraria machina quaenam fuerit, 19.
Petronax Gregorii PP. permissu Mon. Cassin. habitare coepit. 29. 30.
Photii Constantinop. Patriarchae schisma. 147.seq.
Pilanum Castrum. 137
Pipinus Gall. Rex cum filiis a Stephano PP. uncti sunt 43. Papiam obsidet. 43
Primores urbis qui. 114

R

Radechis Comes Compsinus cum Sicone Grimoaldum Benev. Ducem dolo perimit 89. Monachus inde Caff. efficitur. ibid.
Radelchis Sicardo Benev. Princ. succedit 201. per Pandonem Gast. Barensem Saracenos in Siconulfum invitat 202. Totam cum Saracenis Siconulfi ditionem devastat, Capuam incendit, cum illo in Cannis pugnat ibid. seq.
Radelchisius seu Radelchis II. Adelchis fil. post Gaideris capturam, Princeps Benev. electus 142. ejectus. 143
Radelgarius Radelchis fil. patri in Princ. succedit 102. ejus mors 104.
Radelgisius Sicardi Pr. Thesaurarius, eidem succedit 95. Salernum fraude ductus vix fuga eripitur 97. Saracenos cum Urso ejus fil. aggreditur 98. cum Siconulfo pugnat. 100. ejus mors. 102
Radelgis Radelgisii Pr. fil. 143
Radoaldus, & Grimoaldus Beneventum pergunt. 7
Raptruda Ratchis filia monast. exstruit prope Cassinum cum Tasia ejus matre. 41
Ratchis Rex 40. Perusiam obsidet 41. Monachus efficitur. 41.42
Regum postremorum Italiae series. 39. seqq.
Roma, ejusque Ducatus a Saracenis vastatus: 203
Romoaldus Benev. Dux 16. conjux Theuderada 23. monast. S. Petri exstruit 26. Tarentum expugnat., Brundisium, aliasque urbes 26. ejus mors. 27
Romoaldus Gisulfi fil. patri succedit 29. Guntberga conjux 31. & Ravigunda ibid. ejus mors. 32
Rotharis Rex. 8

S

Saburrus Constant. Imp. Dux. 129
Sadducti familia Lang. illustris. 96
Salernum ab Athanasio obsessum 50., & a Saracenis. 123
Saodan Sarac. Rex Benev. Provinciam devastat 115. seq. 222. 228. capitur Barii & liberatur. 127
Saraceni a Pandone Barium vocati 98. Romanum agrum devastant 129. 202. a Siconolfo debellati 99. varia loca depopulantur 102. a Capuanis profligati 123. in Calabriam fugiunt 124. nova eorum irruptio 146. pugnant cum Graecis ibid. Athanasium Ducem Neap., & Athenulfum deludunt 168. quae damna irrogaverint 174. cum Graecis in mari confligunt & vincunt. 177
Scara quid ap. Langob. 123
Scariones qui. 173
Sclavi Sipontum appulsi a Grimoaldo Duce caesi. 12
Sesualdi mira virtus, & fides. 19
Sergius Neap. Dux Saracenis foederatus, a fratre ob impietatem obcaecatus Romam Papae mittitur. 129. seqq.
Sicardus Siconis fil. Ben. Princ. 92. ejus crudelitas 93. ejus mors. 94. 201.
Siciliam Saraceni invadunt. 92
Sico Ben. Pr. 89. 90. Gallis foede-

re junctus ibid. Neapolim obsidet. 91
Sico ad Princ. Salern. patri Siconolfo succedit. 107
Sico Comes Acherentiae Grimoaldum Princ. occidit. 89
Sicopolis castrum. 96.108.132
Siconulfus a germano in exilium pulsus 93. contra Radelgisum constitutus 95. quas urbes ceperit 97. 201. ejus pugnae 99. mors 102. thesaurum Cassin. abstulit. 206. seq.
Sila Calabriae mons. 6
Spoleti Ducum series in Tab. Ariulfus gentilis 4. Theudelapius, & Atto 15. Guido 100. ejus Ducatum Saraceni invadunt. 175
Stephanus PP. in Galliam profectus 43.
Stratores quid. 47
Suessa urbs. 137. 155.
Suessula, ejusque Castrum 112. 114. destructa. 134

T

TAurinensium Dux Garibaldus. 16
Telesia nova constructa 211. ejus Gastaldatus. 115
Teanum, ejusque Castrum 142. Saraceni invadunt. 150
Theatensium loca Spoletano Duc. adjuncta. 85
Theophylactus Stratigus Graecorum Ajoni rebellandi causa fuit. 162.
Theodemundi pons, ubi situs 111. 112.
Trasemundus Spol. Dux Faroaldi fil. rebellat a Rege Italiae, & fugit 32. Spoletum redit, Hildericum extinguit 34. expellitur, & clericus efficitur. 35
Trasemundus Capuae Comes 16. 20. Dux Spoleti a Rege Grimoaldo creatus, cui sororem uxorem dat 22. ejus mors. 28
Trifliscus collis 96. seq. ejus aquae curandis morbis aptae. 156. seq.

V

VAsa humata quae 138
Vesuvius mons. 143
Wachilabus Trasemundi 11. germanus Dux Spoleti regnat 29.
Winiberta Romoaldi filia. 27

Z

ZEta quid, & Zetula. 80. 139
Zoto 1. Benev. Dux 2. ejus mors. 5

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

GIovanni di Simone pubblico Stampatore in questa Città, supplica l' E. V. che dovendo ristampare: *la Storia de' Prencipi Longobardi di Camillo Pellegrini con nuove giunte, e addizioni di Francesco Maria Pratilli*, ne commetta la revisione a chi meglio le parerà, e l'averà a grazia, ut Deus &c.

Reverendus Dominus Pater Abbas D. Benedictus Latilla Canonicus Lateranensis S. Theologiae Antecessor, & Curiae Archiepiscopalis Examinator Synodalis revideat, & referat. Datum Neapoli hac die 26. mensis Martii 1749.

C. EPISCOPUS CAJACENSIS VIC. GEN.

Julius Nicolaus Ep. Arcadiopol. Can. Dep.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

EMinentiæ Tuæ juſſu legi Tom. I. Hiſtoriæ Principum Longobardorum, quam olim a Camillo Peregrinio illuſtratam, nupera editione, ineditis opuſculis, utillimis notis, doctiſque Diſſertationibus Vir Præclariſſimus Franciſcus Maria Pratilli auxit, adornavitque: Nihil in eo Sanctæ Religioni noſtræ, boniſque moribus difforme nactus ſum; ſed curas ſpeciales Eruditiſſimi Recentis Editoris quaquaverſum demiratus, commendabile illius ſtudium tenebris, & Antiquitatis barbariae detergendi res noſtras, illaſque ad novam veritatis lucem revocandi per quam maxime, ut meretur, laudare non valeo: Hoc meum judicium, quod Eminentiæ tuæ humiliter ſubmitto. Datum Neapoli in Conventu S. Petri ad Aram, die 10. Aprilis 1749.

Humillimus, & obſequentiſſimus famulus
D. Benedictus Latilla Can.Lat.Abbas.

Attenta relatione Reverendiſſimi Reviſoris imprimatur. Neapoli 26. Maii 1749.

C. EPISCOPUS CAJACENSIS VIC. GEN.

Julius Nicolaus Ep.Arcadiop. Can.Dep.

S.R.M.

S. R. M.

Giovanni di Simone pubblico Stampatore desiderando dare alle stampe, *la Storia de' Prencipi Longobardi di Camillo Pellegrino, colle note del Canonico Francesco Maria Pratilli*, supplica la clemenza della M. V. commetterne la rivisione a chi meglio parerà, e l'averà a grazia, ut Deus &c.

Admodum Reverendus D. Jacobus Martorelli in hac Regia Studiorum Universitate Professor in Cathedra Linguæ Græcæ revideat, & in scriptis referat. Neapoli die 17. mensis Aprilis 1749.

C. GALIANUS ARCHIEP. THESSALON. CAPPELL. MAJOR.

DO-

D O M I N E.

CAnonicus Franciscus Maria Pratillus natus quidem ad nostrates res historicas, & geographicas exornandas nihil prohibet, quin dignis laudibus honestetur: utinam Neapolitana vis omnis ingeniorum in id unum adlaboraret, messis quidem uberrima nobis undique objicitur, novaque haud procul urbe se prodit, & veluti immortua hodiedum exsuscitatur: ipseque exemplo suo nos urget: nam cum viam Appiam, præsertim quæ per Regni hujus bonam partem instrata erat, antea occultam, vel penitus ignotam summo labore aperuerit, nunc historiam posterioris aevi difficultatis plenam, sed non exigui momenti, atque utilitatis recoquit, & selectis adnotationibus auget illinitque, cujus pars melior regiones Neap. amplectitur, & quod fuerit earum regimen ostendit; Principes viros, qui illas moderati sunt luculentiori ordine connumerat atque apponit. De re Campana mirum in modum deinceps merebitur, cum alterum elaboratissimum Peregrinii opus proferet, eique quæ tantum virum aufugere, ipse adnectet, ita ut volumen industria sua perfectum nanciscamur. Cum autem hæ litterariæ lucubrationes cum primis dirigantur ad Regis Domini nostri decus, ejusque dominii meliorem partem illustrandam, nihil cavendum, quominus lubens indulgentia Principis, ut typis commendentur, accedat. V. Kal. Maii MDCCXLIX.

M. T.

Addictissimus, atque Obsequentissimus
Jacobus Martorellius
Reg. Græc. litt. interpres.

Die 16. mensis Maii 1749.

Viso rescripto Suæ Regiæ Majestatis sub die 13. currentis mensis & anni, ac retroscripta relatione facta per Reverendum D. Jacobum Martorellium de commissione Reverendi Regii Capellani Majoris prævio ordine præfatæ Regiæ Majestatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, & decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplici libelli, ac approbatione dicti Revisoris, verum in publicatione servetur Regia Pragmatica, hoc suum &c.

CASTAGNOLA. FRAGGIANNI.


Illustris Marchio Danza Præses S. R. C.
& cæteri Aularum Præfecti non interf.

Citus.

Reg. fol. 26. Larocca.

ERRORES CORRIGENDI.

Fol. 21. dubita	lege dubito
fol. 27. DCIXIV.	l. DCLXIV.
fol. XXVII. duobos	l. duobus
fol. XXIX. adſevabantur	l. adſervabantur
fol. XXXII. HOSFES	l. Hoſpes
fol. LXXII. Langobardiam	l. Langobardia
fol. 50. praecicato	l. praecitato
fol. 57. Turrepaldo	l. Landepaldo
fol. 74. oſtenſi	l. offenſi
fol. 95. Siconoltus	l. Siconolfus
fol. 112. Traſimundi	l. Theodemundi
fol. 117. DCCLXV.	l. DCCCLXV.
fol. 134. obſtructum	l. obſtructo
fol. 139. vet.Capua; alteram	l. vet. Capua alteram
fol. 225. deſtra	l. dextera


2